eſt:Iacob in chananeam procedente:ſubinde uiſiones apparebant:de futuro ei ſpem optimam pollicētes.Et locū illum quidē appellauit dei caſtra Volens autē noſſe quid cogitaret eius frater:ſingula cognituruſ cum integritate permiſit: metuenſq; ꝓpter priſcam ſuſpitionem:præcepit his quos mittebat ut dicerēt Eſau: quia Iacob putans iniuſtū eſſe ut hic te iraſcente contiueret:de prouincia ſponte diſceſſit:& nunc ſufficiens tps eſſe putans reconciliatiois reuerſus eſt ducens uxores & filios:cum diuitiis atq; ſitis:& cū precioſis rebus ſemetipſum tibi traditurus:quod maximum bonum fore iudicat:ut cum fratre fruatur his:quę ei ſunt a diuinitate collata.Et illi quidē hæc iudicauerū t.Eſau uero lętus effectus:fratri cum quadringētis occurrit armatis.Iacob audiēs uenire eum in occurſum ſibi cum tantis armatis expauit.Deo tamen ſpem ſalutis ſuæ cōmiſit:& prouidentiā rerum preſentium fecit:quatenus & ipſe ſuū ſine paſſione ſeruaret: inimiciſq; preualeret ſi aliquod iniuſtum facere uoluiſſent.Diſtribuens ergo qui cum eo erant:alios quidē præmittebat:alios aūt poſt tergum proxime ſequi iubebat:ut ſi uim paterēt qui præmiſſi fuerant iuſiſtente fratre refugium ſequentes haberēt:& omnes qui cū eo erant hoc modo diſponēs:miſit quoſdam fratri munera deportantes.Erant iumenta quę mittebātur & quadrupedum multitudo uariorum: quæ grata ſuſcipientib9 forent:eo q; illi rarius hæc haberent . Mittebātur autem diuerſis uicibus ut frequenter aduenientes multi eſſe putarentur. Placabat ergo per dona irā eius:ſi adhuc aliqua indignatio remanſiſſet.ſed etiā ſermonibus blandis iubebat uti:quos mittebat ad eū . Hęc diſponēs per totū diē nocte uenīte mouebat ſuos.Cūq; fluuiū quēdā tranſiſſet nomine Iabos:Iacob ibi remanēti uiſio quędam apparuit:cū qua luctabatur:illa utiq; uiſione initiū certaminis faciēte:quę etiā uoce uſa eſt:ſimul & uerbis:lętariq; eum in his monēs quę facta uidebantur:nec modico ſe preualuiſſe crederet:ſed grādē angelū dei uiciſſe:& hoc ſignū arbitrari magnoꝝ ſibi fore bonorū:& q; nūquā eius deſereret genus:nec fortiorē hominū quēquā illius eſſe uirtutis:pręcepitq; eū uocari Iſrahel:quod hębraica lingua ſignificat reluctātē angelo ſacro. Hęc igit Iacob poſcente illa uiſio prędicebat. Qui ſentiens angelū dei eſſe:rogabat: ut quā partem habiturus eſſet ei ſignificaret.Et uiſio quidē cū iſta dixiſſet diſparuit.Lętat9 autē Iacob in his Phanuel locū denominauit.Cūq; ei pp certamē dolor fuiſſet fact9 circa neruū latū:& ipſe abſtinuit eo cibo:& pp illum neq; nobis eſt comeſtibilis.Proximū iam audiēs eſſe fratrē iuſſit præcedere utrāq; cōiugē ſeorſum cū ancillis ſuis:ut de longe cōſpicerēt opera uiroꝝ pugnātiū:ſi hoc uoluiſſet Eſau.Fratrem autē ſibi proximecuniētē ipſe ſalutauit:nihil de eo doloſe cogitantē.Et eſau amplexus eū requirebat de multitudine filioꝝ & mulierū.Et cū cognouiſſet:ipſe quidem uēire eos rogabat ad patrē.Iacob ergo excuſante eos de iumētoꝝ labore:eſau diſceſſit in ſeir:illic.n.cōmorabatur:appellauitq; uillā de ſua.ſ.hirſuta capillatura.Iacob autē uēit ad Scēas.i.ad tabernacula quæ hactenus ſic uocantur . Vnde in ſiciniā quoq; profectus eſt:quæ ciuitas eſt chananeoꝝ. Sicimitis autē ſolennitatē agentibus:dina quæ fuit filia Iacob:ſola tranſiuit ad ciuitatē emptura ornamētū prouincialiū mulierum. Videns ergo ſichem regis emmor filius: eā corrupit abreptam:& amore cōfectus deprecatur patrem:ut ei puellam acciperet in uxorem.Ille uero conſentiens uenit ad Iacob ſupplicans ut filio ſuo Sichem dinam lege coniungeret.Iacob igitur neq; cōtradicere ualēs pp dignitatē ſupplicantis neq; legitimū iudicans alienigene filiā copulare petit concedēdum ſibi ſpaciū : ut deliberaret de quibus poſcebat.Abſceſſit ergo rex ſperans Iacob nuptias filio ſuo conceſſurum.Iacob aūt indicans filiis:& corruptionē ſororis & ſupplicationē emmor : petebat cogitandū eſſe qd fieret & plurimi quidē tacebant:cōſiliū non inueniētes.Symeon uero & leui puellæ frēs ex matre eadē nati:hmōi ſibi cōſtituerūt actionē adinuicē:ut cū cēt feſtiuitas & ſicinitæ

requie:& epulis uterent:incunctanter primis custodiis assistētes dormientes occiderēt: & uenientes in ciuitatem interficerent omnem masculum: & regē cum eis & filiū eius: solisq; parcerēt mulieribus. Hæc efficiētes pter cōscientiā patris reuocauerūt dinā. Iacob aūt factorum magnitudinē admiranti:& filiis irascēti deus assistens: iussit cū confidere: & purificantem tabernacula:sacrificia celebrare:quæ prius cum iret in mesopotamiam pro somnii apparitiōe deo uouerat. Cū igitur purgaret suos Labandeos inuenit. neq; n. sciebat a Rachel furatos esse:& quia eos celasset in terra sub arbore quadā: hos ergo in de tollens sacrificabat in Bethel ubi somniū uiderat cū mesopotamiā prius iret:hinc enī proficiscēs uenit in effrata:ubi Rachel ex partu mortuā sepeliuit: quæ sola inter cognatos in Ebron honorē sepulturæ hēre nō meruit. Et ualde flens filiū ex ea natū Beniamin appellauit:propter dolorem qui ob eum matri prouenerat. Isti sunt ergo filii Iacob oēs masculi qdē duodecim:fœmina uero una. Hoꝝ octo legitimi:de Lya sex qdē:duo uero de Rachel:q̄tuor aūt de famulabꝰ: bini ex utraq;:quoꝝ & noia supius dixi. Cap̄.xxviii.

Enit ergo hinc in ciuitatē Ebron positam inter chananeos. Illic aūt ysaac commorabatur:& paululū quidē pariter uixerūt. Rebecā Iacob uiuā nō repperit.

Moritur & ysaac:nō post multū q̄ filius eius aduenit: & sepultus est a filiis cū uxore in Ebron:ubi erat sepultura eius pentum. Fuit ergo Ysaac deo uir carus:& multa eius prouidentia dignus:post Abraā ualde longeuus. Cunq; uixisset centū octuaginta quinq; annis:cum uirtute defunctus est.

Incipit liber secundus antiquitatis iudaice. Cap̄.i.

Ost mortē uero Ysaac filii eius inuicē tabernacula diuiserunt:& nō ea quæ acceperant tenuerunt: sed Esau quidē Ebron ciuitatē fratri dans habitabat in seir:& in idumea regnabat: quā regionē a semet ipso ita uocauit. Edom enim noiatus est: quā nuncupationē huiusmodi uenationis cā sortitus est. Aliquādo labore uenationis exuriens rediebat:dum adhuc puer esset ætate:inueniensq; fratrem lentē prēparantem sibi ad prandium rubeum colorem nimis habentem:& propterea potius incitatus rogabat ut præberet sibi cibum. Qui uendere sibi primatum propter cibum per eius esuriem cōpulit fratrem. Ille fame cōpulsus concessit cū sacramento primatum. Quāobrem ꝓpter ruborē cibi a coctaneis infantiæ tēpore Edom uocatus est. Hæbrei nāq; Edom rubeū dicunt. Et ideo regionē sic appellauit:quā græci honestius idumeā denominauerūt. Fuit aūt pater filioꝝ numero qnq;:quoꝝ Hieus quidē & Hielon:& Chore ex una muliere sunt geniti Oolibama nomine:reliquoꝝ uero Eliphas quidē ex Ada: Rabuel aūt de Basemathethei sunt nati. Hieus quidem filii non fuerunt:Heliphas uero fuerūt legittimi qnq;: Themā:Omath:Sepphu:Gathan:cenes. Amalech enim naturalis non erat:de cōcubina Thāna noie procreatus:isti siquidē habitauerūt in idumea quę Gobolitis est dicta & ab Amelech Amalechitis est appellata. Cum enim aliquādo magna fuisset idumea:& in tota regione nomē integrū retineret:in patrib9 appellationē ab habitatoribus cōseruabat. Contigit aūt Iacob:ut ad tantā fœlicitatis magnitudinē perueniret:quæ facile ab aliis apprehendēdi non possit. Diuitiis enim cunctis ꝓuincialibus eminebat:& filiorum uirtutibus imitabilis & conspicuus erat:nec ullius rei penitus indigebat:quādo illi ad opus manuū & laboꝝ tollerantiā erant prompti:& ad intelligentiā prēparati:in tantum uero eius habuit diuinitas fœlicitatis curā:ut ēt ex his quę tristia uidebātur esse: bonoꝝ ei prēberet sublimitas:fecerit q; cū:& qui ex eo ꝓcreati sunt auctores reuersionis ex ægypto:quo patres nostri huiusmodi cā morati sunt. Cap̄.ii.

Oſeph ex Rachel filium ſuſcipiẽs Iacob: & ꝓpter honeſtatẽ corporis & animi uirtutem: cũ utiq; aliis ſapientia præcelleret: eũ amplius aliis filiis diligebat.

Huic ſiue paterna dilectio odiũ cõcitauit fratrũ: ſiue ſomnia: quæ cũ uidiſſet: patri & eis ꝓtinus indicauit: eo q; profectũ eius annunciarent: cũ ſepius celentur boies: etiã ſuoꝝ fœlicitates. Viſiones quæ apparuerunt Ioſeph erant huiuſmodi. Miſſus a patre cum fratribus ut colligerẽt meſſes: & maturas fruges: uidit nimis pręcipuã uiſionẽ: & ultra ea quæ ſolent per ſomnia ꝓuenire. Quã uiſionem dum ſurrexit fratribus ſuis tã quã ſibi ſomniũ diſcernentibus enarrauit: dicens uidiſſe ſe tranſacta nocte manipulum ſuum de tritico ſtantem in quo eum poſuerat loco: illorum uero cõcurrentes adorare eũ: ſicut dominũ ſerui. Illi intelligẽtes uirtutem eius: & rerum magnitudinem prædicere uiſionem: & cõtra ſe poteſtatem eius futurã: Ioſeph quidem tanquã ignorãtes ſomnia nihil explanauerũt: conſiliũ uero fecerũt: ne ad profectũ ea quæ arbitrabant acciderent: & circa eũ graues amplius exiſtebãt. Impugnãs aũt diuinitas eoꝝ inuidiã: ſecũdã præſtitit Ioſeph uiſionẽ multo mirabiliorẽ quã primã. Vidit enĩ ſolem ſimul & lunam & cæteras ſtellas in terrã deſcendere: & ſe adorare: quã uiſionẽ patri nihil de fratribus mali formidans: ẽt his præſentibus indicauit: & iterpretari ſibi quid hoc ſignificare uelit: poſcebat. Ille uero ſomnio gaudẽs: cũ expoſitionẽ mẽte cõſpiceret: & cum ſapientia nõ ſine conſideratione coniiceret lętabatur: magniſq; ſignificationibus fœlicitatẽ filio nunciabat: tẽpuſq; largiente deo futurũ: quo a parentibus & fratribus eſſet honorandus: & adorari dignus: lunam quidẽ & ſolem patri & matri cõparans: eo q; illa augeat & nutriat uniuerſa: ille uero formet: & aliam fortitudinẽ præſtet: ſtellas uero fratrib⁹: cũ & ipſi xi. eſſent: ſicut & ſtellæ uigorẽ a ſole & luna percipiẽtes. Et Iacob quidẽ huiuſmodi nõ inſipiẽter diſcretionẽ protulit uiſionis: fratres uero Ioſeph uehemẽter ea quæ ſunt predicta contriſtauerũt: & incitati aduerſus eum: uelut extraneũ bona quæ ſignificata fuerant illis ſomniis habiturum: & non quaſi de fratre gaudentes: dum etiã cũ eo potuiſſent: his adipiſci bonis: nempe qui cognatiõe cõmunicarẽt: & fœlicitatis ſocii foret: intrimere adoleſcentulũ ſunt aggreſſi. Cũq; hoc ſtatuiſſent conſilium ad perficiendũ illud tendebant: in ſicimis abeuntes. Hæc autem prouicia paſtoꝝ eſt ouium optima: & grægũ alimẽtis ualde copioſa. Quo dum grægũ curã haberent: & patrem ſcire non fecerũt: quia ibidem remoti eſſent. Ille ignorans hæc: eo q; nullus ad eũ a grægibus aduẽiret: qui quod eſſet uerum de filiis nunciaret: triſtemq; pro illis animũ gerens: & in formidine cõſtitutus miſit Ioſeph ad græges ut de fratribus ſuis agnoſceret: & quid agerent indicaret. Illi aũtẽ fratrem uidentes ad ſe uenire: gauiſi quidem ſunt: ſed non quaſi familiaris ſui præſentia: & a patre directi: ſed quaſi ſuper inimico: & manib⁹ eorũ diuina uoluntate cõtradito. Ad internitionem ergo eius nolentes differre præſens tẽpus protin⁹ acceſſerũt. Quos dum ruben ſenior eoꝝ inſpiceret ita conſpirare: & ad actum iam uideret unanimes: eos retinere tentabat magnitudinẽ præſumptionis: & ſcelus eis oſtendens: quia malignũ quidem deo & hominibus eſſet abhominabile etiam non conſanguineum hominem perimere: multo magis autem ſceleſtius eodem in fratrem ita perficere: quo. ſ. interfecto pater una perimeretur: & mater in luctu ex filii non humana lege facta priuatione conſumeretur. Etiam eis hoc dicebat ut uno animo perciperent quid ipſi paterentur mortuo ſibi filio: & iuuẽculo: & recederent a tali præſumptione deum timentes: qui inſpector ſimul & teſtis eſſet: & ab huiuſmodi actione recederent: pœnitẽtiãq; diligerẽt: & potius tẽperantię deſeruirent: nam accedentes ad hoc opus: omnem pœnã ꝓ fratris nece ſoluerent: uidẽtes utiq; dei ꝓuidentiã ubiq; ꝑſentem: cui neq; quod in deſerto: neq; quod in ciuitatibus agitur eſt abſconſum: ubicũq; enim homo eſt: oportet ſcire illic eſſe deũ: ſed ẽt cõſciẽtiã

ſuã eos habiturã inimicã in his præſumptiõibus edicebat: quã neq; bonã habẽtes aliq; neq; talẽ qualis in eis tunc habitaret poſt mortem fratris effugerent. Adiiciebat dictis etiã hæc: quia fratrẽ neq; iniuſtũ aliquid facientẽ ſanctũ eſſet occidere: bonũ eſſe uero etiã inimicis obliuiſci: ſi qd forte peccauerint: Ioſeph aũt in nullo malignũ circa eos extitiſſe: cur eum occiderent: cuius ætatis ſirmitatẽ mẽſurare deberẽt: quãdo ipſe eoꝝ tu telã potius expectaret. Cauſa uero huius iteritus multo peiorẽ eorũ actionẽ faceret: eo q; propter inuidiã futurorũ bonorum eũ uita priuare niterentur: quibus bonis ſimul cũ illo uterẽtur: eius cõmunioni pariter participantes: cum non extraneus ſed domeſticus eorum exiſteret: unde deberent ſua putare: quæcũq; Ioſeph largitas diuina conferret: ſed & iracundiam ſupẽrnam propterea ſeueriorem ſibimet futuram: ſi eum qui a deo iudicatus fuerat dignus: occiderent: & auferrent deo eum cui eſſet talia donaturus. Et ruben quidem hęc dicens & his potiora ſupplicans: eos a fratricidio conabatur auertere. Cum uero in nullo eos mitiores uideret: ſed feſtinantes ad necem ſuadebat ut malũ ſceleris aliquatenus leuigarent. Nam ulciſci ſe uolentes prius credebat flectere. Cum uero preualuiſſent ut fratrem occiderent: dicebat nõ eſſe ualde futuros malos: ſi in his quę nunc hortaretur obedirent in his enim eſſet & opus quo feſtinarent: non tamen huiuſmodi: ſed leuius in comparatione mali. Petebat eos manus quidem in fratrem non inii cere: ſed proiectum in lacum uicinum eum illic deſinerent mori: & ſcelus manuum ſuarum uel ita leuigari. Illis autem conſentientibus: ſumens Ruben adoleſcentulũ & caute ligans eum in lacũ cum quiete depoſuit: erat enim ſine aqua. Et ille quidem dũ hoc feciſſet abſceſſit quærens loca oportuna paſturæ. CAPI. III.

Vdas autẽ qui & ipſe filius erat Iacob uidẽs negociatores arabes ex iſmaheli
i tarũ genere aromata: & onera ſyria portantes ęgyptiis de Galaath poſt diſceſſum Rubẽ fratribus perſuaſit ut extrahẽtes Ioſeph uẽderẽt arabis quo lõgius cõſtituto: uel ſi moreret apud peregrinos: ipſi forent a ſcelere liberi. Hoc dum placuiſſet: Ioſeph extrahẽtes negociatoribus uendiderunt: precio nũmorũ. xxx. cũ decem & ſex eſſet annorũ. Ruben aũt nocte ad lacũ ueniens: latens fratres ut liberaret Ioſeph: dum clamante eo non reſpõderet: metuens ne poſt abſceſſum eius intereiſſent eum cui pabat fratres. Illis quod geſtũ fuerat edicentibus: ceſſauit a luctu Rubẽ. Cũq; hæc circa Ioſeph geſta uiderent a fratribus quid agerent poſtea ut extra ſuſpitionẽ patris fierẽt exquirebant: tunicamq; qua uenerat idutus ad eos Ioſeph quã abſtulerãt dum eũ in lacũ deponerẽt: placuit eis diſcerpere: & hirci ſanguine maculatã portare: patriq; monſtrare ut ei uideretur quaſi a beſtiis deuoratus. Quod facientes uenerunt ad ſenẽ. Et cũ ab eis de filii cognitione inquireret: dicebant ſe quidem Ioſeph neq; uidiſſe neq; ſi qua calamitas ei accidiſſet nouiſſe: illam uero tunicam inueniſſe ſe ſanguine maculatam atq; diruptam & arbitrari ſe q; incidens in beſtias iteriſſet: ſi tamen ex tũica agnoſceret: & ſi hac indutus fuiſſet de domo proficiſcens. Iacob autem cũ prius in leuiori ſpe fuiſſet tãquã forte prędato ſuo filio: hanc ſpem deſeruit: cum tunica eius mortis indicium ei faceret manifeſtum: Cognouerat enĩ cum ipſa ueſtitũ cũ properaret ad fratres: & uelut ſuper mortuũ decætero uidebatur afflictus adoleſcentẽ lugens: & tanquã ſi unius filii pater eſſet: aliorumq; conſolatiõe priuaretur: ſic erat apud ſemetipſum male: prius fratribus eum ęſtimans comparatum qui a beſtiis credebatur eſſe conſumptus. Sedebat ſacco ueſtitus: triſtitia grauiſſimus: ut neq; a filiis cõſolationẽ ſumẽs leuior fuiſſet: neq; laborando doloribꝰ iterdicere præualeret. Ioſeph aũt uenditũ a negociatoribus cõparans Putiphares uir ęgyptius qui erat ſup coquos regis pharaõis: habebat in omni honore: doctrinamq; liberalium edocebat: & ali eum meliori cibo quam cõueniret: ſerui

li fortũæ iubebat: cõmíſitq; ei domeſticam curam. Ille uero cum his frueretur: uirtutem humilitatis quę circa eum erat: neq; hac mutatione dereliquit: ſed oſtendit prudentiam eum certiſſime affuerit præualere poſſe rebus in uita difficillimis: nec fœlicitatib9 ſolũ modo tpalibus inhęrere. Itaq; dum uxor eius domini propter pulchritudinẽ & opportunitatem actuũ eius: eſſet illius amore cõfecta: & putaret qa ſi hoc ei faceret mãifeſtũ, facile eũ ſuaderet uenire ad ſuũ concubitũ: quaſi ille iudicaret fœlicitatem eo q; ei domina ſupplicaret: & ad figurã illius tunc ſeruitii: & non ad modũ reſpiceret caſtitatis: deſiderium ſuum ei prodit: & uerba de permixtione fecit. Cui9 reſpuebat ille preces: dicendo non eſſe iuſtum huiuſmodi ſibi imponi ſeruitiũ: unde emptorem a quo tanta dignitate fuerat honoratus: iniquitatis contingeret iniuriam ſuſtinere: ſed rogabat eam comprimere paſſionẽ: deſpationẽ qppe ei huius deſiderii ꝓponẽs: qa ſi nõ eſſet ſpes: hoc ei facile poſſit auferri: ſe uero omnia potius ferre dicebat quam in hoc quodammodo conſentire. Nam ſi ſeruum inquit dominæ ſuæ nihil facere oportet aduerſum: contra hæc pręcepta maxime conuenit reſultare. Illius autem amor potius augebatur: eo q; nõ ſperaret omnino deuiare Ioſeph. Et dum uęhemẽter obſideretur a paſſione: ſecundum rurſus fecit experimentum. Igitur dum feſtiuitas publicę celebrationis inſtaret: in qua ad cerimonias etiam mulieres intereſſent: ęgritudinem marito ſimulauit: captans ob hoc ſolitudinem atq; ſilentium: ut exoraret Ioſeph. Qui dum acceſſiſſet uberiores prioribus obtulit ei ſermones: quia bonum quidem fuiſſet ut precib9 priſcis flecteretur: nec in aliquo contradiceret propter reuerentiam dominę depoſcentis: & excellentiam paſſionis: qua cogeretur domina de ſua dignitate deſcendere: ſed nunc melius ageret: ſi quę prídem contempſerat emendaret. Nam ſi ſecundas preces expectaret: hoc illa etiam ſtudio maiore ſe feciſſe referebat: ægritudinem ſimulaſſe: & feſtiuitati uel cerimoniis præpoſuiſſe ęius amplexum: ſibi autem q; primis ſermonibus non credendo reſultauerat: nulla factum fuiſſe malicia iudicaret: ſignumq; crederet utilitatis bonorum præſentiũ: q; ipſa in ea uoluntate perſiſteret: quæ bona iam quaſi poſſideret ſi eius amore flectere tur: & maioribus frueretur obediens: uindictam uero & odium eum aſſerens ſuſcepturum: ſi eius contemneret dignitatem: ſed etiam dominę caſtitatem conferre uideretur. Neq; enim hoc illum iuuare poſſe dicebat: ſed ipſa ad accuſationem accederet illius: & tentatam ſe ab illo marito ꝓprio mentiretur: magiſq; crediturum uxoris ſermonibus quam illius: licęt eos ex ueritate proferret. Hæc dicente muliere: ſimul & flente: nec miſericordia eum recedere a caſtitate ſuaſit: nec metus coegit: ſed & preces reſpuit: & minis non ceſſit: metuens iniuſtitiam ſuſtinere: & pati magis quodlibet ſeui9 elegit: quã lętus uti pręſentibus: in quibus etiam cõſcius eſſet perditionis ſuę. Cõmemorabat autem eam nuptias: & uiri ſocietatem: & his potiora diſtribuẽda: quã tẽporalis arderis libidini ſupplicabat: nam talibus perpetratis: quę pœnitentiam magis augerent: doloręfumeret & nequaq; quod deliquerat emẽdaret: & timorem nimiũ eſſet habitura: quãdo cauſa huius mali nullatenus poſſit abſcondi: uiri autem ſuę ſocietatis adeptionẽ habitura ſine periculo: inſuper magnã conſcientiæ apud deum fiduciã ſimul & apud homines: tãquã in eius manẽs amplexibus munda & apud eum dominę poteſtatẽ: nõ propeccato habitura confuſionẽ: multoq; melius eſſe habere fiduciam in bõis quæ cognoſcunt: quã in malis quæ timore cęlãtur. Hęc dicens: & his multo maiora: ardorẽ mulieris retinere: eiuſq; paſſionẽ cõuertere ratione nitebatur. Illa uero ſtudio ſuo uehemẽtius incitata immittens manus: cũ uerbis ſuadere deſpaſſet: cũ cogere tentabat. Cumq; fugiſſet iratus Ioſeph: illa eius tenẽte ueſtẽ qua ſe exuerat: exiliuit domo. Quæ in formidine cõſtituta: ne uiro ſuo hoc diceret: iniuriãq; uolẽs pręuenire: qtenus aduerſus Ioſeph

mentiretur:excogitauit:ut hoc modo ulciſceret iniuriã:quæ fuerat ita ſuperbe cõtẽpta. Præcedere uero in accuſatione ſapientiſſimũ fore ſimul & muliebre credens: ſedebat q dem deiecta atq; confuſa ob triſtitiam qua cupiditate ſua fuerat decepta: tẽptamẽtum corruptionis ſuæ cum ira frangens alias iungẽs. Veniente aũt uiro:uultu turbato cauſamq; conſulenti fecit Ioſeph accuſationis initiũ:& uelut mortua dixit marito. Seruum nequã cubile tuũ uiolare uolẽtem caſtiga:qui neq; qualis in domũ noſtram uenerit re cordatus timuit:neq; quantũ ex tua bõitate ꝓmeruit:mente ꝓcepit:ſed pro his cum re bus oĩbus bonũ ſe præbere debuiſſet:inſidiatus nobis eſt:ut lectũ tuum contumeliis af ficeret:& hęc in feſtiuitate captãs abſentiam tuã. Qui licet hũilis primitus uideretur: propter tuũ quieſcebat metum nõ quia eſſet natura benignus. Hoc aũt factũ eſt:eoq; idigne:& prẽter ſpem ad honorẽ acceſſerit. Qui dũ fidẽ totius poſſeſſionis tuæ & diſpenſationẽ obtinere prẽualuiſſet:& ſenioribus famulis prẽpoſitus eſſet:tuã quoq; uiolare tẽtauit uxorẽ. Dũ uero quieuiſſet in uerbis:oſtẽdebat ei ueſtẽ quaſi dũ tentaſſet ei uim facere reliqſſet eã. Putiphares neq; lachrymis uxoris:neq; his quæ dicebat illa: uel uidebat ipſe diſcredẽs:& ei9 amori cũcta diſtribuẽs:examinationẽ qdẽ ueritatis fieri nõ permiſit:uxori tribuens caſtitatem Ioſeph uero nequam eſſe decernens:& illum quidẽ malignorum miſit in carcerem:uxori uero potius caſtitatis ornamentum ineſſe teſtifica tus eſt. Ioſeph itaque deo omnia ſua committens:neque ad ſatiſfactionem:neque ad integram factorum manifeſtationem conuerſus eſt:ſed uinculis & neceſſitate tacitus mã ſuetuſq; ſuccubuit:meliorẽ eſſe confidens deum:cauſam calamitatis:& ueritatem ſcientem:quã illos:qui eũ iniuſte pœne cõtraderent:cuius prouidentiæ experimenta repente ſuſcepit. Cuſtos nanq; carceris diligentiam fidemque eius conſiderans:& uidens dignitatem eius formę ſubtraxit uincula:& quod erat peſſimum leuius ei fecit:ciboque eum utiquam uinctis conueniebat:meliore prẽcepit. His uero qui in eiſdem calamitatibus erant:dum ab erumnarum onere ceſſarent, ad colloquium ut aſſolet cõmunionis & ſimilis calamitatis uenientibus:& adinuicem cauſas pro quibus condemnati fuerant requirentibus:pincerna regis & ab eo uæhementer honoratus:eiuſq; effectu deuinctus & cum Ioſeph habens compedes, familiarior ei magis effectus ẽ. Sapiẽtia nãq; ei uidebatur excellere: ſomniũ quod uidiſſet expoſuit:petens:ut quid ſignificaret:ſi innuaret:accuſans quia ſupra mala regis adhuc ei diuinitas ſollicitudinem appõeret ſomniorum. Dicebat ergo ſe uidiſſe trium palmitũ natos botros ex uno quoq; pendere:grandes iam:& ad uindemiandũ ſpecioſos:eoſq; ſe cõprimere in poculo regis muſtumq; offerre bibitori:& illum grate ſuſcipere. Quod ergo uiderat:hoc eſſe dicebat:poſcebatq; ut quẽcũq; Ioſeph in his ſortiret intellectũ:ei ſuo manifeſtaret eloquio. Ille uero exhortabatur eum confidere:& ſperare in diebus ſe tribus a uinculo abſoluendũ:rege deſiderante miniſterium eius:& rurſum in eo eſſe conſtituendũ. Fructũ enim uineæ ſignificauit in bonum deum hominibus prębuiſſe:quod etiam ipſi libatur:& fidem hominibus amiciciamq; paſcitur. Soluit ergo lites paſſioneſq; & triſticiam aufert his quibus offertur:& ad deletationes ſpe conuertit. Hoc ergo quod dicis inquit ex tribus compreſſum botris manibus ſuſcepiſſe regem tuis, bonam uiſionem ſcito tibi futuram & præſentis neceſſitatis indulgentiam in tot diebus prænunciantem de quantis palmitibus fructum uiſus es per ſomnium uindemiaſſe. Sed memor eſto mei cũ fueris hæc expertus: qui tibi pronunciaui bona:& in poteſtate conſtitutus: non obliuiſcaris in quibus nos derelinquis. Nihil enim peccantes ad uincula uenimus:ſed pro cauſa ueritatis: & caſtitatis, ea quæ reorum ſunt ſuſtinere damnãti ſumus: quando nec in propria delatione cum qui nobis hæc intulit iniuriam ſuſtiuere uoluimus. Et pincernæ quidem ut aſſolet

audiente huiuſmodi expoſitionē ſomnii gaudiū erat: expectabatq; interpretatiōis finē. Seruus aūt quidā ſupra piſtores conſtitutus: cum pincerna uinctus in carcere: cū talem Ioſeph ptuliſſet de illius uiſione ſententiā: in ſpe bona conſtitutus: cū & ipſe ſomniū uidiſſet: petit Ioſeph: ut & illi quę præterita nocte uiderat: quid uellent ſignificarę depromeret. Erat enim inquit huiuſmodi. Caniſtra tria ſuper caput meū ferre me uidi: duo quidem panibus plena: tertiū obſonio: uariisq; cibis: & q̄lia ſolēt regibus miniſtrari: ſupuolantes autē alites omnia conſumpſiſſe. Et ille quidē credebat ſibi ſimilē expoſitionē futurā: quā pincernę dixerat. Ioſeph autē concipiēs animo ſomniū: dixit ad eū: uelle quidem ſe interpretē ei fore bonoꝝ: & nō taliū: qualiū uiſio demonſtraret: duas inquit ei uitę ſupereſſe dies: hoc dicens caniſtra ſignificare: tertia uero eū crucifigendū: cibūq; uolatilium eſſe futurum: nihilq; fore: quod ei auxiliū poſſet ferre. Hæc ergo ſimilem terminum in ambobus ut Ioſeph dixerat ſuſceperunt. Prædicto nanq; die cum natalis eſſet regis: non ſicut rex agens: piſtorem quidem crucifixit: pincernam uero uinculis abſoluens: in proprium miniſterium reuocauit. Ioſeph uero cum duobus annis uinculorum mala ſuſtineret: nihilq; a pincerna prędictorum memoraretur: deus eripere eum uolēs de carcere: huiuſmodi ei machinat⁹ eſt libertatem. Rex Pharo una nocte uiſiones ſomniorum duas uidens: & cum his utriuſq; expoſitionē: interpretationē quidem oblitus uiſiones recoluit: afflictuſq; in his quæ uiderat: nempe cum ei triſtia uiderentur: die facto conuocauit ſapientes ægyptiorum: uolens agnoſcere ſomnioꝝ diſcretionem. Heſitantibus autem illis rex potius turbabatur. Pincerna uero regis uidente confuſionem: memoria reddita eſt Ioſeph: eiuſq; circa ſomnia ſapientiæ: & accedens ad regem: indicauit ei de Ioſeph: & uiſionem quam ipſe uidiſſet in carcere: pariter & euentum: & quia ipſe dixerit crucifigendū ea die piſtorem: & ſibi omnia ſecundū interpretationē ſomnii euenire prędicente Ioſeph: uinctumq; eum aſſerens a putiphare principe quocorum ut ſeruum: cum diceret ſemetipſum non humilis hębreorum eſſe generis: nec glorię patris, Hunc inquit euocans: nec propter modernam culpā eum calumnians: quæ tuis ſomniis indicantur agnoſces. Iubente rege Ioſeph ad ſuum uultum adduci: obediunt famuli diligentia ei præcepto regis adhibita. Rex uero eius dextram apprehendens: o iuuenis inquit: tu mihi nunc optimus: & prudentia digniſſimus teſtimonio mei famuli nunciatus es. His ergo bonis quibus iſte particípatus eſt: etiam fac me eſſe conſortem: pandens quæcunq; mihi ſomniorum prenunciant uiſiones. Nolo autem te ullo terrore cōſtrictum: blandiri ſermone fallaci: & delectationem facere: ſi reuera ſit triſte quod uidi. Putabam circa fluuium ambulans uidere me boues pinguiſſimas: ſimul & magnitudine precipuas numero ſeptem gradientes de paſcuis ad paludem: alias uero tantas numero perſpexi maximas de palude concurrere ualde tenuiſſimas & ad uidendū deformes. Quę dum deuoraſſent pingues & magnas: nihil adiutę ſunt: crudeli fame detentę. Et poſt hanc uiſionē de ſomnis ſurgēs: & turbatus qd eſſet hæc uiſio apud me cōſiderans: rurſus in ſoporē ſolutus ſum: & uidi ſecundū ſomniū multo mirabilius priori: quę etiam me terrēt potius atq; conturbant. Spicas. vii. uidi ex una radice natas capite grauatas & reclinatas a fructu: & aptas ad meſſem: & ad hæc alias ſeptem ſpicas inanes: & infirmas nimia ſiccitate. Quæ conuerſæ: ut conſumerent & comederent ſpicas ſpecioſas, ſtuporem mihi fecerunt. Ioſeph autem reſpondens ait. Viſio quidem iſta rex licet duabus formis apparuit unum terminū tamen eundēq; ſignificat futurorum. Quod enim boues uidiſti animal in aratri labore fortiſſimū a peioribus deuoratas: & ſpicas a minoribus fuiſſe cōſumptas, famē & ſterilitatē ægypto totidē annis prænūciat: e quibus ſcilicet primo tēporibus felicitatem ferentibus, quorum ubertas totidem poſteriorum an-

norum ſterilitate conſumit. Erit ergo rerũ difficultas neceſſariaꝝ: quę inemendabilis uehementer exiſtat. Signum autem hoc eſt: cum exhauſtę boues meliores conſumpſe runt: ſaciariq; minime ualuerũt. Deus tamen nõ ut triſtificet: futura prędicit hominib9: ſed ut preſcientibus leuiora faciat experimẽta prænunciatarũ rerum. Tu ſiquidem con gregans bona tẽpore prio futura facias: ut calamitatẽ uenturã ęgyptiorũ terra nõ ſen tiat. Mirante itaq; rege prudentiam ſapientiamq; Ioſeph: & conſulente quẽadmodum ubertatis tempora diſpẽſarẽtur: ut poſterior ſterilitas leuior eſſe uideretur huiuſmodi cõ ſilium dedit: ut frugum parcitas hẽretur: & nõ affluenter ęgyptios his uti permitteret: ſed quãtum ſufficeret ad pabulum erogaret: qua uero ſupereſſent ſterilitatis in tẽporę ſeruari: recõdiq; monebat triticũ ab agricolis perceptũ: ut ad ſata tantũmodo miniſtra rentur expenſa alimentoꝝ. Pharo utrunq; in Ioſeph miratur: & diſcretionẽ ſomnii pari ter & conſilium diſpenſationẽq; eius rei ipſi cõmiſit: quatenus ageret ea: quę populo ægyptiorum & regi ſciret utilia: inuentorem ſcilicet huiuſmodi: uitę etiam diſpenſato rem optimum eſſe confidens. Ille uero poteſtate ſibi a rege collata: ita ut eius frueret ſi gnaculo: & purpura ueſtiretur: per uniuerſam terram ductus in curru uehebatur: frumẽ tumq; agricolis ſufficiens ad ſemen: & pabulum ſingulis metiẽs: nulli ſignificabat cau ſam: pro qua talia peragebat. Triginta ſiquidem ętatis iam annos tranſierat: & omni honore fruebatur ſibimet a rege collato: quem appellauit Pſonpthõ panicos: uidens ei9 intellectum inopinabilem. Significat autem hoc nomen inuentorem abſconditorũ. Du xit autẽ uxorem ualde digniſſimam: filiam Petefres: qui unus fuit heliopolitanorum ſa cerdos: adhuc uirginem: nomine Aſeneth: cooperante ſibimet rege. Ex hac fuerunt ei fi lii duo: ante ſterilitatis tempus: Manaſſes quidem ſenior: quod nomen ſignificat obli uionẽ eo quod per fœlicitatẽ obliuio ei ſfœlicitatis acceſſerit: iunior uero Effraim: quod reſtitutionẽ ſignificat: eo q; eſſet redditus libertati maiori. In ęgypto ſiquidem ſecun dum ſomnioꝝ expoſitionẽ Ioſeph ſeptẽ annis beatiſſime tranſeunte: fames annum iam tangebat octauũ & ex eo quod nõ præſenſiſſent caſurum ſuper ſe malum laborantes in eo crudeliter omnes ad regis ianuas confluebant. Ille uero Ioſeph uocabat: qui eis fru mentum uendidit: factus multitudinis ſine dubitatione ſaluator: & mercedem omni um non cõprouincialibus tantũmodo faciens: ſed etiã paratus uẽdere peregrinis: om neſq; homines ſecundũ cognationes ſuas ſolatium merebantur Ioſeph fœlicitate eius utentes. His ita geſtis dum Chananea fame crudeliter uexaretur (omnẽ deniq; terram hæc peſtis inuaſerat) miſit etiã Iacob filios uniuerſos in ęgyptum cõparaturos frumen tũ: cõfidens licere tritici cõmertium fieri peregrinis: Beniamin tantũmodo retinens qui ei ex Rachel fuerat generatus: & erat Ioſeph conſanguineus. Illi in ęgyptum ueniẽtes adieruut Ioſeph: frumentũ emere ſupplicantes. Nihil enim erat: quod non illius conſi lio gereretur: nam miniſtratio regia tunc utilis erat hoibus: quando Ioſeph exhiberetur honor. Qui dũ cognouiſſet fratres nihil de ſe cogitantes: eo q; adoleſcens quidẽ ab eis abſceſſerit: ad hanc uero ætatẽ ita peruenerat: ut figura etiã eis ignotus eſſe uideretur: cũ magnitudine quoq; dignitatis eis neq; ſuſpectio proueniret, tentabat eos ut diceret: quã haherent de rebus omnibus uoluntatem. Quibus frumenta quidem non uenunda bat: exploratores uero rerum principis eſſe dicebat: & ex multis quidem locis eos eſſe congregatos: excuſationis uero cauſa ſe cognatos aſſerere: impoſſibile dicens eſſe uiro idiotę tales filios: & forma ita clariſſimos enutrire: cum regibus tot filiorum copia eſſet ualde difficilis: ut per hęc etiam de patre quę proueniſſent latenter agnoſceret: ſimili ter & ut de fratre ſuo Beniamin audiret. Metuebat enim ne forſitan & in illum, ut in ſe peccauerũt, aliquid deliquiſſent. Illi nãq; erãt in tumultu pariter & timore maximo cõ

ſtituti:periculum putantes ſibimet imínere:níhilq; de fratre mcte ſua percípientes: & aſtantes reddebant de ſingulis rationem:ruben ita concionãte primit9:qui eorũ ſenior exíſtebat. Nos inquit non pro leſione uenímus huc:neq; regis negociis alíqua mala facturi:ſed egentes ſalute & negocio:& malorum refugio:quę noſtram regionẽ obtinere noſcuntur:ueſtram utiq; ſcientes clementiã:quos non ſolum ſubuẽíre ciuib9 ppriis: ſed etiam peregrinis mercímoniũ audiuímus propoſuiſſe frumenti:ut oíbus indigentíbus ſalutem maximã pręſtaretis. Quía uero ſumus fratres:& cõmunis nobis eſt ſanguis:clarum quidem hoc facit etiam familiaritas formę non ualde mutatæ. Pater autẽ eſt nobis iacob uir hębreus:cuius exíſtimus filíi duodecim:ex mulierib9 quattuor: quibus oíbus uiuẽtibus fœlices eramus uno uero fratre noſtro moriente Ioſeph:res noſtrę ad peiora conuerſæ ſunt. Nam & pater ímenſum in eo trahit luctum:& nos ex calamítate defuncti:& erumna ſenis affligímur. Venímus ígitur pro comparatione frumenti: curamq; patris & noſtrorũ prouidentiam Beniamin iuniorem fratrem reliquímus. Poteris autem mittendo ad noſtram domũ agnoſcere ſi quícquam dicímus mentientes. Et Ruben quidẽ huiuſmodi uerbis tentabat perſuadere Ioſeph ut de eis meliora decerneret. Ille uero Iacob cognoſcens uiuere:fratrẽq; beniamin minime deperíſſe: tũc equídem in carcerẽ eos quaſi de uacantia aliasdie uacanti diſcutiẽdos iniecit. Tertia díe deducens eos:quomodo inquit aſſeretis neq; pro malignitate rerum príncipís huc ueníſſe & eſſe fratres:& unius patris filíos de quo dicítis:hæc ita eſſe mihi manifeſtabitis: ſi relínquentes quídem unum ex uobis apud me:níhil iniuriabíle paſſurum:portãteſq; pabula genitorí:denuo reuerſi fueritis ad me:fratrem quem reliquiſſe uos uobíſcum pariter adducentes:hoc enim erit ſignum ueritatis. Illi in maioribus malis adducti flebãt inter alterutros:de calamitate Ioſeph frequenter ingemíſcentes:tanquã ppter id quod in íllum cogitauerant deo ulcíſcente in eis:talia ſuſtinerent. Ruben autem nimius erat: & eos in huiuſmodi ſermonibus pœnitentiæ ícrepabat:ex qua nulla quidem generatur utílitas de Ioſeph íllos uero quícquid malí ſuſtinerẽt pro uindicta íllius faciẽte deo: fortiter tolerare poſcebat. Hęc autem dicebant ad inuícem non credentes ſuã línguam Ioſeph íntelligere. Omnes autem Rubenincrepante:habebat deiectio: & pœnitentía rerum geſtarum:cum ípſi non cogitaſſent íllo tempore:pro quíbus eũ tunc punírent: iudícabant deum eſſe iuſtíſtimũ. Vídens autem eos Ioſeph ſic eſtuantes percõpaſſionẽ ceſſit in lachrymas:nolenſq; fratribus apparere díſceſſit. Et poſtq; reliquit eos íterum uenit ad eos. Et retinens obſidem Símeon:pro reuerſione fratrũ:íllos ſumentes mercimoniũ trítici:abíre præcepit:iubens míníſtro:ut pecuniã quam pro emptione frumẽti detulerant:oneribus eor; latenter ímittens dímitteret eos:illam pecuniã pariter portaturos. Et ílle quidẽ imperata perfecit. Iacob autem filíi uenientes in chananeam: nunci auerunt patrí quæ eis in ægypto contígerant: & quía quaſi exploratores regis íllue ueníſſent ſunt crediti:dícentibuſq; ſe fratres eſſe undecimũ apud patrem domí reliquiſſe:creditum eís non ſit:& quomodo Símeon relíquerunt apud príncipẽ mílíciæ donec Beníamín íret:& fidẽ de his quæ a ſe apud eum dicta fuerant perficeret:rogabantq; patrẽ níhíl metuentẽ:ut cum eís iuuenculũ deſtinaret. Iacob uero níhíl oíno placebat ex his quæ a filíis ſuís geſta ſunt:& dum de Símeon detentione grauiter ferret:ſtultiſſimũ iudícabat:Beníamín quoq; his malís adíícere. Et ílle quidẽ neq; ruben ſermonib9 ſupplicantís flexus eſt:ſuos filíos tradentís:ut ſi quíd Beníamín in ítínere pateretur:eos occíderet auus:Illos hęſitantes in his malís potius conturbabat argentũ:quod in ſaccís míſſum latenter inuenerant. Trítico uero quod delatũ fuerat iã deficiente:fame magis inualeſcẽte:coactus neceſſitate Iacob:Beníamín deliberauít cũ frĩbus deſtíare. Nõ.n.

poterant in ægyptū uenire nisi cū sua ꝓmissione ꝑgerent. Cūq; famem cotidie augeri conspiceret: filiis supplicantibus: quod aliud de pñti faceret nō habeat. Iudas aūt cum esset & in aliis uir audax: & in his apud eū fiducialiter usus est: dicēs non eū debere de fratre metuere: neq; aliud aduersum suspectionē conspicere qūo nihil circa eum agendum foret: ubi deus adesset: & qa ei quicquid immineret ēt apud eū manenti oīno contingeret: eos aūt sic palam in petitione pueri adiicere nō debere: nec alimentū ex uberta te pharaōis permissum: ꝓpter puerū irrationabiliter auferendū: cogitandū uero de salute simeon: ne dum parceret profectui beniamin: ille pimeretur: deo aūt esse credendum de illo. Quo exhortante atq; dicente: aut saluū reuocare filiū: aut se cum eo remansurū atq; uicturū: credens ei: Iacob tradidit Beniamin: & duplex tritici præcium: simul & quę apud chananeos nascūtur: unguēta balsami: & stactē: & therebintū: & mel: munera Ioseph direxit esse portāda. Multę uero a patre in egressiōe filioꝝ effunduntᵉ lachrymę: pariter & ab illis. Ille namq; si filios saluos de itinere suo reciperet cogitabat illi uero si fratrem incolumē reperirent: nihil pro eoꝝ tristitia mali ꝑpessum: cotidieq; eis meror igerebatur. Et senior quidē fessus tollerabat: illi uero ibāt i ęgyptū: spe meliori tristia rebus curaturi præsentibus. Cum uero ægyptum peruenissent: secesserunt quidem apud Ioseph: Timor autem eos non fortuitus perturbabat: ne propter tritici precium crimini subiacerēt: uelut & ipsi furtū sub callliditate egissent: & apud ꝓpositū Ioseph multis satisfactionibus utebantᵉ: domi in suis saccis dicentes se inuenisse pecuniā: eamq; nūc reportasse. Illo itaq; respōdēte: & se iā quid dicerēt ignorare: releuati sunt a timore: soluensq; repente simeon: cū fratribus esse permisit. Veniente aūt Ioseph a ministerio regis: ei munera proferebāt & scisciātᵉ de patre: dicebāt: q; eū īcolumē reliquissent. Ille quoq; cognoscens supesse beniamin: si is esset iunior frater interrogabat quē utiq; in ꝓsenti cerneret. Quibus respōdētibus eū esse: ait deū semper omniū ei esse suffragatorē. Ipse uero passione motus ad lachrymas discedebat: uolēs semetipsum fratribus demonstrari: suptosq; eos ad cibos fecit discūbere: sicut erāt soliti apud patrē. Qui dū circa cūctos recumbentes benignus existeret: beniamin partibus duplicibus honorabat. Dum uero post cenā fuissent i soporē cōuersi: iussit ꝓposito ut eis triticū mēsuratū traderet: pręciūq; rursum in eoꝝ saccis abscōderet monere uero Beniamin ēt poculū argentū quo bibere cōgaudebat īmitteret. Hęc itaq; faciebat: experimētū fratrū sumere uolens: utrū auxiliū aliquando ferrēt beniamin pro furto detento: & patienti periculū an certe reliquentes eū: tāquā ipsi nihil gerētes mali: ad paterna limina remearēt. Cū uero famulus mādata feciss̄et: die facto: Iacob filii nihil hoꝝ scientes discedebāt: recipientes etiā simeō: & duplici gaudio cōgaudentes: tā propter eū q̄ etiā beniamin reuocātes: sicut ꝓmiserat patri. Qui dum abirēt: insequebantᵉ eos equites: ducentes famulū a quo in sacco Beniamī poculū uidebatur īmissum: & inopinabili equestrū īuasione turbatos: causamq; scisciantes: pro qua sic ueniss̄ent: illi maliuolos eos appellabāt qui dū honore & muneribus potiti a dño suo fuissent: neq; munerū: neq; hospitalitatis Ioseph memoriā retinētes: ꝓsumpserit i eū iniqua cōmittere & scyphū quo ille in cōuiuio bibere congauderet auferētes: iniusta lucra secū portarēt: amicitiamq; Ioseph: suumq; periculū si inuenirētur in fraude secūdo loco ponētes: minabāturq; eis supplicīū esse uenturū: quia nec deū latuerit: nec cū furto fugiētes euaserit: licet ministerii famulū latuissent. Cognoscetis igitᵉ dicebant: qd ignorantes de poculo passi fuerimus: scituri tī repente uos esse puniēdos. Hęc & his maiora in eo dicēs famulus īcrepabat. Illi uero nesciētes factū eius uerba irridebāt: leuitatēq; uerborū illius famuli mirabantᵉ: quod talem cām ꝓsumeret uiris īferre: qui dū precīū in suis saccis inuētū nequaq̄ retinuissent: sed quod

geſtum fuerat nullo ſciente reuocaſſent: multo potius ab huius maleficii uolũtate diſce derẽt: & qa rei ꝓcrutationẽ negatione iudicabãt eſſe fideliorẽ, regrere famulũ ꝑerabãt: & ſi quiſquã rapuiſſet: cũ reperiretur oẽs eſſe puniendos. Nihil enĩ ſibi conſcii fiduciã habebãt: ut putabãt omni periculo cariturã. Illi uero ĩquiſitionẽ fieri exigebãt: uniuſq; fore ſuppliciũ: qui in furto fuiſſet inuentus. Et dũ quęrerent oẽſq; iam cęteros pertrãſiſſent: ſecundũ modũ ĩquiſitionis ad Beniamin nouiſſime puenerũt: nõ ignorantes: quo modo in illius ſacculo poculũ abſcondiſſent: ſed ſubtilẽ inquiſitionẽ ſe facere ſimulãtes: aliiq; de ſuo timore liberati: uidebanꝫ eſſe ſolliciti de beniamin: confidebant tñ: qa nec in illo poſſent maleficiũ inuenire: increpabãtq; eos qui fuerãt perſecuti: uelut eis multũ ꝓceſſuris impedimentũ itineris attuliſſent. Cũ uero ſcrutãtes onus de ſacculo beniamĩ inuentum poculũ protuliſſent: in luctũ & gemitũ omnes repẽte cõuerſi ſunt: & idumẽ ta rũpentes: flebant fratrẽ ſuũ pro furti crimine puniendũ: ſeq; mentitos patri de ſalute Beniamin. Creſcebat aũt eis hoc malũ: eo q; iam ſe credẽtes triſtitiã deuitaſſe: rurſus in fratris ſui malis inciderent: & paterne ſup illos triſtitię cãm ſe fore dicentes: qui uim pa tri feciſſent: ut eũ cũ eis una dirigeret. Equites ergo ſumẽtes Beniamin: ad Ioſeph addu xerunt: fratreſq; pariter ſequebanꝫ. Ipſe dũ cerneret illũ in cuſtodia poſitũ: illos aũt lu ctuoſo ſcemate laceratos: quod ait: o maligni aut de mea clemẽtia: aut de prouidẽtia dei cogitantes: talia in peregrinũ & bñfactorẽ facere præſumpſiſtis? Illis aũt in ſuppliciũ ſe tradẽtibus pro ſalute Beniamĩ: & rurſus recordãtibus dicẽtibuſq; beatiorẽ eſſe Ioſeph: qui ſi quidẽ mortuus eſſet: & a uitę triſtitia liber exiſteret: ſi uero uiueret: certũ quia pro illo ſup eos deus uindictã inferret: aſſerentibus ſe eſſe amaritudinẽ patris quia triſtitiæ quã pro illo hẽret hactenus: ẽt de Beniamin ipſi ei rurſus adiicerent: Ruben eos ẽt uęhe mẽter increpãte. Ioſeph ergo dicente: illos quidẽ a ſe abſoluĩ: a quibus in nullo fuerat le ſus: ſolãq; ei ſufficere pœnã fratris: neq; iuſtũ eſſe illũ propter eos dimitti qui in nullo de liquerãt: neq; illos cũ fure puniẽdos: ſed etiã abeuntibus prębere ſe ſecuritatẽ: oẽs quidẽ tenuit ſtupor: & dolore huiuſmodi paſſionis obmutuerũt. Iudas autẽ qui etiã patri ꝑſuaſerat: ut adoleſcẽtulũ dirigeret: & i aliis erat uir efficax: pro fratris ſalute ſe decreuit opponere. Licet crudelia iquit opera cõmiſerimus in te: & ſupplicio digna: iuſtumq; ſit oẽs nos ſubiacere tormẽto: licet nõ ſit iniquitas oĩum ſed unius iunioris: tamen deſperã tibus de eius ſalute: ſpes relicta eſt nobis de tua benignitate euadẽdi nobis te pollicẽte piculũ. Et nũc nõ ad nos reſpiciẽs: neq; malefacta cõſideras: ſed ad tuã naturã cõuerſus: uirtutẽ propicius exerce nõ irã: qua alii cũ in fortitudine pari ſint: nõ in maximis ſolum mõ: ſed ẽt in fortuitis ſumẽtes utunt. Tu eſto magnanimus: neq; uincaris ab ira: ut eos perimas: qui neque ſuã potuerint tueri ſalutẽ: ſed a te ſumere eam popoſcerũt. Non enĩ mõ eã primitus nobis donas: ſed dũ frumentorũ ueniſſemus ad emptionẽ: uelociter & opulentiã donaſti ciborũ: & nr̃is familiaribus uberrime deferenda ꝓbuiſti: quę periculũ ſuſtinentes a peſte famis eripuerunt. Ne deſpicias peuntes egeſtate reꝝ: neceſſariarũ: nec punias qui uidenꝫ deliquiſſe: & circa beneficiũ quod a te nobis ſplendidiſſime collatũ eſt: inuidiæ calamitate dãnati ſunt. Permaneat tua gra: alio mõ tñ data. Saluabis enĩ: quos ob hoc ẽt nutriſti: aiaſq; quas fame laborare non paſſus es: a morte tuis muneri bus liberabis: quatenus hoc ita mirabile ſit & magnũ: ut aĩas nobis dones: prębeaſq; unde poſſint indigentibus ꝑmanere. Reor enim deũ cãm hanc præparaſſe: uirtutẽ tuã circa nos uolentẽ cunctis oñdere: noſq; in hac erumna conſtituiſſe: ut iniqtatibus in te peccantiũ uideariſ ignoſcere: & nõ ſolis ob aliã cãm indigentibus tuæ clæmẽtiæ ammi nicula cõdonares: quãquã & hoc magnũ eſt: ſi beneſiat inopibus: principale tñ exiſtet: ſaluare quẽquã eos: qui pro delicto cõmiſſo in ſe pœnas debeãt exoluere. Nã ſi paruas

Ioſiões dimittere delinquẽtibus laudẽ attulit multis: iracundiã cohibere in his: pro quibus uita peccantiũ ſit obnoxia: diuinę cognoſcit' eſſe naturę. Et ego quidẽ niſi ſcirẽ patrem quẽadmodũ in amiſſione filioꝝ affligitur: propter Ioſeph mortẽ: nequaquã quam tũ ad nos attinet ſalutis uerba proferrẽ niſi forſan tuis moriꝰ hoc donaſſem: quoꝝ eſt propriũ ẽt hos ſaluare: qui tribulantur in huius morte: ſed ẽt præberemus nos paſſuros quæcunq; uelles. Nunc aũt non nri miſerentes licet iuuenes ſimus: & nundũ fruentes uitę bonis moriamur: ſed de patre ea cogitantes: & ſenectutis illius miſerantes: has tibi preces offerimus: & cõmendamus aias nras: quas tibi malignitas nra tradidit ad ſupplicia perferenda. Nã non ille malignus eſt: neq; tales nos futuros genuit: ſed cũ ſit benignus: & ut experiatur talia non ſit iuſtũ ẽt nunc nobis ſuſpectus affligit'. Cũ aũt audierit perditos: ẽt cãm mortis amariſſime ſuſtinebit: & ob hoc multo citius uitã ſuã derelinquet: ita ut eũ conuerſationis nrę turpitudo corrũpat: peſſimumq; faciat de præſenti luce diſceſſum: & dum ad alios ſtuderet nra bona plantare: ut nri actus neq; ſentiantur efficiet. In hac ergo ratione cõſtitutus licet te nra mala cõmoueant: tuã iuſtitiã dona patri: ut propter illius miſericordiã maiora poſſis quã cogeris facere pro nra malicia ne ſenectus eius in deſolatione conſiſtat: aut nra perditione deficiat. Verere patrũ nomina hoc eis condonans munus. In hoc itaq; & tuũ honorabis genitorẽ: tibiq; præſtabis: cum iam hac appellatione potians: & in ea ſine paſſione ſeruaberis a deo patre cuncto rum: in qua per cõmunionẽ huius nos pie agere cõprobaueris: noſtri patris hñdo miſericordiã: ne fraudatus filiis aliqd patiat'. Tua ſunt ergo quæ nobis prębuit deus habens utiq; poteſtatẽ & auferre: & dare: nihilq; ab eius gratia differes. Nam dum quilibet in utrũq; habuerit poteſtatẽ: optimũ eſt: ut hac in bonis utatur & poteſtatẽ quæ in malo eſt tanquã ſi nõ ſit obliuiſcatur: quaſi hoc ſolũ conceſſum ſit ut de ſalute ſit cogitandũ. Tu uero omnes nos ſaluabis ignoſcendo fratri: in quibus infeliciter egit: neq; enim uita nobis eſt hoc punito: quo defuncto: ad patrẽ non licet remeare. Supplicamus igitur domine: ut ſi decreueris fratrẽ nrum occidi: cum eo nos pariter punias: tanquã delicti participes. Non enim patimur noſipſos quaſi ꝓpter mortui tribulationẽ afficere: ſed tã quãſimiles eius malicię exiſtẽtes ita debemus interimi. Et qm̃ ut iuuenis deliquit: & nõ prudentia roboratus: & humanũ erat talibus uenią tribui: hoc tibi relinquo: & ulterius uerba proferre ceſſabo: & ſiquidẽ nos condemnare uolueris: ea quę dicta non ſunt non uidebũtur nos ad triſtitiã deducere: ſi uero abſolueris illa ẽt in tuæ benignitatis conſcientia reuoluens: nõ ſolũmodo nos ſaluabis: ſed etiã uitã redonabis: per quod potiꝰ iuſtior appareas: qñ plus a nobiſipſis probaris de nra ſalute ſollicitus. Si aũt caſtigare culpã mauis: me magis pro illo caſtigans: hunc patri remitte: ſi uero aliquẽ tibi retinendũ iudicas ſeruũ: ego utilitatibus tuis potior ero miniſter: quanto aptior ad utraſq; paſſiones ſicut uides exiſto. Iudas itaq; oĩa ſuſtinere pro fratris ſalute libenter habẽs: ꝓſtrauit ſemetipſum ante pedes Ioſeph: ſi qũo eius irã flectere potuiſſet. Proſtrati ſunt ẽt fratres uniuerſi flentes ſemetipſos pro anima Beniamin tradẽtes neci. Ioſeph aũt animi ſui paſſionibus uictus: & nequaq; ualẽs ire tolerare figmentũ, iuſſit quidẽ abire pñtes: ut fratribus ſe tantũmodo demõſtraret. Diſcedẽtibus igitur oĩbus: ſemetipſum fratribus indicauit dicẽs. Virtutẽ quidẽ uram atq; fauorẽ circa fratrẽ ueſtrũ collaudo: & meliores quã ſperabã ex his quæ in me cogitaſtis inuenio. Hæc aũt oĩa feci experiri uolẽs amorẽ uræ fraternitatis. Naturaliter aũt neq; circa me malignos uos arbitror extitiſſe: ſed dei uoluntate factum: quo bonorum etiamnunc adeptio: & in futuro ſi propicius Deus nobis fuerit: conferenda ſit. Patris ergo ſalutẽ inopinatã cognoſcens: talesq; uos circa fratrẽ inueniẽs: neq; illoꝝ quæ in me cõmiſiſſe putamini ulterius recordabor. Ceſſabo aũt

& ab odio malignitatis quod ſup his habebã: & tanq̃ fuerint uoluntate dei cõpleta: & in rebus pñtibus uos mihi eritis occaſio: gratiã me habere profiteor: uoſq; ipſos uolo illorum ẽt obliuionẽ ſumentes delectari magis in illo: quod tunc inconſiderate feciſtis: dũ ad huius termini qualitatẽ cauſa peruenerit: quã confuſionẽ grauiter ferre propter hæc quæ putamini deliquiſſe. Non ergo uideat uos cõtriſtare: q; aduerſum me malignã p tuliſtis ſniam: nec pœnitentiã eius uos afficiat: qñ impleri non potuerunt quæ fuerant cogitata. Exultantes ergo in his quæ a deo facta ſunt: ite hæc nunciantes patri: ne etiã pro ueſtra conſumptus ſollicitudine: ſplendorẽ meæ fœlicitatis obſcuret: ſi antequã ad meũ ueniens uultũ: præſentiũq; rerũ potitus: hac luce priuet. Ipſum ergo: ueſtraſq; cõiuges liberoſq;: & cunctã cognationẽ ſumentes: huc migrate. Non enim abſentes bonorum meorũ oportet mihi chariſſimos eſſe: in ſuper & fame annis adhuc quinq; mãſura. Hæc cum dixiſſet Ioſeph amplexꝰ eſt fratres. Illi uero in lachrymis & triſtitia cõſtituti: ſup hoc quod cogitauerant contra illum: potius eis uidebatur eſſe ſupplicium bona uoluntas fratris. Et tunc quidem erant in epulis. Rex autem audiens ueniſſe ad Ioſeph fratres: lætatus eſt eximie: & tanquam in propriis bonis affectus prębenda eis uehicula tritico plena: aurumq; ſimul & argentum portandum patri decreuit: ſumenteſq; dona regis illi & ampliora fratris: alia quidem patri ferenda: alia uero ſibi ſinguli donata gaudebant: maioribuſq; muneribus donato Beniamin exultãtes abibãt. CAP. IIII.

Vm ergo reuertẽtibus filiis; Iacob de Ioſeph agnouiſſet: quia non ſolũ cuaſiſ
i inopiã aut queſtũ neceſſariũ ad uitam præſentem eſſent circa ſacrificia negligentes: iuſſit ut ſecundum dei uoluntatem chananeã obtinerent hæbrei: leuitis octo & quadraginta ciuitates bonas & ꝑcipuas diſtribuerent: ſed & terrã ante muros duorũ miliũ cubitorũ ad eos ꝑtinere deſcripſit. Sup hæc aũt & populũ cõſtituit annuorũ fructuũ decimas ipſis leuitis: ſacerdotibuſq; ꝑbere. Hæc enĩ ſũt q̃ accepit hæc tribus a populo. Neceſſariũ aũt iudicauit: ipſorũ ſacerdotũ quę ſint ꝓpria declarare. Quadraginta octo quidẽ ciuitatũ: tredecim ex eis leuitis cedere ꝑcepit: & decimarũ quas a populo p annũ accipiũt decimas eis diuidi: inſuper ẽt primitias omniũ frugũ: de terra naſcentiũ: deo populo iuſtum eſſe offerre ſanciuit. Quadrupedum quæ ſacrificiis offerunt quod primitus naſcitur: ſi maſculus ſit imolandũ præberi ſacerdotibus iuſſit: & ut ipſi cũ domo tota epularent in ciuitate. Sacratorũ uero q̃ comedi non pñt ab eis ſecundũ patrias leges: dominus ſiclũ & dimidiũ eis pręberi fecit: pro hoĩs uero pĩmogenito quĩq; ſiclos. Sunt aũt eis primitiæ ẽt tõſionis ouiũ & melliũ: uñ panes facti eis ſolẽniter miniſtrãt. Siquis eorũ uouerit quos nazareos appellant comã nutrire: & uino non uti: iſti dũ capillos ſuos dedicant ꝓpter ſacrificia uenientes ad ſacerdotes corban offerunt deo: quod ſignificat munus: mulier qdẽ triginta ſiclos: uir aũt quinquaginta. De his uero qui eo ſunt egeni pecuniis: ſacerdotibus licet ut uoluerint iudicare: ſed ẽt his qui domibus immolant epulationis cauſa non religionis: neceſſe eſt offerre ſacerdotibus pectus & dextrũ brachiũ pecoris. Et ſacerdotibus qdẽ moiſes ex his quę pro peccatis populus ſacrificans præbet ſicut in precedenti libro ſignificauimus: hoc dari conſtituit: oĩum uero q̃ ſacerdotibus offeruntur: ptĩcipari conſtituit: & ſeruos & filios: & mulieres: abſq; hoſtiis quæ offerunt pro peccatis. Illa enim in tẽplo ſoli maſculi ſacerdotes ea die conſumũt. Cum hęc moiſes conſtituiſſet: ſurgens cum oĩ exercitu ad terminos idumeæ uenit: & legatos ad regẽ idumęorũ miſit: poſcens uiam ſibi concedi: quam ſe confidebat accipere & illũ cum nihil lederet ſine dubitatione præbere. [Neceſſaria nanq; exercitui ſe miniſtrare dicebat: & aquę pręciũ eos iubebat accipere. Ille uero his quæ moiſes petebat nõ conſentiens: neq; uiã cedens: ſed caſtrametatus occurrit: prohibiturus eos qui tranſire uioleter pręſumerent. Moiſes aũt cũ deus pugnę initium fieri non iuſſiſſet recedebat: per deſertum iter faciens. Tunc itaq; ſororẽ eius mariã finis uitę accepit: cum quadrageſimũ expleſſet annum ex quo ægyptum dereliquit: decimi xantici menſis initio ſecũdũ

lunã:ſepelieruntq; eam publice nimis ſplendide: ſuper quẽdã montẽ qui uocatur ſyna et poſt triginta dies a fletu populum moiſes hoc mõ purgauit. Vitulã fœminã aratro et cultura inexpertã:totãq; rubeã paululũ ab exercitu procul ductã:in loco mũdiſſimo põtifex imolauit:et eius ſanguine ſepties digito aſperſit, tabernaculum dei:deinde incẽ ſa:ut erat tota uitula cum pelle atq; uiſceribus:lignum cedrinũ in mediũ ignẽ miſerunt: & hyſopũ & lanam coccineã: colligenſq; oẽm cinerẽ uitulę uir mundus: poſuit in locũ puriſſimũ. Hi ergo qui morte polluti erant: paululũ in fontẽ cineris mittentes:& hyſopum baptizantes:& hoc cinere ſpargentes tertia & ſeptima die, erant in reliquo mundi. Hoc ẽt uenturos ad ꝓmiſſam ſortẽ ſeruare põcepit. Poſtq; uero ꝓpter luctũ ſororis in exercitu hmõi purgatio facta eſt:duxit populũ p deſertũ & per arabiã:uenitq; ad locũ quẽ arabes metropolim ſuã putãt:primo qdẽ archim noiatum:qui nunc petra uocitat. Hic itaq; cũ eſſet excelſus mons:aſcendens in eũ aaron moiſe ſibi manifeſtante qa moriturus eſſet:uidente cuncto populo:erat enim e diuerſo locus:ubi erat populus conſtitutus:exutus pontificali ſtola:tradit eam eleazaro filio ad quẽ propter ętatẽ pontificatus uenit:& mortuus eſt populo cum uidẽte: ipſo qdẽ anno quo ſoror uidebatur eſſe defuncta:cum uixiſſet annis tribus:& triginta & centũ. Defunctus aũt eſt ſecũda luna initio menſis qui uocatur apud athenienſes ecatonbeon:apud macedones autẽ lochis: apud hæbreos uero ſadebat:apud romanos nuncupatur auguſtus. Cunq; luctus ſuper eum diebus triginta fuiſſet expletus poſt hæc ceſſauit. Cap. IIII.

Vmẽs igitur moyſes exinde exercitũ uenit ad fluuiũ arnon:q de mõtibus arabię deſcendens:& per totum deſertum fluens in ſtaguum aſſaltiten erumpit:diuidẽs moabatidem:& amonitidem. Hęc autem terra eſt fructifera: & hominum multitudine nobilis:alere bonis ibi naſcentibus copioſa. Ad ſeon itaq; regẽ illius regionis moiſes miſit:populo uiã petẽs:ut fœderibus qbus uellet ille crederet factis: q; in nullo lederẽtur: neq; terra:neq; qui ſub eo conſtituti eẽ uidebant: ſed etiam uenalia populo ſub p̃cio fore uendenda ſicut illorũ procuraret utilitas:& aquã peregrinis ut uellent eos uenundare depoſcens. Seon autẽ hæc negans propriũ armauit exercitũ:ut hæbreos ar non fluuium trãſire prõhiberet. Tunc moiſes uidens hoſtiliter Amorreum inſiſtere:nõ paſſus ut hębreis p inertiam proueniret inopia:primitus acceſſit ad eos: & cũ eſſet difficile ut prævaleret aduerſus ſeon:conſuluit deũ:ſi eũ pugnare permitteret. Cunq; deus victoriam promiſiſſet:fiducialiter ipſe ad certamẽ uenit:& exercitũ totũ exacuit:dicens eos bellandi nunc deſiderio potituros:quod diuinitas iubebat. Illi uero ut deſiderabãt poteſtate percepta:ſumentes arma ad prælia repente profecti ſunt. Amorreus itaq; inſiſtentibus populis cum iã non eſſet ęqualis:ipſe quidẽ obſtupuit hæbreos:exercitũ aũt eius fortẽ ſe nõ ope ſed timore mũdit. Primã ergo cõgreſſionẽ nõ tolerãtes:nec ſuſtinere hæbreos ualentes i fugã cõuerſi ſunt:hæc ſibi potius pro ſalute quã pugnare utile iudicantes. Confidebãt enim in ciuitatibus ualde munitis:in quibus cũ recluſi fuiſſent:nihil profuit eis. Hæbrei nanq; dũ eos fuga declinare reſpicerẽt inſiſtebãt:& irrumpẽtes eorũ aciẽ:eos inſecutione pterruerunt. Illi ſiquidẽ diſrupti fugiebant ad ciuitates:hębrei uero pſequentes nequaq; fatigabant:quando & ad labores p̃parati:& uti fundibulis experti:& in oĩbus iaculis propter facilitatẽ armorũ ad perſequendũ uidebant aptiſſimi: ita ut dũ hoſtes longius eſſent:fundibulis & iaculis ſternerent ut proximi. Multa ergo cedes effecta tunc noſcitur:quãdo ẽt fugientes uulneribus uexabantur:laborabãtq; potius propter ſitim quã propter pugnã. Erat enim tempus ęſtatis. Et cum multi ſitis deſiderio ad fluuiũ cõcurrerent fugientes, circundantes eos hębrei percutiebant: omneſq; illos iaculatos ſagittatoſq; peremerũt:ita ut etiam Seon eorum rex ſimul extinguere-

tur. Hębrei uero mortuos ſpoliabant: prędāq; ſumebant: multāq; copiā habuerunt ex illa terra: cum eſſet adhuc fructibus plena. Tunc igitur exercitus ſine terrore iā captis hoſtibus egrediebaē ad epulas. Nullū enim eis erat impedimentum pugnæ: cū oēs pariter deperiſſent. Amorreos ſiqdē hmōi peremptio comprehendit qui nec prudentia uidebantur aſtuti: nec opere neceſſario boni: quorum hębrei terram late ceperunt. Eſt ār hic locus inter tria flumina poſitus: quaſi naturā inſulę tenens. Quē locū arnus qdem a meridiana parte circundat: iaboch ſeptentrionis circuit latus: qui in iordanis fluuiū deſcendēs illi ēt nomen tradidit. Occidentalē uero partē eius regionis: iordanis ripa concludit. Cum ergo res illæ ita conſiſterent: iſrahelitis inſtabat oggaladine & galanitidis rex: ducēs exercitū copioſum: & feſtinans tanq; ſolaciū amico ſeon præbiturus. Cū uero eum iam cognouiſſet extinctū: ēt tunc deliberauit congredi cū hębreis putans ſe pūaliē reſeruq; uirtutē experimento cognoſcere. Cumq; finiſſet ſpe ſua deceptus, & ipſe bello mortuus & omnis eius exercitus eſt peremptus. Moiſes aūt iaboch fluuiū tranſiens: regnū Ogregis perambulabat: ciuitates deſtruēs: & oēs habitatores eius occidēs: qui & diuitiis oībus in illa terra: & uirtutibus & opulentię magnitudine præcellebat. Ogregis regis magnitudo & pulchritudo uehemens erat: qualis eſt paucorum. Erat enim manu fortis: ut operibus uirtutis magnitudo & pulchritudo corporis uideret̄ ęqualis. Fortitudinis uero & magnitudinis eius ſunt exptī: q lectū eius uiderūt in ciuitate rabbathæ regni ammanitidū factum ex ferro: quattuor cubitorum latitudinem habentem: longitudinem duplicem: & uno cubito fortiorem. Hoc igitur cadente nō ad preſens ſolummodo hębreis rerū fiducia eſt cōceſſa: ſed etiam in futuro cauſa eis bonorum moriēs eſt effectus. Nam quadraginta urbes clare nimis munitas illiq; ſubditas tenuerunt: prędāq; copioſam & ſeorſum ſinguli & cōmuniter oēs adepti ſunt. Capi. V.

Oiſes itaq; caſtrametatus deduxit exercitū ad iordanē circa magna cāpeſtriam contra hiericō ciuitatem opulentiſſimā: & palmas atq; balſamū q̄ ſolet ferre copioſe. Cœperunt autē proni eſſe iſrahelitę: & deſiderium habere bellandi. Porro moiſes cū paucis diebus deo pacificas hoſtias īmolaſſet populūq; epulari feciſſet: parte quandam armatorum miſit: q terram madianitarum explorarent: & eorum patrias obſiderent. Cauſa uero bellandi aduerſus eos huiuſmodi fuit. Balach moabitarum rex cū amicicias paternas haberet: atq; ſocietatem circa madianitas: & iſrahelitas uideret tanto cremento proficere, ēt de rebus ſuis in formidine nimis erat conſtitutus. Deniq; non credebat terrā aliam hebreos quęrere niſi ſuam: cū p̄miſiſſet utiq; deus chananeā illos fore poſſeſſuros: uelociterq; ſtuduit amicos de hac re ſuis tēptare ſermōibus: & pugnare quidē ipſe in felicitate cōſtitutus: cōtra illos qui obſtrigerent̄ erūnis nō iudicatis: ſed prohibere magis eos: ne potiores efficerent̄: deliberauitq; legationē pro eis ad madianitas protinus deſtinare. Ad illi dū eēt qdā ab eufrate propheta p̄clarus illoq; tē porū: eiſq; nimis amicus ad hunc miſerunt legatos cū balach uiros de ſuis fide digniſſimos: rogātes ut ueniret ille propheta: quatenus p̄ pditōe iſrahelitarū maledictiōes efficeret. Qui uenientes legatos ſuſcepit: & largitatē eis hoſpitalitatis exhibuit. Cumq; conaſſet: dei uoluntatē cōſuluit: qui forent de quibus madianitę rogarent. Cū uero deus impedimentū eorū uoluntati feciſſet: ad legatos rediit: deſideriū quidē ſuum & ſtudiū eis oſtendens circa ea quæ ab eo requirerent: ſed deum reſiſtere ſuæ uoluntati dixit qui eū ad tantā gloriā propter ueritatis eloquium pduxiſſet: exercitumq; pro quo maledicendo eum uenire rogarent: eſſe nimis deo amabilem: ſuadebatq; eis ſimul: ut propter hanc cām inimicicias ſuas ab iſrahelitarum gente ſuſpēderent. Cūq; hęc dixiſſet: legatos dimiſit. Madianitę uero balach uehementer inſiſtēte: & preces maximas offerente:

miſerunt iterũ ad balaam. Tunc ille ſtudens aliquid uiri ſibi præſtare: denuo conſuluit deum. Qui uolens eum rẽ experimẽto probare: iuſſit ne legatis in aliquo cõtradiceret: ſed cum eis iret. Qui arbitratus deum hęc ei nõ pro deceptione iuſſiſſe: cũ legatis mox ibat: Angelo ſancto occurrente ei per uiã quodã anguſtiſſimo loco: qui erat accinctus gladio bis acuto. Aſina aũt in qua Balaam ſedebat intelligẽs ſpiritũ diuinum eẽ: declinauit balaã ad unã maceriã: non ſentiens plagas quas ei balaã inferebat: dum pcuſſus ad maceriã uexaret. Cum uero angelus inſiſteret: aſina pcuſſa uoluntate dei uocẽ loquẽtis emiſit: balaã accuſans uelut iniuſtũ: qa dum prioribus miniſteriis nihil quod de ea quereretur haberet: tunc ei plagas inferret: non intelligẽs: qũo uoluntate dei prohiberetur ab his quę feſtinaret implere. Cunq; balaã humana loquẽte aſina pturbaret: palã ẽt Angelus apparuit eũq; increpare de plagis aſinæ cepit: tanq̃ non eſſet hęc cuipa iumenti: ſed q; eius iter contra dei uoluntatẽ fieri phiberet. Metuens aũt balaã: ſtuduit remeare: ſed deus eũ confortauit ut iret: pcipiens: ut qcqd eius in mente poneret: hoc ille manifeſtaret. Et ille qdẽ: cum hæc deus iuſſiſſet: uenit ad balach. Rege uero decẽter ualde eũ ſuſcipiente: petebat ut ductus ad quendã montiũ: conſideraret quẽadmodũ hæbreorũ exercitus eſſet conſtitutus. Balach aũt ipſe p ſe deduxit prophetã cũ regio miniſterio in montem qui ſupra eorũ caput uidebat exiſtere: aberat enim ab exercitu ſtadiis ſexagita. Videſq; eos ille: pcepit: ut ſeptẽ aras rex cõſtitueret: & totidẽ tauros & arietes adduci iuberet. Cũq; rex celerrime miniſtraret: ille hæc imolauit holocauſta. Quo facto: cepit e diuerſo benedicere dicẽs. Hic populus felix: cui dabit deus multorũ poſſeſſionẽ bonorũ: eritq; eius auxiliator i oĩbus: & pſulẽ ꝓuidẽtia ſua ei cõcedit: ita ut nullũ hũanũ genus ſit qđ non uirtutẽ eius & ſtudia iudicet optia: & ab oi malicia ſegregata. Hęc itaq; & uos iquit habebitis: & melioribus filiis relinquetis. Deo quippe uos ſolos homines intendente: & ubicunq; fueritis in omni terra ſub ſole poſita fœliciores habente: terram in quam uos ipſe miſit obtinebitis: ſeruituram ſemp filiis ueſtris: quorum gloria cõplebitur oĩs terra ſimul & mare: & ſic abũdabitis in orbe terrarũ: ut oi terrę habitatores ex ueſtro genere præbeatis. O admirandum te atq; beatũ exercitũ qui tantus exuno patre creatus es. Sed nunc quidẽ uos adhuc paucos chananeorũ terra ſuſcipiet: ſcituri orbẽ terrarũ ueſtrum fore habitaculum in eternum. Nam multitudo ueſtra ita & in inſulas dilatabitur: & in oẽs terras ſicut nec in cęlo numerus eſt ſtellarum. Et cum tanti fueritis: nec ubertatem uobis negabit deus: in paceoſa bona miniſtrando: & uictoriam atq; potentiã in bello largiet: & filios inimicorum qui contra uos aliqua pſumptione contenderint ſubiugabit. Non enim ultra reuertetur aduerſarius noſter uictor: q; filios ſuos letari faciat aut uxores. Tãta uobis fortitudo prouidẽtia dei pſtabit: cui grãdia minuere uirtus eſt: & latius augere q̃ parua ſunt. Talia ſiquidẽ ille ſua ſacratione proferebat: cum non eſſet in ſemetipſo: ſed dei potius ſpiritu uincebatur. Balach aũt contriſtato & proclamante: eo q; pacta traſcenderet: quibus fuiſſet a ſuis amicis magnis muneribus inuitatus: & cũ ueniſſet pro maledictione hoſtiũ: eos ditaret: & beatiores oĩum hominũ oſtenderet: ait ad eũ balaam. O balach: de cunctis rebus cogitare putas i nobis eſſe: de talibus quicq̃ dicere ſeu tacere: quãdo dũ nos ſpiritus dei percipiet: uoces & uerba quæ ipe uult nihil ſcientibus nobis emittit. Ego uero recordor: quomodo tu: & madianite ſupplicãtes me deſiderabiliter huc adduxiſtis: propterea ueni: fuitq; mihi uotiuũ in nullo tuũ deſideriũ uiolare. Sed melior deus eſt horũ quã q̃ ego tibi pſtare credebar. Nimis enim inſani ſunt: qui pſentiam humanarũ rerũ apud ſemetipſos ita ſuſcipiunt: quatenus non ea quę diuinitas dictat edicant: ſed magis illius uiolentiã faciant uolũtati. Ego ſiquidẽ hunc exercitũ neq; laudare propo

fui:nec in quibus bonis genus eoꝝ deus habiturus sit aperire: sed deus ꝑpicius eis existens:& festinās eis fœlicē uitā gloriāq; ꝓbere ꝑpetuā:hæc mihi uerba ꝑmissionū taliū ministrauit. Nunc aūt quō nūhi uotū est tibi & madianitis ꝓstare:quorū ꝓces repellere me nimis indecēs est:ueni rursus erigamus aras alias:& sacrificia ꝓxima prioribus celebremus:si forte flectere potero deū:ut me ꝑmittat hos oēs maledictionibus obligare. Cunq; balach fieri ꝑmisisset:& secundo sacrificāti nequaq̄ diuinitas ut israhelitas maledíceret annuisset:cadēs ꝑnus in terrā:prędicabat regibus affuturas passiōes & quæcunq; ciuitatibus erant euentura eximiis : quarū aliquas qdē nec habitari contingeret. Quæ ēt facta sunt:dum hęc tpibus priscis per terram siue per mare usq; ad memoriam meā hoibus euenissent. Et cum hæc oīa talem terminū exceperint : qualē ille prædixit: quilibet conīicere potest:quomodo & in futuro sic erit : quēadmodum ꝓfatus est ille Balach aūt īdignatus eo q; nō maledicti essent israhelitę:remisit balaā nullo honore remuneratū. Ille uero iā descendens & circa trāsitū eufratē ueniēs:& balach pricipibusq; madianitarū uale dicens ait. O balach & madianitę ꝑntes oportet me hęc & ꝑter uolū tatē dei ꝓstare uobis. Hæbreorū qdē genus nulla pestis pœnitus apprehēdit:nec bella:nec aliqua necessitas:nec sterilitas fructuū terrēorū:nec alia q̄libet eos uesania corrūpit . Est enim cura deo liberare eos ab oī malo:nullamq; ꝑmittere sup eos uenire hmōi passionē quatenus oēs debeant deperire. Euenient aūt eis pauca:& ad modicū tps: quibus humiliari uidebuntur. Sed deinde intelligent:q; pro timore fuerit illa eis talis uexatio. Vos quasdā uictorias ad breue tps aduersus eos desideratis : quod impetrabitis:si hæc quę moneo feceritis:filiarū uestrarū speciosas ꝑcipue uirgines:qbus subdi & deludi castitas possit inspicientiū ꝑp pulchritudinis honestatē: circa exercitū eorū proxime destinate:& supplicantibus eorū iuuenibus:ut earum amplexibus misceantur ꝑcipite: quatenus dū eos concupiscētia obligatos uiderint: deferant rogantibusq; manere eas: nō primitus audiāt:quā eos patrias leges relinquere iubeant:simul & honorē dei q eas posuit eis:& madianitarū atq; moabitarū colere ritū cogant. Sic enim illis indignabit deus. Cūq; hęc ille dixisset:abscessit. Madianitę uero dum misissent filias suas sicut ille monuerat:hæbreorū iuuenes decepti sunt pulchritudine puellarū:& ad earū colloquia uenientes:rogabant quatenus earū pulchritudine fruerent:nec consuetudinis proximitate recederent. At illæ libenter hęc uerba suscipientes consenserunt eis:obligantes eos amore suo. Quibus dū cōcupiscentia crcuisset, eos illę cepere deferere. Dūq; illos angustia de mulierū discessione crudeliter inuasisset, uberrimis fletibus exorabāt:ne eos illę defererent. sed futuras uxores & dominas omnium possessionū uel substantiarū suarū manere poscebant. Hæc aūt cū iurisiurandi religione firmabant:deumq; mediatorem in promissione faciebant flentes:& undiq; semetipsos misericordia dignos ostendentes mulieribus. Illę uero dū eos seruitute iam captos esse cognoscerent & oī uinculo fœdę consuetudinis obligatos, eis talia cœperunt dicere. Nobis quidē o fortissimi iuuenes domus paternæ sunt:& magna possessio bonorū parentū atq; domesticorum fauor & dilectio:nihilq; horū egentes uenimus ad uestrū eloquiū:nec questū speciosi corporis requirentes uestrā nobilitatē adiuimus:sed uiros bonos & iustos existimantes:honorare uos xeniis qbus indigetis aduenimus. Nūc quando dicitis circa nos habere dilectionē:& nostro contristari discessu:neq; nos uestras preces abiicimus:sed tantūmō fidem uolumus fauoris uestri ꝑcipere:ꝑ quā nos credere dignissimū iudicamus:ut uestrā conuersationē uidentes:uxores esse possimus. Formidamus & enim:nedū fueritis satietate nostræ consuetudinis adimpleti:deinceps cōtumeliis affectas ad parētes nos proprios remittatis. Rogantibus aūt illis:& ut uellent fidē daturos se pollicentibus:& ob amo

rẽ in nullo contradicentibus: dixerunt illę. Qũo hęc qdem uobis placent: moribus & uita utimini: ut ab oĩbus alienati populis sitis: ita ut ẽt cibos propríos hẽatis: & pocula cum nullo cõia: necesse erit uolentibus uobis habitare nobíscũ: ẽt deos colere nostros: nec erit índiciũ circa nos aliud uestri fauoris: nisi eosdẽ deos quos nos adoretis: nullusq; culpabit uos: si terrę ad quã uenístis: eius colatis & numina: cũ dii nr̃i sint cões oĩbus: uester uero in nullo sit talis: dicebantq; eis: ut aut quæ essent oĩum: ea facerent: aut aliã quęrerent terram: in qua possent legibus propríis conuersari. Illi aũt amore earũ deuícti: optima illas dicere iudicantes: & semetipsos tradere uoluptatibus earũ, patria iura transgressi sunt: deosq; plurimos iã putantes: ímolare eis lege ꝓuincię proponentes: cíbis ẽt extraneis congaudebant: & oẽs ad líbidinẽ mulierum contra leges proprías sítur gebant: ita ut ẽt pr̃ oẽm exercitum iuuenes agerent contra legẽ: & seditio priore multo peíor incíderet: cum oĩno solẽnitates iam propríę deperirent. Nam dum semel iuuenes mores attigíssent extraneos, eos uberius appetebant. Sed & síqui priorũ uirorũ pp uirtutes patrũ nobíles erãt: cũ eis uitio subiacebãt. Dẽíq; Samarías príceps tribus symcõ: dum haberet chorami madianitidẽ mulierẽ ducis cuiusdã filiã: uíri inter íllos ualde pótentis: uxore iubẽte añ solẽnitates mosaícas quod illã magis delectaret: effecit: non ímo lãdo lege patria: sed alienígínę nuptías elígẽdo. Et dũ hęc ita gererent: moíses metuẽs ne qd peíus accíderet: congregans populũ in eccleſiã nullũ eqdẽ noíatim culpauít: nolens quẽq; desperatione deíicere: qa dũ laterẽt poterãt pœnitere. Dícebat aũt: qũo non agerẽt dígna se: aut suis patríbus oportuna: dũ líbidinẽ deo p̃ponerẽt: & ei placẽtia uíolarẽt: oportere tñ: ut dum adhuc bñ eis esset: reuerterent ad fortitudinẽ: arbitrantes nõ ad uím inferendã leges esse posítas: sed ad concupíscẽtiã repellẽdã. Sup hęc adíiciebat nõ esse rõnabile ut q castí fuíssent í heremo: nũc cõstituti íter bona tãta peccarẽt: & rerum quas adepti fuerant per índigentiã tpe ubertatis amitterent. Et ille quidẽ hæc dícẽs conabatur emẽdare iuuenculos: & ad pœnitentiã eorũ quæ gesserãt reuocare. Post quẽ surgẽs Samarías: ait. Tu quidẽ Moíses utere legibus quas posuísti: ex ipsa consuetudíne eis firmitatẽ attribuens: & quomodo iã frequenter castígasti hæbreos qui non bene seducuntur: me in his quæ tyrannice ímperas non habebis obnoxiũ. Non enim aliud quícquã hactenus sub fígmento legũ dei: quã iugũ seruitutis nobis ínferre machínaris: & tibímet defendere príncipatum: auferendo nobis defideriũ: & propriũ uíuendí arbitríum: quod est líberorũ & domínũ nõ habentíũ. Itaq; crudelíor circa hæbreos ut solus eris ęgyptiorũ: castigare nos uolens: & secundũ leges tibí placitas síngulorũ uoluntates astringere. Sed multo iustíus est: ut tu potius puníaris: quando ea quę oĩbus índubitanter bene se habere uídent: solus exterminare contendis: & cõtra oĩum placita tuã ualere ſiníam. Mulierẽ itaq; peregrínam sicut asseris duxísse me fateor. A me enim audíes meos actus sicut a líbero. Non enim latere proposui: nec pro me alter delator erit. Et sacrificaui díis: quíbus sacrificandũ non iudicatis iustũ exístimãs p multos me debere acquírere ueritatẽ: & non uelut sub tyranno uíuere & omnẽ spẽ semp ex unius conuersatione pendere. Dũ hęc aũt Samarías de his quę ipse: & alíi male gesserãt edíxísset: populus equidẽ quiescebat formídine futurorũ legíslatorẽ ítẽdens: nolentẽ íllíus supbiã ex aduerso lítigio prouocare. Metuebat enim ne multí ꝓpter luxuriã uerborũ eius ímitatores facti multitudinẽ pturbarent: & in his quidẽ dimísere conuentũ: sed cã mali potius augebaẽ. Cũq; Samarías ex tali cã mortuus nõ fuísset: Fines uír & í alíis qdẽ rebus melior exístens multorũ iuuenũ & dignitate patris transcendens coętaneos uniuersos: elazari sacerdotis filíos & fratres: moíseos nepos: dolens in his quę gesserat samarías: & anteq; per licentiã fortior efficeretur íniuría: opere uolens ultionẽ ínferre: &

Volebant mihi rere legis mor ?

iniquitatē ne creſceret amplius prohibere: dum adhuc qui hæc arripuerant minime pu
nirētur aio ſimul & corpore ſic audacia confortatus eſt, ut non prius decertare quieſce
ret quā uictoriā in eo facto pciperet. Tunc ad tabernaculū ſamariæ ueniēs: ipſum eua-
ginato gladio & chorami ſimul extinxit. Iuuenes aūt oēs quibus erat uirtutis amor: &
Fines imitatores eſſe uidebāt: phibebāt eos q in culpa ſamariæ ſimiles exiſtebāt. Mul
ti ſiquidē iniq; gerentiū horū uirtute empti ſunt: oēſq; peſtilētia pierunt: deo illis poſt
hęc immittēte languorē: & qcūq; eorū cognati fuerant: & cū phibere deberēt: magis
ad iniuriā dei eos exacuerant pariter ſunt extincti. Perempti ſunt itaq; ex eorū cetibus:
nō minus uigintiqnq; milia uirorū. Hac itaq; cā exaggeratus moiſes ad iteritū madiāi
tarū miſit exercitū: de quorū prælio poſt paululū edicemus: narrātes primitus quod re
liquimus. Iuſtū nāq; eſt legiſlatoris uoluntatē: nequaq; in hoc ſine laude tranſire. Balaā
enī qui petitus fuerat a madianitis: ut malediceret hębreis: & hoc qdē complere diuina
puidentia non pualuit: ſed conſiliū dedit: quo hoſtes utētes: hębreorū populū pene cō
ſumerēt: moiſes magnifice nimis honorauit eius diuinatiōis uerba deſcribēs: cū poſſet
huius gloriā propriā facere: quando nullus q mendaciū pbans argueret teſtis extaret.
Illi nāq; teſtimoniū reddidit: & eū memoria dignū fecit. Et hæc qdē ſi uoluerint qcūq;
cōſiderēt. Moiſes itaq; p quibus pdixi rebus ad terrā madianitaꝝ miſit exercitū ex una
quaq; tribu: duodecim milia uiros eligēs: quorū ducē ſtatuit Fines: cuius fecimus pau
lo ante memoriam: qui leges cuſtodiuit hæbraicas: & zamariā trāſgrediētē eas ipſe p-
euſſit. Madianitę uero uidentes exercitū contra ſe uenire & quantus nūquam aduerſus
eos acceſſerat, congregantes prouinciæ multitudinem expectabant hoſtes: & undiq;
muniti excipiebant eos. Venientibus autem eis congreſſione facta: madianitarum ce-
cidit multitudo quæ computari non poſſet: numerumq; tranſcenderet. Sed & reges
eorum quinq; pariter ſunt perempti: quorum nomina erant Och: & Sur: Obeth: &
Huir: Quintus uero rex eſt Arach: de cuius cognomine ciuitas in terra arabum con-
ſtituta. Hactenus ab oībus de nomine regis edificātis arachen uocatur. quæ apud grę
cos dicitur patras. Hoſtibus igitur effugatis, hębrei eorū tenuere prouinciā: multāq; ſu
mentes pdam: & poſſeſſores cum mulieribus perimentes ſolas uirgines reliquerunt.
Hoc enim moiſes duci Fines iuſſerat. Qui reuerſus īcolumē reduxit exercitū: & prædā
ualde copioſam: ideſt boues quinquaginta duo milia: & ſexaginta ſeptem: aſinos aūt ſe
xaginta milia: auri uero & argēti uaſa innumerę multitudinis qbus utebant in domo.
Nā per longā fœlicitatē erant ualde locupletes. Deductæ ſunt aūt & uirgines: quaſi tri
ginta uero milia. Moiſes itaq; diuiſa in duas partes pda: alterius quidē quinquageſimā
partē eleazaro dedit & ſacerdotibus: leuitis aūt alterius quinquageſimā: reliq; uero uni
uerſo populo diſtribuit. Viuebantq; decetero ualde fœliciter: eratq; eis p uirtutē oīum
bonorū copia: nullaq; triſticia eorū uoluptates impediebat. Moiſes igit cū eſſet ſenex,
Ioſue ſucceſſorē ſibi conſtituit: ad prophetias: & ad militiæ principatū: ſicubi neceſſa-
riū foret iubente deo: ut iterū teneret imperiū. Ioſue aūt oī doctrina legū: diuiniſq; mini
ſteriis moiſe docente erat inſtructus. Inter hęc duæ tribus gad: & ruben: & manaſſe
dimidia quadrupedū multitudine & oībus aliis ualde diuites: habentes cōe conſiliū:
rogabant moyſen: ut eis pręcipue amorreā concederet: quę paſcuis optima uidebatur.
Ille uero exiſtimans eos timuiſſe chananeorū pugnam: & occaſionē honeſtā quaſi pro
paſcuarum diligentia requiſiſſe: malignos eos appellabat: & turpē occaſionē timoris
adinueniſſe: ipſoſq; uelle ſine labore delicare: dū oēs adhuc in erumna conſiſterent: &
terrā ideo peterent obtinere: ne decetero cū eis laborarent: qbus terrā ttaditurū ſe deus
promiſerat: trans iordanē & aduerſas gentes interempturū. Illi ergo conſpicientes ira

tũ ducẽ & contra ſe iuſtiſſime prouocatũ: reſpondentes ſatiſſaciebant non pro timore periculorum neq; propter laboris defectum hoc petere: ſed ut p̃dã in oportunis conſtituẽtes locis: expediti ad certamen & ad bella uẽire poſſent: dicebantq; ſe p̃paratos: ut dum poſſiderẽt ciuitates ad cuſtodiã filiorũ & uxorũ & facultatis ſuę: ubiq; cum exercitu properarent. Porro moiſi dũ iſte ſermo placuiſſet: uocans eleazarũ ſacerdotẽ et ieſum: et ad ultimũ uniuerſos: conceſſit eis Amorream: ita ut auxilia conferrẽt cognatis ſuis: donec oĩa complerẽtur. Accipiẽtes itaq; iſta conditione prouinciã: et ciuitates fortiſſimas poſſidẽtes filios et cõiuges: et alia quæcunq; poterant circuneuntibus ĩpedimẽtũ facere in eis apte conſtituerunt. Edificauit aũt et moiſes decẽ ciuitates: quę in numero quadraginta nouẽ forẽt: quarũ tres diſtribuit: ut ad eas qui nolẽtes facerent homicidiũ confugerẽt. et t̃ps fugę conſtituit hñtes ptãtẽ ſcilicet pempti cognati occidere homicidã: ſi eum extra terminos ciuitatis ad quã fugerat inueniſſent: quod nulli alii p̃miſſum eſt perpetrare. Hæ ſiquidẽ ciuitates fugacibus diſtributę ſunt: boſor qdẽ in arabiæ finibus: arimnan aũt in terra galaditorũ: galalim uero in bataltidẽ regionẽ. Cunq; etiã chananeorum terram obtinerẽt: tres alias ciuitates inter urbes leuitarũ moiſes fabricãdas ad habitaculum fugacium delegauit. Moiſes aũt adeuntibus eum maioribus natu tribus manaſſe: & dicẽtibus uirum inſignẽ in tribu ſua fuiſſe defunctũ nomine oropha tim: & filios quidẽ maſculos non reliquiſſe ſed filias: & conſulẽtibus ſi earum fuiſſet hereditas: ait ſiquidem aliquos de tribu ſua ducerẽt: cum hereditate ad eos irent: ſi uero ex alia tribu alicubi nuberent: hereditatem in paterna tribu relinquerent: & tunc manere uniuſcuiuſq; hereditatem in propria tribu conſtituit. Cap. .VI.

Vm uero iam quadraginta minus triginta dies implerentur: moiſes congregans
c ad iordanem: ubi nunc ciuitas eſt abilal: locuſq; palmarum conuentum: uniuerſo
populo ita locutus ẽ. O uiri cõmilitões: & ſicut deo placuit calamitatis lõge pticipes: centũ uiginti annis ſenectute cõfectũ oportet me ab hac uita deſcedere. In his q̃ gerẽda ſunt trans iordanẽ: iã nõ ero ueſter adiutor: neq; pugnabo uobiſcũ: a deo prohibitus. Iuſtũ igit̃ credidi neq; nũc meã deponere pro ueſtra fœlicitate curã: ſed propriã iudicare ueſtræ ubertatis adeptionẽ: & memoriã meã in abundantia bonorũ referreueſtrorũ. Nũc igit̃ explanans: quẽadmodũ uos fœlices eritis: ueſtris filiis bonorũ ueſtrorũ relicturi poſſeſſionẽ ab hac uita diſcedo: dignuſq; ſum: ut mihi fides habeat̃: & propter priſtinas uirtutes & eo q; alæ ad uitę huius terminũ uenientes: cũ oĩ loquant̃ integritate. O filii iſrahel cunctis hominibus cãbonæ poſſeſſionis propicius deus eſt. Hic enĩ ſolus dignis hoc diſtribuere: & auferre in ſe delinquẽtibus põt: cui uos exhibentes quales uos ipſe uult eſſe: ſimul & ego uoluntatẽ eius ſciens: aperte uos moneo. Nõ enĩ eritis beatiſſimi: & oĩbus mutabiles aut fœlices: ſi ex illius mãdatis aliquãdo ceſſaueritis. Poſſeſſio nanq; bonorũ quã nũc tenetis: firma manebit: & p̃ſentiũ rerũ celerrimam ſecuritatẽ habebitis: ſi ſolũmõ quę uos deus uult ſequi obediatis: neq; legũ alienarũ ordinẽ proponatis: neq; pietatẽ quã nũc circa deũ geritis ſpernentes: admodũ aliũ cõuertamini. Hæc aũt agẽtes: fortiſſimi cunctorũ eritis bella ferre: & inimicorũ nulli ſuccumbere. Deo enĩ uobis auxiliatore p̃ſente: cunctos ſuos poſtponere rõnis nõ ẽ: p̃mia ſiquidẽ magna uirtutis uobis ſunt poſita: q̃ oĩ uita poſſideatis. Virtus & enĩ primitus bonorũ cauſarũ eſt prę̃miũ: deinceps ẽt aliarũ rerũ p̃ſtat augmentũ: ita ut dũ inter uos ea uſi fueritis: magnã cõferat uobis uitã: & inter alienigenas glorioſos efficiat: & apud poſteros eminẽtes oñdat. Hęc itaq; poteritis adipiſci: ſi legibus quas dictãte mihi deo cõſtitui obediatis: eaſq; cuſtodiatis: & eaꝝ ſapiẽtiã meditemini. Ego gaudens diſcedo in ueſtris bonis: cõmẽdans uos caſtitatis legi: & bonæ cõuerſatiõis ornatui: uirtutibuſq; du

cū:q prouidentiā uestræ utilitatis exhibebunt. Deus aūt qui hactenus uestri pſul extitit pro cuius uolūtate & ego uobis utilis fui:nō uſq; ad pñs ſtare faciet prouidētiā ſuā:ſed quāto tpe ipſi uolueritis cū habere patrocinantē:in uirtutis ſtudiis pmanētes tanto pſi dium eius habebitis. Conſilia nanq; uobis prębebunt optima:quę ſequētes: fœlices eri tis:pontifex eleazarus et ieſus: necnon et ſeniores:et principes tribuum quos audire uos conuenit:ſciētes qm̄ omnes qui bene ſub principe conſiſtunt:et principatum tenere:et libertati prœſſe poſſunt: nec indignemini in his quæ uos agere duces ueſtri popoſcerit. Nunc et enim ut bñfaciētibus iniuriam faciatis in hoc fiduciā ponetis:q; decetero dedi nātes meliores cauſas hębitis:nec huiuſmodi iram aliquādo ſumatis quali circa me uti ſępius pſumpſiſtis. Noſtis enim q; frequēter peiora a uobis quā ab hoſtibus mortis pi cula ſuſtinui. Et hęc nō impropería ferens uobis edico: nō enī in exitu uitę dolētes cōtra me relinquere uolēs hęc ad memoriam reuoco: quādo nec tempore quo hæc patiebar iratus agnoſcor:ſed ut de futuro a talibus tēperetis:& in nullo ueſtris pſulibus iniuriam pp diuitias faciatis:quæ uobis iordanē trāſeuntibus & chananeā obtinētibus affluēter aduenīēt. Nā ſi ꝓpaces fueritis contēptores effecti:& uirtutē deuotionēq; perdideritis: quā circa deū geritis:eū primitus habebitis inimicū:& terrā quā armis obtinuiſtis itęq; cū magnis obprobriis amittetis: totūq; diſperſi p orbē ueſtro ſeruicio omnem terrā & mare complebitis:eritq; uobis dum horum oīum expti fueritis inutilis iam penitentiæ memoria legum non ſeruatarum. Vñ ſi uultis hęc apud uos pmanere dū hoſtibus prę ualueritis, nullū relinquatis ex eis: ſed omnes perire decernite:ne uiuētibus eis illoꝝ ſtu dia deguſtātes a cōuerſatione paterna recedatis. Sed & aras & lucos & tēpla quęcūq; habuerint deſtruēda cōmoneo:& genus & memoriā eorū igne cōſumi. Sic & enī bono rū ueſtroꝝ uobis erit firma ſecuritas. Ne uero p ignorātiā melioris rei natura ueſtra ad peiora declinet:& leges uobis dictāte mihi deo cōpoſui:& ordinē bonę cōuerſatiōis iſti tui cuius ſeruātes ornatū fœliciſſimi eritis oīum rerū: Hęc dicēs dedit eis ī libro leges et cōuerſatiōis modū ibi cōſcriptū. Illi uero flebant:et multū q̄rebant ducē:memoriā periculorū eius habentes:et quāta p eorū ſalute geſſiſſet:deſperātes ēt de futuris:quaſi nullus ei princeps ſimilis foret:minuſq; iā deū ſui curā prouidere credētes:eo q; moiſes eū potius exoraſſet. Tūc eorū q̄ ī deſerto ei cū ira locuti fuerant penitētiā agentes inge miſcebant:ita ut oīs populus in lachrymas prorūperet:& pluſq̄ ſermone dici pōt, gemi tus cū dolore proferret. Moiſes aūt conſolabat eos licet indignos:utq; magna uterent conuerſatione poſcebat. Tunc ergo cōuentus ita dimiſſus eſt. Cap. VI.

Olo aūt cōuerſatiouē dicere primitus moiſeos:eiuſq; dignitatis uirtutes expone re:ut q hęc legerit agnoſcant:qualia initia noſtri habuere maiores:& ſic ad alia rū rerū uenire narrationē. Scripta ſunt hęc oīa ſicut ille reliqt nihil nobis adiicié tibus ad ornatū:quod a moiſe relictū nō eſt. Hoc tantū nobis placuit mō nouitatis in ducere:ut ſecundū genus nobis ſingula diſponātur:diſperſe q̄ ab illo in ſcriptis relicta ſunt:& quēadmodū deū in ſingulis quibuſq; conſuluit. Propterea nāq; neceſſariū iudi cauī hæc pdicere:ne aliqua nobis a cōtribulibus hāc ſcripturā legētibus q̄ſtio generet. Hic ergo ordo eſt legū in noſtra conuerſatione cōpetentiū. Quas aūt nobis cōiter ad alterutros dereliquit:has de moribus & cāis explanare & referre diſtuli: ſed adiuuante deo poſt nobis inſinuare propoſitū eſt. Ait enim. Dū chananeorū terrā poſſederitis:& ad uſum bonorū puenerītis:& ciuitates iam edificare ceperitis:ea facientes q̄ deo placi ta ſunt:fortiſſimūq; pignus fœlicitatis habebitis, ſit uobis una ciuitas ſacra ī terra chā naneorū in loco optimo & uirtute pclaro quācūq; deus ſibi p prophetā elegerit:& tem plū unū in ea ſit:& altare unū ex lapidibus non manu dolatis:ſed paſſim iacentibus q

dealbati erunt: & ad decorē ualde puriſſimi: acceſſus aūt ad eū ſit nō p gradus. In alia uero ciuitate nec altare: nec tēplū ſit. Deus enī unus & genus hæbreorū eſt unum. Qui blaſphemauerit deū, lapidatus ſuſpēdatur p diē: & ſine honore turpiterq; ſepeliat. Cō ueniant aūt in ciuitatē in qua tēplū conſtruūt ter in anno a finibus terræ quā hæbrei te nuerint: quatenus deo & pro illis quæ poſſident grās referant: & de futuris p̄ces effun dant: & conueniētes adinuicē tunc epulantes amici ſint. Bonū eſt enī: ut ſemetipſos al terutrū cōtribuli nō ignorēt: ſed ſua ſtudia ſibi cōicent. Hoc aūt eis ex hac ſocietate p ueniet: ut & aſpectu: & loquela memoriā ſui ſemp obtineāt. Sī enī alterutris imprīxti ſunt, extranei ſibimet putabunt. Sit & decima exceptio frugū uobis p̄ter eā quā diſtri buit dominus ſacerdotibus & leuitis dare: quæ uēdatur quidē p̄ puincias & ad epulas miniſtretur & hoſtias: quę in ſacra urbe ſunt celebrandę. Iuſtū eſt enī ex his quæ de ter ra naſcuntur quā deus nos poſſidere cōceſſerit: ut ad honorē eius qui hæc tribuit pfruā tur. Ex mercede mulieris fornicariæ nō ſunt ſacrificia celebranda. Nunq̄ enī ex his quæ de cōtumelia procedunt diuinitas delectatur. Nihil nimiꝝ confuſione corporꝝ peius ē. Similiter aūt ſiquis p̄ coitu carnis: aut uenatu: aut cuſtodiis grægū mercedē acceperit, nunq̄ exinde deo ſacrificandum eſt. Nullus blaſphemet eos quos principes alię ciuita tis eſſe putant. Sacra peregrina nō ſunt curanda: neq; uas denoiatum alicui deo ē ſumē dū. Nullus ueſtrū texta ex lana & lino tunica ueſtiatur. Hæc enī ſolūmō ſacerdotibus eſt conceſſa. Conueniente uero multitudine in urbe ſacra ad īmolandum: poſt. vii. ānos inſtante feſtiuitate quę uocatur ſcenophegia. i. tabernaculoꝝ deſixio, ſummus ſacerdos ſtās in excelſo tribunali unde poſſit audiri legatiōibus leges: & neq; uxor: neq; filii au dire p̄hibeant: ſed neq; ſerui. Bonū ē enī: ut a manibus īſcriptæ leges: ēt memoria cōſer uent: qua nunq̄ deleri poſſint. Sic ergo neq; peccabūt nō ualētes dicere: eo q̄ decreta le gū ignorare uideant. Leges itaq; multā hēbunt cōtra peccātes audaciā: utiq; p̄dicētes eis q̄ ſint paſſuri delinquentes: & aīabus eorū inſcribentes q̄ p̄cipiunt p̄ auditū: quate nus oīno in interioribus eorū conſiſtat uolūtas legū: ſi qua cū deficiūt: auctores ipſi ſuę leſionis exiſtunt. Diſcant ēt pueri primū leges: q̄ eſt doctrina optima: & cā feelicitatis eximia. Secundo aūt p̄ ſingulos dies mane & ueſpere teſtificāda ſunt dona dei: q̄ libera tis de terra ægyptiaca cōceſſit. Iuſta ē enī naturaliter gratiarū actio q̄ refert: & p̄ com penſatione rerū iā factarū: & pro inuitatione futurorū. Inſcribenda uero in ianuis ea in qbus eis deus benefecerit & brachiis ſingula quæq; declaranda: q̄ uirtutem dei ualeant deſignare: & fauorē eius circa uos oſtendere: quatenus undiq; circa eos illuceat dei fa uor. Prīcipes aūt ſint in unaquaq; ciuitate uiri. vii. q & uirtute & iuſticiæ ſtudio ſunt exē pti: unicuiq; uero principatui duo uiri miniſtri p̄beant ex tribu leuitarū. In oībus hono rē q in urbibus iudicare cōſtituti fuerint habeant ita ut illis p̄ſentibus neq; blaſphema re: neq; aſpere agere liceat aliqbus: ſic utiq; reſpiciētibus pudorē dignorū hoīum: tanq̄ ſibi deū in illis cōtēnere uideant. Iudices aūt ptātem habeant p̄nunciandi quodcūq; uidēt eis: niſi forte pecūias eos qlibet accepiſſe p̄ iudicii diuerſitate demōſtret: aut aliā cām p̄ferat: p quā eos nō bene iudicaſſe cōuincat. Non enim lucrū attendentes: aut dī gnitatē conuenit iudicare: ſed iuſticiā rebus oībus p̄ponētes. Nā hoc nō agēs: deū qli bet cōtēnere putat: eūq; īfirmiorē credere quā illos: qbus cōtra iuſticiā timore ptātis ſniam propriā p̄ſtare cōtendit. Dei enim uirtus iuſticia ē. Quiſquis igit̄ p̄ſtat eis q aut nō iuſte q̄rūt aliquod: aut nō iuſte in dignitate ſunt cōſtituti, illos potius deo poti ores facit. Sī uero iudices nō intelligūt de rebus ſibi creditis iudicare: quādo multa talia ſo lent hoībus p̄uenire, integrā cām in urbē ſacrā remittant: & cōuenientes pōtifex & p̄ pheta: & ſeniores q̄ eis uidēt iuſta, p̄nuncient. Vni teſti nō credat: ſed tribus: aut ulti

mū duobus:

mũ duobus:quoꝝ teſtimoniũ uerũ faciat uita prior. Mulierũ teſtimoniũ nequaq̃ recipiendũ ꝓpter leuitatẽ:& ꝓcacitatẽ generis eaꝝ. Sed neq; ſerui teſtimoniũ phibeant:ꝓpter ignobilitatẽ aĩ:quos aut ꝓpter lucrũ:aut ꝓptimorẽ ueriſſime pót credi non poſſe uere teſtari. Siquis aũt falſe teſtatus eſt, cõuictus ea patiat q̃ paſſurus eẽt is:cõtra quẽ teſtimoniũ dixit. Si homicidio facto in aliqua regione nõ iueniatur hic q fecit:ne in ſuſpitiõe ſit aliqs q̃ſi ꝓdiũ ꝓpetrauit:q̃ratur qdẽ homicida cũ multo ſtudio:& de eo nũciando ꝓponant edicta. Cũ uero nullus eũ nũciauerit, principes ciuitatũ uicinarũ regiõis illius i qua cędes facta ẽ:& ſeniores cõueniẽtes metiant a locoubi iacet mortuus regionẽ:& ps q̃ fuerit uicinior ciuitati populi eius emẽtes uitulã:& deferentes eã ad ualle:& i locũ iutile aratro & plãtatiõibus icidãt ceruices bouis:& ſumẽtes aquã lauẽt manus ſuas ſupra caput bouis ſacerdotes & leuitę ſimul: & ſeniores illius ciuitatis:& exclamẽt ab homicidio mũdas ſe mãus hẽre:neq; geſſiſſe:neq; factori cõicare: & iuocẽt deũ ſibi ꝓpiciũ fore:& nunq̃ tã malã paſſionẽ in illa terra cõtingere. Optima inqt eſt hmõi diſpoſitio:& cõuerſatio talis:nec uobis alterius reipublicę ſit affectus:ſed hanc diligite:domínas leges habẽtes:& ſecũdũ ea oĩa faciẽtes. ſatis eſt enĩ:ut deus ſit ueſtri princeps. Si adheſerit uobis regis amor, ſit qdẽ iſte contribulis:ſitq; ei iuſticię ꝓuidentia ſemp:& uirtutis alterius magnitudo. Sciat ãt is legibus atq; deo plurimũ ineſſe ſapiẽtiã: nihilq; gerat ꝑter pontificis ſenioruq; ſniam:nec multas nuptias uſurpet:neq; abũdãtiã ſectet pecuniarũ:nec ornatus equorũ:quibus rebus ſibi collatis ultra leges ſupbus erit. Prohibeat ẽt ſiqs horũ ſtudium habuerit fieri:ultra modũ utilitatis ueſtræ potẽtior. Terminos terrę moueri nõ licet:nec ꝓpriæ nec alienæ:ꝑ quos uobis ſeruabit pax:ſed hẽantur firmi ĩeternũ poſiti ſicut diuina ſnĩa:tanq̃ prędiis ex hoc & ſeditiõibus mundus uexatur:dũ accedere ultra terminos auari uoluerint. Nãq; procul non eſt:ut tranſcendat leges q terminos uoluerit ꝓmutare. Qui in terra plãtauerit:ſi ante quartũ ãnũ fructũ attulerit:neq; deo ex hoc primitias offerat, nec ipſe comedat. Nõ enĩ ſecũdũ tps hoc illatũ eſt:dũ naturæ ꝑter tps uim feciſſe uideat. Vnde hoc neq; deo:neq; ꝓprio domino competit ad utẽdum. Quarto uero ãno uindemiet oẽ quod naſcitur. tũc enim maturũ eſt:colligẽſq; ad ſacrã deportet urbẽ:& cũ decimis aliarũ frugũ expẽdat cũ amicis propriis epulãdo:& cum pupillis & uiduis. Quinto aũt anno ſint domini ſui q̃ fuerint nata. Qui terrã uineis plantat nõ ſeminet eã:ſatis eſt enim hãc enutrire hoc germẽ:laboribuſq; aratri eſſe priuatã. Bobus terra aranda eſt:& nulla cũ eis altera aĩalia iungẽda ſunt:ſed ꝓpriũ hoc genus ſit ad arandũ. Semina uero ſint munda & ipermixta:& nõ duobus aut tribus generibus ſeminetur. nõ enĩ cõione diſſimilium natura letatur neq; iumẽta pmiſceant:q̃cũq; cognata nõ ſunt. Metuebat enim legiſlator:ne ꝑ hoc iniuria trãſiret ad hoies:initium a minoribus & turpibus prio ſumens. Nihil ergo hmõi debet eſſe licitum:ex quo per ſimilitudinẽ cõuerſio q̃dã in cõionibus rebus habere poſſit acceſſum. Quapropter neq; de rebus uilibus leges negligẽtiã habuerunt:ſciẽtes omnibus ꝓuidere:ne in aliquo uiderẽtur eſſe culpabiles. Metẽtes inqt & manipulos colligẽtes nõ oẽm decet meſſem excutere:ſed relinquere aliquos manipulos: q ſint egẽtibus alimentũ. Similiter autẽ & de uinea racemuſculos pauperibus relinquendos:& oliuaꝝ quendã fructum reſeruãdũ cõlligentibus:& eſcam propriã non habẽtibus. Nõ enĩ tanta abundantia ex nimia collígendi diligentia domino utilis erit:quanta gratia ex indigentiũ ſatietate ꝓueniet. Tũc diuinitas terrã ad illationẽ fructuum proniorem efficiet:eorum qui nõ ſuæ tantũmodo utilitati proſpiciunt:ſed etiam pro aliorum cibo cogitare noſcuntur. Sed & boum orandum ſpicas terunt in area non ſunt liganda. Non enim iuſtum eſt:ut q ſimul laborauerunt in fructu & circa natiuitatem eius fatigati ſunt:participare prohibeantur. Neq; po

ma matura cõtingere iter agẽtes arcendi sunt: sed tãq̃ de ꝓpriis eos debet permittere sa
ciari: siue ꝓuinciales siue sint peregrini: & cũ gaudio p̃bẽdũ ẽ eis ad comedẽdũ: porta-
re uero eis nihil liceat. Neq; uindemiãtes ex his q̃ ad torcular portant gustare ꝓhibeant
sibimet occurrẽtes. Iniustũ est enim bona q̃ dei uolũtate ad utendũ data sunt, iudere desi
derantibus ea comedere: dũ pomũ sit in maturitate sicut deo placuit: & mox abire festi
net. Et licet per uerecundiã aliq cõtingere non p̃sumant, rogantes eos cũ sint qdem isra
helitæ tanq̃ socii: & propter cognationẽ pariter dñi: & ex loco alio uenientes: ut munera
suscipiant dep̃candi sunt: quæ deus eos uidere concessit. Damna siquidẽ iudicanda non
sunt: quæcunq; per benignitatem transeuntibus conferuntur: quando deus ubertatem
bonorum præstat hoibus: non ut utãtur soli: sed ut ẽt aliis largiant: uolẽs hoc modo fa
uorẽ suũ circa israhelitici populũ & felicitatis eorũ administrationẽ aliis apparere: cũ
eos suam abundantiã aliis participare præcepit. Qui uero præter hæc fecerit. xl. minus
una plagas habena publica accipere uoluit: & liberũ pœnã hanc turpissimã sustinere:
quia dum lucro seruit, fecit iniuriã dignitati. Bene inquit uobis erit exptis erũnarũ ægy-
ptiarũ atq; desertis: si habeatis curã eoꝝ qui nunc in similibus cõstituti sunt: & adepti di
uitias ex misericordia & ꝓuidẽtia dei, easdẽ similiter egentibus diuidatis. Sup decimas
aũt duas quas annis singulis prædixi celebrandas, aliã quidẽ leuitis: alterã uero ad epu
latões: tertiã quoq; p annũ tertiũ expedit fieri ad distributionẽ inopũ: mulierũq; uidua-
rũ: & infantũ & pupillorũ. Germina quæcunq; prius nasci cõtingit: ad tẽplũ præferãt:
& pro terra hęc proferẽtes quã eis præstitit possidere: deũ benedicẽtes: sacrificia q̃ leges
offerre eos iubẽt celebrantes, horũ primitias sacerdotibus templi distribuant. Cũ uero
hæc quilibet implerit: & oẽs decimas una cũ primitiis quas leuitis: & ad epulandum
dari mos est obtulerit, discessurus domi stans e diuerso templi gratias quidẽ agat deo:
qui eos ab ægyptiorũ iniuria liberauit: terrãq; eis magnã frui: multãq; concessit: testimo
niũ perhibeat: q; & decimas secundũ leges moiseos obtulit: exoret deũ sibi propitiũ &
placidũ semper esse: & cõiter cũ hębreis omnibus pmanere atq; seruet bona quæ dedit
eis: & addat quęcũq; donare pot. Yxores aũt ducant nobiliũ tẽpore cõstituto: uirgines
liberas: bonis parentibus procreatas. Qui uero uirginẽ ducturus nõ est, ei non iungat:
quã discedere fuasit ab alio: neq; cõtristet priorẽ maritũ eius. Ancillas liberi non ducãt
uxores: nec si per amorẽ ad hoc aliqui compellantur. Concupiscẽtiã nãq; est decoꝝ re-
tinere: & cõgruũ libera dignitate. Sed neq; fornicarię sequẽdę sunt nuptię: ꝓ qbus cor-
poris iniuriis nuptiales hostias non suscipit summa diuinitas. Sic itaq; prudẽtia filiorũ
erit libera: & ad uirtutẽ rectitudinis ꝑparata: si non fuerit de turpibus nuptiis neq; de cõ
cupiscẽtiis non legitime conuenientiũ ꝓcreati. Siquis uirginẽ desponderit: deinde nõ eã
talẽ inueniat: causam dicturus: ipse quidẽ accuset: utens ad probationẽ documẽtis suis:
respondeat aũt puellę pater aut frater: aut qsicũq; post eos genere uicinor esse monstra
tur: & dum iudicatũ fuerit puellã non esse culpabilẽ: cũ accusatore pmaneat nullam ha
bẽte uiro ulterius potestatẽ dimittendi eã: nisi magnę causę processerint: & cõtra quas
ne respondere possit. Is q audacter aut petulãter puellę causam uiciauerit: & derogatões
intulerit multas: cõdẽnet. xl. minus una plaga. & .l. siclos patri dare cogatur: Si cõuice
rit puellã fuisse corruptã: siquidẽ popularis sit: eo ꝙ caste uirginitatẽ usq; ad legitimas
nuptias non seruauerit lapidet: si uero de sacerdote sit nata: uiua protinus cõcremetur.
Siquis duas uxores habuerit: & alia quidẽ in honore magno & fauore fuerit: aut ꝓpter
amorẽ: aut pulchritudinẽ: aut ob aliã cãm: altera uero in minoti apud eũ parte cõsistat,
si ex dilecta filius cũ sit iunior ab illo qui ex alia procreatus est petat ꝓpter fauorẽ pa-
tris quẽ circa matrem habet priuilegia senioris: qtũs duplicem substantię paternę par-

Nonnullo ſiqdē paruo tpe: cogitauit ut bellū paleſtinis inferret: ne ullā pigritiā aut deſidiā generaret ſuis rebus ſuſpiceret: & ſicut ei p̄dixerat deus ſubuerſis hoſtibus in pace decetero relinqueret poſteris ſuis ip̄eriū: & cōuocato rurſus exercitu denūciās ut eēt bello paratus, cūctis rite diſpoſitis ſurgēs de hieroſolymis uenit ad paleſtinos. Quos dū bello uiciſſet: & multā ꝓuinciā teuiſſet: adieciſſetq; terminis hębreorū, bellū conuertit ad moabitas: & duas quidē ptes eorū exercitus uictas dimicādo conſumpſit: reliquos aūt captiuos accipiens: & ānua tributa eis imponēs: rurſus cōtra adrazarū: filium quidē araī regē uero ſophinę cōuertit exercitū: de cuius acie habita cōgreſſione circa euphratē fluuiū pedeſtriū quidē p̄mit quaſi uigīti milia: equeſtriū quoq; milia: ccepitq; currus eius: quoꝝ plurimos incēdit: cētū tantūmō reſeruauit. Audiēs autē damaſci ſyriæ rex adadus: q; Dauid expugnaſſet adrazarū tanq̄ amicus ad eius ſolatia cū maximo uēit exercitu: eū ſicut ſpabat ab oppꝫſſiōe liberaturus: & cōgreſſus denuo apud euphratē contra Dauid: bello deuictus ē. Ceciderunt enī feriētibus eos hębreis de exercitu adadi quaſi uigīti milia: reliq uero in fugā uerſi ſunt. Meminit aūt regis & Nicolaus in quīto hiſtoriarū libro ſic dicēs. Poſt hęc autē trāſacto iā multo tpe: qdā ꝓuincialium noīe adadus: ualde fortiſſimus in damaſco & alia ſyria præter phenicē imperauit: & habuit cōtra Dauid iudeæ regē. Cūq; multis prælīs dimicaſſet, nouiſſime circa euphratē uictus eſt: q tūc optimus regū robore & fortitudine uidebat. Ad hæc āt ēt liberos eius dicit qa poſt illius mortē ſuſciebāt ab alterutris et regnum & nomen: his uerbis. Siquidē illo moriēte: eius nepotes uſq; ad decimam generationem regnauerunt: ſingulis q̄buſq; a patre mox in ipſo principio nomē accipientibus: ſicut in ægypto ptolæmei quorū tertius ualde potens: & reparare uolēs auī p̄ditionem, bello illato iudæis uaſtauit ꝓuinciā quæ modo ſamaria nuncupat. Nō eſt aūt hiſtoriographus ueritate priuatus. Is ē utiq; adadās: q pugnauit in ſamaria: regnāte achab apud hębreos: de quo poſt hęc loco ſuo narrabimus. Igit Dauid caſtrametatus ad damaſcū: oēm reliq̄ ſyrię regionē ſuę ditioni ſubiecit: & munitiones in ꝓuincia uniuerſa cōſtituens: tributaq; eos inferre decernens reuerſus eſt: aureamq; pharetrā & arma diuerſa q̄ cuſtodes corporis adadi gerebāt, deo dicauit i hieroſolymis: q̄ poſtea ęgyptioꝝ rex ſeſach dū pugnaſſet cōtra eius nepotē roboā ccepit: & multas alias ex hieroſolymis ſecū diuitias ad ꝓpria deportabat. Hęc ita q; dū in loco ꝓprio uenerimus, ſingula queq; narrabimus. Rex igit hębreoꝝ deo ſibi mat cooperāte: & oīa bella ſubdēte: ēt cōtra alias adrazari regis ciuitates caſtrametatus ē: ideſt bachā & machoneas q̄s capiēs magna uirtute uaſtauit. Inuētū ergo i eis ē aurū multū: necnō & argētū: iſup & ęs: qd auro melius eē dicebāt: ex quo ēt ſalomō illud magnū uas qd mare uocabat: effecit: optimos cātharos. cū deo tēplū edificaſſet. Cūq; rex ematheus audiſſet adrazar & eius exercitū fuiſſe uaſtatū: metuēs ne Dauid ſup eū quoq; ueniret, amicitiis & fide eum uoluit obligare: miſitq; ad eum adaram filiū ſuū: egitq; gratias q; inimicus eius adrazar fuerit expugnatus: utq; ſocietatē cū eo & amicicias faceret exorauit. Cui ēt magna munera direxit: ideſt uaſa antiq̄ opatiōe facta aurea & argētea ſimul & erea. Dauid aūt facto fœdere cū thou rege ematheno: eiuſq; dona ſuſcipiēs: filiū ipſius cū honore cōpetenti utriuſq; dimiſit: ea uero q̄ ab illo fuerāt deſtinata: & auꝝ aliud & argētū quod de ciuitatibus diuerſis & gētibus habuerat ſubiugatis, ſecū portās dicauit deo. Nō āt ipſi ſolūmō dimicāti: & exercitū ꝓducēti uictoriā cōtulit deus: ſed ēt miſiſſet abeſſa fratrē ioab cū magna manu i idumeā: p illū quoq; uictoriā ei cōceſſit: idumeoꝝ quoq; decē & octo milia uiros abyſai dimicādo pemit. Tūc enī oēm idumeā rex i ſua ditiōe ꝓpiēs tributa pro terra & ꝓ uniuſcuiuſq; capite ab eis accipiebat. Erat āt & naturaliter iuſtus: & iudicioꝝ cōtēplatiōe ueriſſimus. Pricipē uero totius

exercitus habuit ioab:ad conſcriptiones autē geſtorū ioſaphat filiū agilud. Inſtituit aūt de domo finees principē ſacerdotum abiathar:qui eius amicus erat: ſcribā uero fecit ſaraiam:banaiæ aūt filio ioiadæ cuſtodiendorū corporum prębuit pricipatū. Seniores aūt filii eius circa corpus & eius cuſtodiam erant. Recordatus autē eſt ēt fœderis:et iurifiurandi quod habuerat cū ionatha filio ſaul:& amicicіarū atq; ſtudii illius oblitus nō eſt. Nā iter alia bona memor etiam erat eorum:qui ei pręterito tēpore beneficia p̄buiſſent. Præcepit ergo requiri:ſi aliqs de ſaul genere ſupereſſet:cui retributiōis debitum p̄ ionathę amicicіis repenſaret. Et cū quidam fuiſſet adductus de domo ſaul qui potuiſſet ſcire ſiqs adhuc genere ſupereſſet:interrogauit eū:ſi aliquē noſſet uiuere de cognatione ionathę:ut pro beneficiis illius ei ſua munera repēſaret. Qui reſpōdit relictū eius eſſe filiū:nomine memphibosueſtigiis claudicantē. Is enim dū pater eius & auus nunciati fuiſſent in bello cecidiſſe:a nutrice ſua raptus:& ea fugiente lapſus eius ex humeris: greſſus ualde uexa uerat. Dumq; cognouiſſet ubi uel apud quem nutriretur, miſit ad machir in ciuitatē lodabar:apud quē ionathæ filius alebatur. Quo facto uenit memphibos ad regē:& proſtratus in faciē adorauit eū. Dauid autē iuſſit eū habere fiduciam: & ſperare meliora: deditq; ei domū paternā:& oēm ſubſtantiā:quā ſaul auus eius habuerat:fecitq; eum cōuiuiā ſuū:præcipiens ut in illo die ab eius menſa non recederet. Cumq; puer adoraſſet:& retuliſſet gratias pro uerbis pariter & pro donis:uocauit Dauid ſiba dicēs:paternam ſe domū & oēm ſaul ſubſtantiā ionathæ filio condonaſſe. Illi uero præcepit ut operaretur terrā:& collectos reddituſ uniuerſos in hieroſolymam deportaret:atq; quotidie ad mēſam regis deduceret puer:ipſeq; ſibā & filios eius numero quindecim:& famulos numero uiginti memphibos filio ionathæ donauit. Hæc itaq; conſtituēte rege: ſiba famulus adorās:& cūcta ſe promittens facturū eſſe diſceſſit. Ionathæ ergo filius in hieroſolyma habitauit:habēs cum rege cōuiuium:cui omnis diligētia ueluti filio regis exhibebatur. Habuit uero & filium quem appellauit michā. Ergo qui relicti fuerāt de genere ſaul & ionathæ hunc honorē apud Dauid habuiſſe noſcūtur. Cap. VI.

ILlo itaq; tēpore naas amico Dauid ammonitarū rege defuncto:eiq; filio i regno ſuccedēte. miſit Dauid ut eū cōſolaret:mortē patris leuiter ferre monens: atq; in amicicia quā cū patre eius habuerat pmaneret. Quod pricipes ammonitarū mala uolūtate:& nō ſecūdū Dauid cōſiliū ſuſceperūt:exacuerūtq; regē ſuū:dicētes exploratores miſiſſe Dauid q eos; prouinciā & exercitū clementię occaſione cognoſcerēt: & cauenda eorū colloquia ſuaſerunt:ne incaute periculū alicuius calamitatis incurrerent. Hæc itaq; credēs bñ tractaſſe ſuos iudices ammonitarū rex:legatos qui a Dauid miſſi fuerant:grauiſſimis affecit iniuriis. Radens enim medietatē barbæ eorū:& ueſtiū eorū medietatē abſcindēs:relaturos operibus & nō uerbis dira reſpōſa dimiſit. Rex autē iſraelitarū hæc cognoſcēs indignatus eſt:& iniuriā factā ſibi nequaq; deſpiciēs:cōtra ām onitas parauit bellū: ut contumeliā quę fuerat legatis ſuis impoſita:regis piculū uindicaret. Porro neceſſarii regis ām onitarū & pricipes uidētes qa fœdera diſrupiſſent:& poenas p̄ tali p̄ſumptione luere deberēt:ſemetipſos ad p̄lia p̄parabāt. Tū uero mittētes ad ſyrū meſopotamiæ regē mille talenta:ſocium eū ſub hac mercede fieri popoſcerūt. Habebat autem iſte rex pedeſtrium uiginti milia. Conduxerunt autē & regē p̄uintiæ maacha:& quartū nomine abiſtob. Sed & iſti habebāt duodecim milia armatoꝝ. Dauid autem nō expauit:neq; hoꝝ ſolatiū:neq; ammōitarū exercitū:ſecurus de deo q iuſte cōtra eos erat pro hmōi iniuria pugnaturus. Et cū dediſſet ioab pricipi militiq; florē totius exercitus, miſit eū cōtra illos ad p̄liū. Qui circa metropolim ām ōitarū charan achan uentes caſtra fixit. Igitur hoſtibus egredientibus:& aciē nō ſimul:ſed in duas partes diſpo-

nētibus:quoq; auxiliatorū qdē manus in cāpo curio cōstituta eē uidebat:āmonitarum aūt exercitus circa portas aduersus hebreos, uidēs hoc ioab cōtraria molitōe tractauit: & fortissimos qdē uiros eligēs se opposuit syro:& regibus qui cum eo erāt:reliquā uero partē fratri suo abysai tradidit:ut cōtra ammonitas acīē dimicaret:dicens: ut si uideret syros sibi & pualere & fortiores esse:acie cōuersa ferret ei solacia:si āt illū ammonitę cō primerēt:ipse eū similiter adiuuaret. Cūq; inuitasset fratrē:atq; rogasset:ut magnanimiter & fiduciaIiter ageret uniuersa:& grauē uerecundiā metuens decertaret:illū qdē cum āmonitis pugnaturū dimisit ipe aūt syros aggressus est. Qui primo qdē fortiter restitērūt multos tn eorū peremit ioab oēs aūt cōuertit in fugā. Quod uidentes āmonitæ:metuēsq; abysai & eius exercitū non restiterūt. ac suos imitati: in ciuitatē repente fugerūt. Hostibus ergo ita deuictis ioab ad regē cū claro triūpho i hierosolymā remeauit. Hæc ergo deuictio nō pſuasit āmonitas:ut a bello quiescerent:neq; dū cognoscerēt Dauid uictorē, a prēliis abstinuerunt sed mittētes ad regē syrorū adadezer trans eufratrē eū ad solatiū cōduxerūt q habebat quindecim principes militiæ sabbatorū pedestriū uero octogintamilia et equitū mille. Cognoscēs aūt rex hębreorū rursus ammonitas tantū supra se exercitū congregasse non iā aduersus eos p duces suos pugnare decreuit:sed ipse cum oi uirtute transiens iordanē fluuiū eis occurrit:& cōgressus i pugna uicit egregie:& interfecit milia pedestriū quadraginta:equitū uero usq; septingētos. Prostrauit aūt in acie principem militię chadā noie sobach:cū quo uulnere mortuus esse noscitur. Mesopotamiæ uero dū pugna fuisset hoc modo terminata, tradiderūt se Dauid: & dona miserunt ei. Et ille quidē solus est reuersus in hierosolymā. Cum autē uer inchoasset: misit Dauid principē militiæ ioab:ut cū ammonitarū gēte pugnaret. Ille uero proficiscens: oēm eoꝝ depopulatus est regionē:& ipsos in metropoli rabath clausos obsedit. Cap. VII.

Contigit igit ea tēpestate Dauid pessimū uiciū:cū eēt natura iustus: atq; religiosus & patrias leges magna uirtute seruaret. Is esi dū hora meridiana iā ad uesperā declinātē:in supiora regalia solito more deābularet:uidit mulierculā specie ual de pulcherrimā:& cunctis foemis pponēdā in domo ppria aqua frigida se lauātē: noie bethasbee. Cuius mulieris pulchritudie stupēs:cōcupiscētiā retinere nō potuit. Quā dū uocari fecisset:cū ea cōcubuit. Quæ cōcipiēs:misit ad regē:& ut cogitaret insinuauit:q̄te uus cōmissum scelus potuisset abscōdi ne secūdū leges patrias moriret adultera. Dauid aūt uiꝝ eius noie uriā q erat ioab armiger:de obsessiōe bellica fecit euocari. Quo uēiēte de exercitu ac de obsessione requirebat. Illo aūt referēte oia ei ꝓspere ꝓuenire:tollēs epulas de suo cōuiuio dedit ei:iussitq; ut pgens ad suā coniugem:in eius recūberet amplexibus. Vrias aūt hoc quidem non fecit:dormitauit aūt inter alios armigeros regis. Quod dū cognouisset rex, reqsiuit:cur post tantū tps ꝓpriā non uenisset ad domū:nec ad uxorē: dū oēs de peregrinatiōe remeantes hanc hēbāt uoluntatē. Cui respondit:non esse iustū ut dū comilitones eius:& dux in terra castrorū & in hostiū regione dormitarent:ipse cū uxore propria requiesceret:& epulis ídulgeret. Et cū hæc ille dixisset:pręcepit:ut illa die ibi māeret: altera uero die pergere dimitteretur ad ducē. Vocatus ergo rursus ad cœnā urias a rege:& ad ebrietatē usq; pductus:inuitante eo studio se rege frequenter ad copulā:nihilominus iterū dormiuit ad ianuas regis:nullo desiderio cōcitatus uxoris. Quo facto nimie rex contristatus:scripsit ioab uriā quasi in eo deliquerit pcipiens puniendū. Significauit eriā ultionis modū ne fieret ipe in suo scelere manifestus dicens:ut parte qua esset hostiū grauis manus:& posset pugnādo periculum sustinere:ibi eū poneret:& cōmisso prælio iuberet cūctos ab eo recedere:ut solus in mortis periculo remaneret. Et cū hęc scripsisset:& suo signaculo munisset epistolā ioab deferēdā dedit urię. Ioab autē lit

teras ſuſcipiens:& uoluntatē regis agnoſcēs: ad locū ubi hoſtes nouerat fortiter īmine reuriā cōſtituit. Dedit itaq; ei quoſdā militū optimorum: ſeq; dixit oīum uirtuti ſolatia prębitur: ſi forte poſſent partē muri deīicere:& ad interna ciuitatis intrare. Quē petit: ut cū eſſet miles ualde fortiſſimus:& haberet gloriā apud regē, oēm exercitum ad hoc non dedignaret ad hoſtiū incurſionē accedere: ſed potius hmōi res agere congauderet. Cūq; urias fiducialiter acceſſiſſet, ioab ſeorſum cū eo pugnaturis dixit: ut eū ſolū facta hoſtiū incurſione deſererent. Hæbreis igit ad ciuitatem accedentibus: ammonitæ me tuentes: ne illo loco ubi urias cōſtitutus erat uenientes inimici muros ciuitatis aſcende rent, eligentes fortiſſimos uiros:& repente portas aperientes magno curſu & īpetu ini micos aggreſſi ſunt. Quod dū uidiſſent: omnes q erāt cū uria ſicut eis p̄dixerat ioab re ceſſere poſt tergū. Vrias aūt dū cōfunderet fugere: aciēq; deſerere, ſuſtinuit hoſtem:& īpetū eoꝝ ſua uiuacitate ſuſcipiens pemit qdem nō paucos. Circūdatus aūt & captus i medio uulneratus interiit: cū quo etiā qdā alii de ſociis ſunt extincti. His ita geſtis: nun cios ioab miſit ad regem: p̄cipiens eis ut dicerent: q; ſtuduiſſent qdem capere ciuitatē: & cū acceſſiſſent ad muꝝ: multis ibi cadentibus abſceſſiſſent:& ſiqdem iraſceret, urię mortem piter indicarent. Hęc igit audienre rege:& grauiter ferente:& dicente eos īcau te feciſſe: ut ad murū urbis accederent: cū magis deebrent p cuniculos aut alias machi nationes cape ciuitatem: dū utiq; exemplū haberēt filii gedeon abimelech qui dū turrim thebes expugnare uellet: uiolēter a ſene muliere petra pcuſſus, pbaretur extinctus & cū eſſet uir fortiſſimus: ppter difficultatē rei turpiter ſit perēptus: qua memoria oportuiſ ſet eos muros hoſtiū nō adire: cū ſit optimū apud oēs: ut ea quæ geruntr ī prælīis ſeu bñ ſeu male: memoria teneantur: quatēus alia quidē imitanda ſint alia fugiēda. Cūq; heſi taſſet rex:& de caſu bellico cogitaret: uriæ morte a nunciis indicata, repēte ab indigna tiōe ceſſauit: iuſſitq; ut reuertētes ioab dicerēt: humanum eſſe quod contigit & bella hu iuſmodi ſemp habere naturā mutabilē: ut aliquando qdē inimici ſupiores ſint: aliquādo uero ſubiecti: deceter uero in obſidione prouidēdū: ne denuo in aliqua parte delinque rēt: ſed uallis & molitionibus diuerſis obſiderēt:& p̄ualētes ciuitatē quidē omnino ſub uerterēt:& habitatores oēs piter trucidarēt. Nuncius itaq; ioab ea quæ fuerāt a rege di cta portabat. Vxor aūt uriæ bethſabee mortē ſui uiri cognoſcēs multis eum diebus fle uit. Quieſcēte uero triſtitia eius & lachrymis: mox eā accepit uxorem:& filius maſculus ex ea proceſſit. Quas nuptias deus nō libēter īſpexit: ſed iratus cōtra Dauid apparuit in ſomniis propheta nathā: regē culpans in his q̄ male cōmiſerat. Nathan ergo cū eēt uir urbanus & ſapiēs:& cogitaret qa reges dū in irā incitantr, amplius eā: q̄ iuſticiæ iura re ſpiciunt: interminationes quidē dei tunc tacere decreuit:& alia uiro uerba utilia loq di ſpoſuit:& dicēs ei huiuſmodi cām: qd de ea ſentiret: manifeſtū ſibi fieri poſtulabat. Duo inqt uiri in una ciuitate degebār quoꝝ unus idoneus erat:& multos greges iumentoꝝ: boumq; & ouium poſſidebat: alter paupculus: qui unam tantum agnam habebat quā cū ſuis filiis enutriebat: cū qua ēt cibis propriis ueſcebatur:& quā nō aliter: quā filiā dili gebat. Cūq; hoſpes ueniſſet ad diuitē: nihil de ſuis pecudibus uoluit occidere: ut epulas amico p̄beret: ſed miſit ad agnā paupis:& eā ſublatā: pegrino cōuiuiū miniſtrauit. Hic itaq; ſermo uehemēter cōmouit regē: malignūq; pnūciauit illū hoīem corā nathan: qui talia ppetraſſet:& quadruplū dixit, p agna iuſte redditurꝝ:& ſup hoc morte multādū. Nathan aūt rndēs ait: ipſum eſſe quē pati talia decreuiſſet: qa opus malū ualde cōmiſe rit: reuelauit ei:& apte māifeſtauit irā dei: q eū regē cūctorū fecerat hæbreoꝝ:& oīum i circuitu gētiū multaꝝ atq; magnaꝝ cōſtituerat dñm:& a māib⁹ ſaul antea liberauerat dederatq; ei cōiuges: qbus iuſte fuerat & legaliter copulatus: ſed qa nūc eū ſpreuiſſet:&

impie cõtẽpſiſſet:eo q; alienã uxorem tuliſſet:& uiꝝ eius necandũ hoſtibus tradidiſſet, deo eũ pœnas exoluere:& uxores eius ab uno dicebat filio uiolentias ſuſtinere:ſeq; ipm fore eius iſidiis expellendũ: & dũ eius peccatũ occulte fuiſſet geſtũ:illud cũctis uidenti bus ageret:moriturũq; piter & puerũ:q ex ea eſſet ꝓcreatus. In his ergo rege turbato: & ualde cõfuxo:& cũ lachrymis & triſtitia impie ſe geſſiſſe cõfeſſo(erat enĩ deicola uir q nil oĩno i ſua uita p̃ter i caſu uxoris uirię deliquerat)miſertus ẽ deus:& recõciliatus ei: ſeruatuꝝ; ſe eius uitã:regnũq; pollicitus eſt agẽti penitẽtiã de his:q̃ male geſta fuerãt. Cũq; nathã regi prophetaſſet:domi reuerſus eſt. Puerũ uero q de uxore uriæ fuerat ge neratus, grauis diuinitus languor inuaſit. Pro quo rex nimis afflictus:cũ a cibo ſeptẽ die bus abſtinuiſſet:adhortãtibus ſępe famulis nõ comedit:ſed ueſtibus atris indutus:atq; ꝓſtratus i cilicio iacebat i pauimẽto:& deo ꝓ ſalute pueri ſupplicabat:quia ualde eius matrẽ amabat. Septima ergo die puero:moriẽte:nõ p̃ſumebãt hoc regi famuli nũciare: cogitãtes:qa ſi cognoſceret:& a cibo & ab alia ſui diligẽtia potius abſtineret:tanq̃ i lu ctu filii cõſtitutus:qppe cũ eo languẽte talia p triſtitiã ptuliſſet. Sẽtiẽs autẽ rex famulos ꝓturbari:& ea pati quæ p̃cipue ſolẽt aliqd celare uolẽtibus ꝓuẽire:intelligẽs mortuum puerũ:& uocãs unũ de famulis:ac ueritatẽ audiẽs:repẽte ſurrexit & lauit:& ſumẽs can didã ueſtẽ uẽit ad tabernaculũ dei:iuſſitq; cibos apponi: Quo facto multus ſtupor eius cognatos:& famulos appræhẽdit:quia cũ nihil horũ puero läguẽte feciſſet: eo mortuo ſimul hęc omnia celebraret. Cũq; ab eo huius facti cauſam requireret:aſſerẽs eos nimis indoctos:ait:adhuc quidẽ uiuente puero dum ſpẽ ſalutis eius haberet, hæc oſa faciebat credẽs p hæc ſe placare diuinitatẽ:quo deficiẽte uita uana triſtitia nihil ꝓdeſſet. Quod cum dixiſſet:regis ſapientiam laudauerunt. Poſt hæc aũt ingreſſus eſt ad mulierẽ bethſa beæ. Quæ concipiẽs maſculum filium procreauit:quẽ iubente nathan ꝓpheta ſalomon appellauit. Porro ioab ãmonitas obſeſſione fortirer affligebat:aquã eis auferẽs: & rerũ cæterarũ ubertatẽ:multũq; eos cogebat cibi & potus inopia laborare. Ex modico nãq; puteo bibebãt oẽs:& licet illis eſſet fontis auxiliũ:ne tamen deficeret. nõ eo largius ute bantur. Quo facto ſcripſit hęc regi ſignificans:& rogans eũ ut ueniret ad ciuitatẽ qua tenus eius nomini uictoriam deſignaret. Quod cum ſcripſiſſet ioab, approbãs rex eius uoluntatem:& deuotionis fidem:ſumpto ſecum exercitu:uenit:ut rabath depopulareꝰ urbem. Quam dum bellica lege cæpiſſet:milites eam uaſtare permiſit:ipſe uero tulit co ronam regis ammonitarum:habentem pondus auri talentum & lapides præcioſos:& ꝑ medio ſui ſardonicem:quã ſemper Dauid geſtabat in capite. Multa ſiquidem alia & ꝑ cioſa ſpolia in ea comperit ac rapuit ciuitate:uiros aũt eius tormentis affecit. Hoc itaq; modo ẽt ammonitarum urbes quas cœpit euertit. Cap. VIII.

Euertẽte igitur in hieroſolymã rege:dominus eius turpiluicio maculata eſt. Erat enim illi filia uirgo noĩe thamar:pulchritudine ualde p̃cipua:ita ut oẽs fœminas ſpecioſas euiceret. Huic frater erat abſolon:ex una gẽitrice procreatus. Hãc am mon filiorũ Dauid ſenior cõcupiuit:& cũ neq; ꝓpter uirginitatẽ eius:neq; ꝓpter cuſto diã ſuo potiri deſiderio ꝑualeret, crudeli pcuſſus uulnere carpebaꝰ. Dũq; eius corpus in teriori läguore tabeſceret:& iã dolorẽ macies pmutaret:inotuit ionathæ cuidã cognato eius pariter & amico. Erat uir iſte ſapiẽs:& ſtellectu nimis acutus. Vidẽs ergo quotidie ammon nõ naturale corpus habẽtẽ, accedens interrogauit ut ei cãm rei huius ediceret: dicebatq; arbitrari ſe hęc illũ amoris occaſiõe pferre. Cũq; cõfeſſus fuiſſet ei ammõ paſ ſionẽ ſuã:& qa ſororẽ ſuã cõſanguineã cõcupiſſet, cõfiliũ ei ſuũ deſideriũ adipiſcẽdi hoc mõ dedit:monẽs ut egritudinẽ ſimularet:& ueniẽtẽ ad ſe patrẽ peteret:ut ei ſororẽ exhi beret:ut cõpetens egrotanti miniſteriũ deſtinaret:qd̃ ſi fieret:priuareꝰ citius languore.

Ammō ergo ponēs ſemetipm in lectulo ſecūdū ionachæ cōſiliū ſimulabat infirmitatē ut dū ad eū uiſitādū pater ueīſſet: popoſciſſet ſororē ei dirigere. Quā dū pater incūctanter iuſſiſſet adduci: ea ueīēte ꝑcepit: ut ei manu ſua faceret panes frixos: dicens ſuauiter ſe ex eius mānibus cōmeſſurꝫ. Illa uero uidēte fratre cōſparſa farina faciēs collirīdas: eaſq; frigēs obtulit fratri. Et ille qdē nequaq̄ guſtauit ex eis. ſed iuſſit famulos ut oēs a domo re pelleret: ut q̄ſi qete dormiret. Cūq; famuli quod iuſſerat ipleuiſſent: iuſſit ſorori: ut ei cibū ad interiorē locū domus afferret: Quod dū puella feciſſet apprædēdens eā: ut cū eo cōcubere ſuadere tētauerat. Puella uero clamabat dicēs. Noli uiolētiā facere nec impietatē mihi frater inferre: noli leges trāſcēdere: & te iniquiſſima cōfuſione miſceri: ſed ceſſa re tā iniuſta: & ex ſceleratiſſimo deſiderio: ex quo obprobrium & turpitudo noſtrę dommi ꝑpetua conferatur adiiciēs qa ſi de hac re loqueret pater coniugiū eius nō denegaret ei. Et hęc qdē dicebat uolēs ad ꝑſens ipetū eius petulantē declinare. At ille nō acqeuit: ſed nimietate amoris illius inflamatus: & robore eius paſſiōis ualde pplexus uim ītulit ei. Quē repēte odiū poſt ſtuprū ſororis inuaſit: & iniuria ꝑpetrata: eā ſurgere & abire ꝑcepit. Cūq; illa in hoc deteriorē ꝓclamaret iniuriā ſibi irrogatā nec uſq; ad noctē eam manere ꝑmitteret: repēte eam diſcedere iuſſit in die: ut ēt teſtimoniū ſuę confuſionis incurreret. Qua reſiſtēte iuſſit famulo ut eam prorſus expelleret. Illa uero dolēs iniuriā ſimul & uiolētiā: diſrupto colobio quibus antiquæ uirgines utebantur: habēte manicas: & ad talos uſq; ꝑfuſas: ne facile uiderētur: & cinere aſperſo capite ibat p mediā ciuitatē: clamās & ingemiſcēs uiolētiā ſibimet irrogatā. Quā dum intueīſſet frater abſolon: reqſiuit qua cauſa ꝓueīēte hoc ageret. Et cū factā ſibi dixiſſet iniuriā: quieſcere & mediocriter ait ferre germanā: & iniuriā non putare: q; corrupta eēt a fratre. Cui dum ſatisfactū fuiſſet clamare: & uiolētiam ſuā multis indicare ceſſauit: & multo tpe apud fratrē abſolon uidua tollerauit. Quod dū cognouiſſet Dauid doluit quidē ſed cum ammon ſeniorē filium ſuū ualde diligeret eū noluit cōtriſtare. Quē abſolon crudeliter abhorrebat: & latēter oportunū tps ultionis delicti illius expectabat. Igitur ſecūdus iam ānus corruptōis ſororis eius exceſſerat: & cum greges ſuos tonſurus aſcēderet in ciuitatē baaſor (eſt aūt hæc in ſorte tribus effraim) rogauit patrē ut cū fratribus ad eius cōuiuiū cōueīret. Quo recuſante: ne illi grauis uideret exiſtere, uel fratres dirigi ſupplicauit. Quibus deſtinatis: iuſſit abſolon famulis ꝓpriis ut cū uiderēt ām on ebrietate diſſolutū, illo ānuēte īterfice rēt cū: nullūq; metuerēt. Quo facto fratres cūctos terror grauis & tumultus inuaſit: & de ſe quoq; ſinguli formidātes: aſcēdēteſq; in equis reuertebat ad patrē. Quidā uero ꝑcedēs nunciauit patri q̄ſi cūctos fratres iterfeciſſet abſolon. Tunc Dauid quaſi oēs uere ſimul extincti ſint & hoc a fratre, triſticia q̄ uſq; ad mortē fere uideret amara nimis iua ſit & eo dolore neq; cām reqſiuit: nec aliud qcq̄. Poſt hoc tāti mali facinus cognoſcere uouit: neq; ſuſtinuit: ſed repēte ueſte dirupta ꝓſtratus in terra iacebat: lugens filios uniuerſos: & q mortui nūciati fuerāt: & ſimul q eos occiderat. Ionathas uero filius ſemmaa fratris Dauid cōſolabat eū: ut a triſticia tāta recederet: nec crederet filios alios īterēptos: qa nec cā talis extaret: ſed eſſet credibile: qa hoc feciſſet abſolon in ſolū ammon: ꝓpter thamar ſuæ ſororis iniuriā. Inter hæc aūt ſonus equoꝝ & tumultus quorūdā ueīētiū attētos eos fecit. Erāt aūt filii regis: qui a cōuiuio fugiebāt. His fugiētibus triſtis pater occurrit: & prēter ſpem uidēs quos ante paululum periſſe crediderat, eos amplexatus eſt. Erat itaq; cūctis luctus & gemitus: illis qdē ſupra mortuū fratrē: regi uero ſup filiū īterēptū. Abſolon aūt fugit in geſſur ad auū maternū: uirū ꝓuinciæ illius potentē: apud quem triū ānoꝝ tpe cōmoratus eſt. Cūq; Dauid uolūtatē hēret: ut ad reuocādū abſolō filiū deſtinaret; nō ad uindictā: qñ erat ira iam longo tpe leuigata: ad hāc rem princeps

militiæ ioab eũ potius incitauit. Præparauit enĩ quãdã mulierẽ iã ætate puectã: ut eũ sub scemate luctus interpellaret: et hmõi uerba pferret. Quę ait. Duo filii mihi rex erant q in agro fuerant in cõtentionem conuer si: nullo q̃ præsente qui eos placare potuisset, ab altero alter percussus interiit. Cognatis autem interfectorem petentibus: et uolẽtibus eũ occidere, supplico ut mihi salutẽ præcipias filii cõdonari: nec reliquã spem meæ sene ctutis finas auferri: & prohibeas cunctos: qui meum filium interficere moliuntur. Non enim aliud illi poterũt seq nisi quod timor regis iperauerit. Rege itaq; mulieris p̃cibus annuẽte: ñdẽs denuo mulier regi: gratias inqt ago tuæ bẽignitati: q meę misertus es se nectutis: & pene sine filiis desolatã filiũ habere fecisti. Sed ut firma mihi sint tuæ dona clemẽtię, p̃cor tuo filio esto ꝓpitius: eiq; remitte delictũ. Quõ enĩ creditura sum securita tis mihi in hoc p̃buisse bñficiũ: cũ te uideam in cã simili cũ tuo filio manere semp iratũ? Factũ nãq; est: ut cũ filius unus cõtra uoluntatẽ patris mortuus sit: sponte hac cã appo nat' & alius. Intellexit itaq; rex hoc cõsilium studio ioab imissum: & interrogata mulier cula dũ cognouisset hoc uer; eẽ, rex uocãs ioab: ait: ipetrasse studii sui uotũ: eũq; absolõ reuocare p̃cepit. Nõ enim circa eũ iã ulterius se dixit esse crudelẽ: sed irã indignationẽq; remittere. Ille uero cũ adorasset regẽ: & eius sermonibus gratias retulisset: repẽte profe ctus est in gessur: & assumpto absolon: in hierosolymã remeauit. Præmisit aũt rex dũ ue nire filiũ cognouisset: & p̃cepit: ut ad domũ ꝓpriã remearet: nõ enim iustum credidit: ut mox uenientẽ susciperet: aut uideret. Ille uero patre iubẽte eius declinauit aspectũ: cui tñ a familiaribus debitũ exhibebat' officiũ. Huius itaq; pulchritudo licet ĩ tristicia positi: & diligẽtiam cõpetẽtẽ regis filio nõ habẽti nequaq̃ deposita est: sed erat specios us: & splẽ debat omni decore: & corporis magna ꝓceritate: ita ut eos q erãt in epulis cõstituti trãs cẽderet. Cuius capitis erat tãta celaries: ut uix octo diebus tonderi potuisset: & erat ton surę eius pondus siclorum ducẽtorũ q faciũt qnq; minas. Habitabat autẽ in hierosoly mis annis duobus: habuitq; tres filios masculos: & filiã unam nimis speciosam: quã rex postea roboã salomonis filius accepit uxorẽ: ex qua natus est puer nomine abias. Inter hæc mittẽs absolon ad ioab popposcit ab eo: ut pfectẽ placaret patrẽ: & peteret: quatẽus eũ ad suũ aspectũ & colloquium reuocaret. Negligẽte uero ioab mittẽs aliquos suorum confinẽ segetẽ eius incẽdit. Quod cum ille cognouisset: ad absolon uẽit: culpans eũ: & causam rei huius inquirẽs. Cui respondit. Hoc consilium compi: ut te ad nos ducere po tuissem negligẽtẽ uerba quę ibi pro paterna reconciliatione mandabam. Quapropter præsentẽ te p̃cor ut mitiges genitorẽ meũ. Ego nãq; peius a fuga esse iudico huc me ue nisse: patre mihi hactenus irascẽte. Ioab autẽ necessitatẽ eius cognoscẽs & misertus me diator exiit apud regẽ: eiq; locutus de filio egit: ut libẽter eũ susciperet. Quo ueniẽte: & in terram prostrato: ac supplicante: ut uẽiam impetraret: porrexit dexteram & alleuauit eum & gestorum obliuionẽ se habere pollicitus est. Cap. IX.

Absolon aũt dũ ei hoc fuisset a patre cõcessum in puo tpe multos equos: & [a] multos sibi currus instituit: & armigeros qnquaginta: & diebus singulis surgens di luculo ad regalia ueniebat: & q causas habebãt: & minores inueniebant in eis: delectabiliter alloquebat' quasi nõ habente bonos cõsiliarios patre: sed iniustos in suis sentẽtiis existẽtes: quorũ iudicio grauarẽt'. Pro q̃ re fauorẽ sibi oium collocabat: adiicie bat piter dicẽs qa si haberet hanc potestatẽ ipse cũcta sub legũ eqtate disponeret. Hęc itaq; eo agẽte: populo sibi placato: cũ iã deuotionẽ cũctorũ se obtinuisse cõfideret post reconciliationẽ pris ãnis q̃ttuor iã trãsactis supplicauit ut ei pater Hebrõ ire pmitteret: q̃tenus ꝓmissa deo sacrificia celebraret: quę fugiẽs deuouisset. Dauid ergo cõcedẽte p fectus est ad quẽ multus populus eo inuitãte confluxit. Aderat aũt ei & cõsiliarius da

uid achitofel gilmoneus:& ducẽti uiri ex hieroſolymis:neſciẽtes qdẽ conamẽ hmõi:ſed uelut ad ſacrificiũ euocati. Hoc itaq; conſilio rex ab oĩbus ordinatus eſt. Quod dũ fuiſ ſet Dauid nũciatũ:& inopinabiliter hoc filiũ feciſſe cognouiſſet:metuẽs impietatẽ eius ac præſumptionẽ miratus: quia nec peccati ueniam recordatus eſt:ſed ſuper illa ſcelera potiora & iniquiora cõmiſerit:primum quidẽ ut regnum a deo datũ uellet auferre:ſecun do ut patrẽ uita priuaret, deliberauit ut fugeret transiordanẽ:& uocatis amicis ac neceſ ſariis:& de filii ſuꝑbia eis ptĩcipato cõſilio:cũctaq; cõmittẽs deo, decẽ cõcubinas cuſto des regaliũ derelinquens: diſceſſit ex hieroſolymis:& alia multitudine cũ eo fiducialiter egrediẽte:ſimul & ſexcẽtis armatis:q ſaul ueniẽte fuerãt ei in fuga priori ptĩcipes. Abia thar aũt & ſadoch ſacerdotibus:& oĩbus leuitis uolẽtibus ſimul egredi cũ arca dei, ſua ſit ut magis in ciuitate cõſiſterẽt cũ eũ poſſet deus ẽt arca nõ portata liberare: manda uitq; eis ut latẽter geſta queq; ei nunciarentur. Habuit aũt fideles ad omnia miniſtros: achimaã filium ſadoch:& ionathã filiũ abiathar. Ethai aũt ietheus cum eo ꝓfectus eſt: licet Dauid eum manere in ciuitate uoluiſſet. Cui dũ acquieſcere noluiſſet, ei puritatem potius ſuæ deuotionis oſtẽdit. Aſcẽdẽte aũt Dauid ꝑ montẽ oliueti pedibus nudis:& cũ ẽis cũ eo fluẽtibus, nunciatum eſt achitofel eſſe cũ abſolon:& eius parti fauere. Quod dũ audiſſet, triſticia eius magis accreuit:deũ rogabat:& eũ ſupplĩciter exorabat: ut ab alienaret mẽtẽ abſolõ a cõſiliis achitofel. Formidabat enĩ ne cõtra ſe ei dãdo cõſilia ꝑua leret. Erat enĩ uir aſtutus:ad ꝓſpiciẽdã utilitatẽ nimis argutus. Cũq; i mõtis uerticẽ pue niſſet ciuitate reſpecta cũ multis lachrimis q̃ſi amiſſo regno dño ſupplicabat. Occurrit aũt uir qdã fidelis noie chuſi:& ipe ãicus. Quẽ cũ uidiſſet Dauid ſciſſa ueſte:& aſpſo ca pite cinere flẽtẽ ãtq; lugẽtẽ, cõſolatus ẽ eũ:& a triſticia ceſſaꝝ poſcebat: Et poſt hęc ſup plicabat ut iret ad abſolõ:q̃ſi ei cõſẽtiẽs & ei ſecreta cõſideraret:cõſiliiſq; reſiſteret achi tofel:qa ſi cũ Dauid ꝑgeret: tantũ ꝓdeſſe nõ poſſet. Obediẽs ille Dauid eo derelicto ue nit hieroſolymã:quo ẽt nõ poſt multũ uenit abſolon. Paululũ itaq; exinde procedente Dauid, ſyba famulus mẽphibos quẽ curatorẽ inſtituerat poſſeſſionũ quas donauerat filio ionathę, occurrit cũ duobus aſinis oneratis rebus in itinere neceſſariis:ex qbus ipſe & q cũ eo erant refici debuiſſent. Requirẽte uero Dauid:ubi relinqueret mẽphiboſeth: ait in hieroſolymis: expectantẽ ordinari regẽ ſe in p̃ſenti ſeditiõe: ꝓpter memoriã be neficiorũ ſaul. In his aũt indignatus Dauid:oĩa quæ cũq; conceſſerat mẽphibos: ſybę donauit:multo iuſtius eſſe credens:ut hic q̃ ille potius hæc haberet. Et ſyba quidẽ hoc facto gauiſus eſt. Igitur ueniente. Dauid in locũ choran:progreſſus eſt qdã de cogna tione ſaul:nomine ſemei:filius gere:& lapidabat eũ:ac peſſimis ſermonibus accuſabat. Circuiſtantibus aũt amicis:adhuc amplius blaſphemabat:& ſanguinariũ eũ:multo rũq; malorũ dicebat auctorẽ:increpans eũ quatenus ex illa terra ueluti pollutus exce deret:deo gratias referendo q eũ priuaſſet regno:& per propriũ filiũ pro eo q, peccaſſet in dominũ ſuũ rite poenas exigeret. Oĩbus aũt ſupra modũ per motã iracundiã prouo catis & p̃cipue abyſai, uolentẽ interficere ſemei Dauid ab ira retinuit dicens:ne malis preſentibus opus nouæ occaſionis admittamus. Non enim circa hunc rabidũ canem mihi reſpectus aut pudor eſt:ſed ad deũ intentio: ꝓpter quẽ iſte ſup nos ita uidetur inue ctus. Nec eſt admirandũ:ab iſto me talia ſuſtinere:quando ẽt filii uideor expertus ipie tatẽ. Sed forſan aderit nobis miſericordia dei:& prealebimus inimicis:quo adiuuante ſecuro itinere properemus. Semei aũt ꝑ aliã montis ptẽ currebat:& crebas ei faciebat iniurias. Cũq; Dauid ueniſſet ad iordanẽ, reficiebat ibidẽ ſuos itinere fatigatos. Igitur cũ ueniſſet abſolon & achitofel conſiliarius in hieroſolymã cũ oĩ populo:uenit ad eum amicus Dauid chuſai:& cũ adoraſſet abſolon:optabat regnum eius in ſęcula & oĩ tpe

ꝑmanere. Illo uero ei dicẽte: cur cum præcipuus patris eius ẽt amicus éiq; fidelis ad oía uideret, non cum eo tunc esset: sed illo derelicto transisset ad eũ: tẽperate se facere dixit: seq deũ: & totius populi iudiciũ. His inqt dñe tecũ manẽtibus: recte & ego te sequor. Regnũ enim tibi a deo collatũ est: quapropter eandẽ fidẽ atq; deuotionẽ tibi prabebo quã patri. Non enim pro rebus pntibus indignari fas est: qñ nõ extraneã ad domũ mutatum est regnum: sed in ea pmansit filio succedẽte patri. Hęc dicens: satisfecit cũ priusutiq; uideretur esse suspectus. Et uocato achitofel: qd oporteat agi tractabat. Qui suasit ei ad concubinas sui patris accedere: ex hoc enĩ populũ sciturũ: crediturũq; dicebat: qa circa patrẽ nulla ei iam reconciliatio supesset: ex hoc cum multa fiducia aduersus eũ ois multitudo pugnaret: hactenus aptas inimicicias eos habere: metuere credẽtes: posse patrẽ cum filio quoq; tpe concordare. Hoc ergo consilio flexus: iussit famulis ut tẽtoria in solario regio figerẽt: & uidẽte populo accedẽs: ad patris sui cõcubias ingressus est. Hęc aũt gesta sunt secundum nathan prophetiam: quã Dauid olim de filii inuasione signauerat. Cũ uero fecisset absolon quæ monuerat achitofel, rursus secundũ cõsiliũ de patrẽ cõtra patrẽ eum ꝓferre poscebat. Cũq; ille decẽ milia electos sibi dari petisset: ut & patrẽ eius interimeret: & eos qui cum eo pgerẽt incolumes reuocaret: ut tunc firmum haberet imperiũ cum pater eius extingueretur, dum hæc snĩa placuisset, uocauit ẽt chusi amicũ sui patris antiquum: sic enim ille eum uocabat. Cui dũ snĩam achitofel indicasset quid etiam ei uideretur de eadẽ causa requirebat. Ille uero cognoscens: quia si fierẽt quę suadebat achitofel, Dauid in mortis piculum pueniret: contrariam snĩam nitebat̃ afferre. Non ignoras inquit o rex tui patris & eorum qui cum eo sunt fortitudinẽ: quia multis ꝓliis dimicauit: & semp superatis hostibus est reuersus. Nunc eqdẽ credo illũ in exercitu constitutum: est enim sicut nosti bellicosus: & idoneus oía ꝓuidere: & dolos superuentiũ hostiũ declinare certissimus: circa uesperã aũt relinquere suos: aut in aliqua aula se celare: aut circa petras insidias facere: dũq; contigerit: ut nostri congrediant̃ ad ꝓliũ, illius qdẽ uiri ad modicũ se subducũt & dũ securi fuerint de regis auxilio, resistũt. Et inter hæc illis pugnantibus repẽte cum alio exercitu tuus pater apparẽs: suis quidẽ fortitudinẽ præbebit ad bellũ: tuos uero inopinabili superuẽtu prosternet. Fac igit̃ operationẽ mei consilii: & cognosces eius utilitatem: achitofel refutata sentẽtia mittens in oẽm prouinciã hębreorũ pręcipe contra patrẽ tuum ut cũctus congreget̃ exercitus: & sumens ipse ꝓlii militiam uniuersam esto dux eorũ: ut nulli alii cõmittas hoc bellũ. Facillime enim te credo fore uicturũ: si eum cũ paucis comprehenderis: cum tu multa milia pugnantium habeas: deuotionẽ suam tibi prebere uolẽtiũ. At si pater tuus fuerit obsessione circundatus, machinationibus: aut trocleariũ effusionibus ciuitatẽ illã facillime capiemus. Hæc cũ dxisset probabilior apparuit ꝙ achitofel. Nã ultra eius consiliũ absolon potius huius elegit. Deus enim erat: q in eius mẽte consiliũ chusi melius esse faciebat. Quo facto festinabat chusi ad sacerdotes sadoch & abiathar: consilium achitofel: necnon & suum pandẽs: & qa placuissent quę ipse monuerat indicauit: & exhortatus est repẽte: ut mittẽtes hæc renunciarẽt Dauid: ꝙ ab aduersariis tractata uidebãtur aperirẽt: adiiciẽs: ut studeret uelociter transire iordanẽ: ne eũ suus filius ꝓsequi festina ret: & anteq̃ illi se mouissent: posset a filio comprehendi. Sacerdotes aũt oportune suos filios ad hoc officiũ extra urbẽ celatos habebant. Quibus mandantes p fidelẽ ancillam quę tractabat absolon, pręceperunt ut Dauid cũ festinatione hęc significarent. Illi uero nulla dilatione tardantes: sed mandata seruantes patrũ: pii fideliscq; ministerii & officii uelocitatem & necessitatis instantiã cito iudicantes implendã: festinabant ad Dauid. Cũq; duobus stadiis a ciuitate processissent: uidentes eos qdã equites: indicauerunt absolon.

ille continuo ut cõprehenderentur misit. Quod cognoscentes filii sacerdotũ ab itinere declinantes in uicũ quẽdã nõ longe ab hierosolymis: cui nomen erat bochom inuenientesq; quandã mulierculã rogauerũt ut eos celaret et munitionem metuentibus exhiberet. Illa uero iuuenes illos in puteũ repente deposuit & expãsis desuper pellibus os eius operuit. Cũq; psequẽtes eos uenissent: & de eis mulierẽ requisissent: illa uidisse quidẽ se nõ negauit: dicens apud se eos sumpsisse potũ: & continuo discessisse: tamen si cũ uelocitate sequeret: facile eos cõprehendi posse dicebat. Cũ ergo diu secuti non cõprahẽdissent eos reuersi sunt. Mulier aũt uidens eos remeantes: & nullũ iam periculũ iuuenibus cõprahensionis iminere conspiciens: abstractos e lacu dimisit ad propriũ itineris opus. Qui multo studio festinantes: uenerunt ad Dauid & cuncta ei quæ tractabat absolon subtiliter indicauerunt. Tunc ille licet iã nox esset: põcepit tñ suos iordanẽ trãsire cũ festinatione. Achitofel autẽ uidens suã sniam fuisse reprobatã ascendẽs iumẽtum suũ uenit ad regionẽ gilon: conuocatisq; oĩbus suis: cõsilium quod dederat absolon eis exposuit: & quia eo q; auditus ipse non fuerat: nõ eius tardaret interitus indicauit. Dicebat enim Dauid post uictoriã in regnũ continuo rediturũ: & melius sibi fore ut libere & magnamine abrũperet uitam: quã se Dauid reseruaret ad poenas: contra quẽ absolon talia conflia prębuisset. Et hæc cũ dixisset: accedẽs in locũ domus suæ secretiorẽ, laqueo se suspẽdit. Igitur achitofel iudicio suo hmõi morte damnatũ deponẽtes sui de laqueo sepulturę tradiderũt. Dauid aũt sicut prædiximus transiẽs iordanẽ: uenit in castra optima: & mutuissimam ciuitatẽ: susceperuntq; eũ libentissime cunctæ priores ꝓuinciæ: & fugã illius ꝑis reuertentes: & honorẽ ei fœlicitatis pristinę conferentes. Erant aũt bergileus: galaditis: & sypha potentissimus: & amandias: & machir terræ galaditis primus. Hi nanq; rerum omnium copiam Dauid & q cum eo erant opulentissime prębuerunt ita: ut neq; lecti strati deessent: nec panes aut uinũ: sed ẽt ubertatẽ pecudum ministrarẽt: quatenus & quietẽ laborantibus: & ciborum utilium copiã eis ad sacietatẽ exhiberent. Et hi qdẽ hoc modo erant constituti.

Cap. X.

Bsolon itaq; congregato magno hæbreorum exercitu super patre: & transiens fluuium iordanem non longe a castris uenit in galaditidẽ regionem: constituitq; principem totius exercitus amasam in loco ioab consobrini sui. Erat enim de patre getheo: & matre abigea progenitus: Abigea uero & saruia mater ioab Dauid sorores fuere. Dauid uero eos qui cũ eo erant cũ recẽsuisset: & inuenisset usq; ad quattuor milia armatorum, noluit expectare quando super eum absolon ueniret: sed constituit sup suos millenarios & centenarios: diuiso exercitu tripartite: & aliã quidẽ patrẽ Ioab principi militiæ dedit: aliam uero fratri eius abysai: tertiam commisit etheo qui erat amicus eius de ciuitate geth. Cunq; uellet ipse ad bellum simul exire, amici non permiserunt: cõsilio eum sapientissimo retinẽtes. Dicebant enim quia si cum illo deuincerent, oẽm spem utilitatis amitterẽt: si uero una parte uicta ad eũ reliqua remearẽt, possent denuo pręliũ reputare: quãdo ẽt hostes arbitrarent aliũ exercitũ manere cũ rege. Hoc cõsiliũ libẽter accipiẽs Dauid: ipse qdẽ in castris manere decreuit: & duces & amicos ad pręliũ destinans: rogabat ut fortitudinẽ sui & fidẽ & memoriã exhiberent: utq; puero absolon uictores parcerent: ne illo moriente: aliqd in se mali cõmitterent: obtãsq; cũctis uictoriã: dimisit exercitũ. Ioab itaq; aciẽ constituit contra hostes in cãpo: habens post tergũ siluã. Eduxit aũt e diuerso absolon & suũ exercitũ: & facta congressione, belli opera ꝑcipua manuũ: & maxime pręsumptionis ex utraq; pte gerebant: alii quidẽ ut regnũ Dauid reciperet, elaborabant: & oĩ magnanimitate desudabant: alii uero: ne & eo priuaret absolon regno: & daret patri pro sua pręsumptione supplicii in nullo segnes erant:

aut facere aut pati quodcũq; belli casus afferret.insup metuebant ẽt:ne ab ioab:& eius paucis militibus tanta multitudo subiugaretur. Inter hęc uicit Dauid exercitus robore magnitudinis & exercitatione bellorũ: fugiẽtesq; p siluas & colles pſecuti sunt:& alios qdẽ cœperunt:alios aũt interfecerunt:ita ut plurimi caderẽt fugiẽtes:q̃ in acie repugnãtes. Et illa quidẽ die quasi uiginti milia uiroꝝ ceciderũt. Exercitus ãt Dauid accessit ad absolõ(erat enĩ cũctis ꝓceritate & pulchritudine manifestus)Qui metuẽs ne eũ cõprẽhenderẽt hostes ascẽdẽs in mula regia fugiebat. Cũ uelociter ueheret:& ipse in toto leuis existeret arbori maxię & ramis extẽsę eius reflexa cesarie inopinabiliter est appẽsus: & iumẽtũ qdẽ uelocitate sua quasi dominũ adhuc portaret abscessit:ille uero ramis comaꝝ alligatione retinebat astrictus. Quẽ cũ uidisset qdã militũ Dauid ioab indicauit. Quo dicẽte:qnquaginta siclos se ei dedisse si pemisset absolõ:nec si mille siclos ei ꝓmitteret:occidere illesę filiũ domini sui dixit:dum oĩbus audiẽtibus pater eius ei parci rogauerit. At ille oñdi sibi p̃cipiẽs:ubi eũ uidisset appẽsum:& locũ iucundiẽs:in corde eũ iaculãs iteremit. Armigeri uero ioab circũstãtes arborẽ cadauer eius deposuerũt: eũq; in foueam ualde profundam proiiciẽtes:aceruum super eum lapidum posuerunt:ita ut figura sepulchri fieret: & ingentem tumulum locus ille seruaret. Ioab autem signo dato:a persecutione reuocauit exercitum:parcens contribulibus suis. Igitur absolon constituerat sibi statuam marmoream in ualle regia:quę duobus stadiis ab hierosolymis abeRat; q̃ appellauit suam manũ dicens:quia ẽt filiis eius moriẽtibus nomẽ eius in statua ꝓmaneret. Erãt enĩ ei masculi filii qdẽ tres:fœmia uero una thamar. Quę cõiũcta salomonis filio roboã:pepit filiũ abia:q ꝑi successit in regnũ. Et de his qdẽ postea declarabimus. Igit̃ post mortẽ absolon populus qdẽ ad ꝓpria loca dispsus ẽ. Achimaas autẽ sadoch sacerdotis filius rogabat ioab:ut p̃ueniens ipe Dauid uictoriã nũciaret:& qa dei solatiũ et ꝓuidentiã ipsius habuisset. Cui nõ cõcessit hoc ioab dicens quia cũ semper boni nuncii homo fuisset:mõ non deberet regi mortem filii nunciare. Vocãs ergo chusi:ei opus hoc iniunxit:ut quod ipse uidisset:regi ẽt nũciaret. Cũq; iterũ achimaas rogaret: ut eũ nũciare ꝓmitteret dicens:qa rex circa solã uictoriã attentus: nequaq̃ de absolon causaretur, concessit ei:ut ꝓgeret ad Dauid:tenẽsq; cõpendiosam uiã quẽ ipse solus nouerat, ꝓuenit chusi. Cũq; sederet Dauid inter portas:expectans quando ei aliquis gesta bellica nunciaret, qdã exploratorũ uidens achimaam currentẽ:& qs esset non agnoscens:ait ad Dauid:uidere se aliquẽ uenientẽ. Qui cũ dixisset bonũ fore nũciũ:post paululũ aliũ quendã sequi ꝓnunciauit. Cũq; & ipsum bonũ nunciũ asseReret:uidens explorator p̃currere:iãq; uicinũ esse achimaam sadoch filiũ sacerdotis indicauit. Qui gauisus eũ bonoꝝ nunciũ esse dixit:& aliqd optabile de p̃lio portaturũ. Cũq; hęc dicerent a rege:ueniens achimas adorauit:& interrogatus de pugna:regi uictoriã nunciauit. Quo requirẽte de filio eius quid cognouisset:ait qa mox ut uidisset hostes fugatos:rogatus ipse ad eũ ꝓgere festinasset: & audisse se magnas uoces psequentiũ absolon:& nihil amplius potuisse cognoscere:eo q; cogeret̃ nimis missus a ioab uictoriã nunciare. Venienti aũt chusi:& adorante regẽ & uictoriã nunciante:de filio eũ Dauid continuo requisiuit. Tunc chusi hęc inquit proueniant tuis inimicis:quæ recepit absolon. Quod uerbũ uictorię gaudiũ nec apud ipsum manere:nec habere exercitũ ꝓmisit. Ascendẽs enim Dauid in locũ ciuitatis excellentissimũ:flebat filiũ:tundens crebro pectora & capillos capitis sui dilacerans:& oi se afflictione castigans clamabat dicens. Vtinã mihi & non tibi o filii aduenisset interitus. Nã cum eũ diligeret p naturam hmõi mortis eius cuẽtui potius condolebat. Exercitus aũt & ioab audientes:qa rex filiũ ita lugeret reuersi sunt non triũphali scemate q̃rẽtes ingredi ciuitatẽ:sed dolẽtes & flentes & quasi deuicti potius intrauerũt.

Cūq; rex capite uelato reſideret et filii interitū ingemiſceret, introiuit ad eū ioab et con
ſolatus eſt eū dicēs. O domine rex apte demōſtras ex his quę agis: qa diligētes te & p
te pícula ſuſtinētes: nec non & te tuāq; generationē prſus abhorres: & diligis inímicos:
& illos cōcupíſcis potius qui iuſte pœnas ſoluētes obierūt. Nā ſi abſolon uiciſſet: & ipe
riū firmiſſimū tenuiſſet & nullius noſtrū cadauer remaneret: ſed oēs a teipſo & a tuis fi
liis incipiētes: fuiſſemus ſine dubitatiōe pſtrati: nullo noſtroꝝ hoſtiū flēte: ſed cunctis
potius congaudētibus: inſup ēt puniētibus eos: ſiqs forte noſtrorū miſerati fuiſſent. Tu
uero hęc agere ſup maxio nō cōfunderis inímico: q cū tuus filius eēt: nequaq̄ in te ímpia
cōmittere formidauit. Igit̄ recedēs ab hac íniuſta triſticia pcede: & mílitibus oñde te
metipſum: eíſq; p uictoria & labore certaminis gratias age. Ego nāq; optime noui: qa
ſi in hoc actu permanſeris, hodie a te populus uniuerſus abſcedet: et alteri regnum tra
det: & tunc amariſſimum ac uerū habebis. Hęc dicēs ioab: regem a triſtitia reuocauit:
& ad cauſas reipublicæ utilitatis adduxit. Trāſformatus enī a fletu Dauíd: & opportūe
cōpoſitus p aſpectu populi ſedit ad portas: ita ut audiens populus uniuerſus concurre
ret: oēſq; eum libētiſſime ſalutarēt. Hęc itaq; talia hoc modo ſunt geſta. Cap. XI.

Orro q cum abſolon fuerāt: & de ꝑlio fugerant: reuertētes ad ſemetipſos: ſinguli
p mittebāt p ciuitates cūctas: Dauid beneficia cōmemorantes: & libertatē quā eis
reſiſtēdo cunctis hoſtibus ꝑbuerat edicētes: culpanteſq; ſemetipſos quia eum ex
puliſſent a regno: et alium ordinaſſent: quo tunc defuncto príncipe qui ab eis fuerat cō
ſtitutus, rogare deberent Dauid ut ab indignatione quieſceret eíſq; faueret: & recepto
regno ſuam eis ꝓuidentiā nō negaret. Hæc itaq; Dauid crebro nunciabant. Sed ēt ille
nihilominus miſit ad ſadoch & abiathar ſacerdotes: ut principibus loquerent tribus iu
dę quia turpe fuerit: ut alie tribus ante illā Dauid conſtituerent regē: cum illi & cognati
eſſent et ſanguinis cōparticipatione gauderent. Hęc eadem et ad amaſam príncipē mi
litię eius ꝓcepit edicere: qa cū filius ſororis ſuę eſſet, non ſuaderet populo ut Dauid reſti
tueret imperiū: pro qua re nō ſolū regi reconciliari poſſet: ſed totius mílitię principatū
ſicut abſolon ei præbuerat optineret. Et ſacerdotes qdē ad príncipes tribus iuda locuti
ſunt: & amaſam deflexerunt: promiſſiōes regias edicentes: ut in eius ꝓcibus conſiſteret.
Hoc itaq; facto tribus iuda miſit ad regē legatos: rogantes ut ad propriū remearet ím
perium. Hoc aūt & oēs iſrahelitę fecerunt adhortante eos amaſa. Igit̄ accedentibus lega
tis ad eū ut ueniret in hieroſolymam: oēs ꝓuenit tribus iuda ut regi ad iordanis flumen
occurreret: & gera filius ſemei cum mille uiris quos de tribu beniamin ducebat: & ſyba
libertus ſaul: & filii eius quindecim & uiginti ſerui. Iſti nanq; cū tribu iuda pontē flumi
nis effecerunt: ut facile rex eū tranſiret cū ſuo exercitu. Cūq; ueniſſet ad iordanē, iuda
eū libentiſſime ſalutauit. Qui dū pōtē aſcenderent proſtratus eſt ante eū ſemei: & deti
nens pedes eius ueniā poſtulabat in his q̄ peccauerat rogans: ut non circa eū eſſet acer
bus: nec ptāte recepta eū iuberet dari ſupplicio: ſed potius conſideraret: qa geſta' peni
tentia in his q̄ prius deliquiſſet: primus ei occurrere feſtinaſſet. Cūq; in his ſupplicaret
atq; depoſceret: abyſai frater ioab ait. Nunquid propterea non morieris q conſtituto a
deo rege nequaq̄ blaſphemare metuiſti. Tunc Dauid conuerſus ad eū ait. Non ceſſas
ſaruie fili has cōmouere denuo nobis ſuperiores turbas: & ſeditiones inſtantes. An igno
ras qa initiū mei regni eſt hodie. Quapropter oíbus ípie in me agentibus: iuro dímitti
eius ſupplícia: & nulli ſua delicta ſeruari. Tu inquit o ſemei ſecurus eſto: & nullū mor
tis habeto metū. Qui mox adorans: cū cęteris ꝓcedebat. Inter hæc aūt occurrit et mē
phiboſeth de cognatione ſaul ſordida ueſte circūamictus: comāq; gerens profuſam &
hiſpidā barbā. Nā poſt fugā Dauid neq; tonſus fuerat p triſticia: nec ueſtē depoſuerat

a neris regum uiam perditionē:studuit:ut nullum de dauid domo relinqueret:sed omne genus exterminaret:ut nullus ex eis ad regnum ulterius perueniret:et hoc quidem sicut potuit fecit. Euasit autem unus filius ozochię mortē hoc mō diffugiens. Ozochias ex uno patre habuit sororē nomine iosaphat cui copulatus erat pontifex ioiada. Hec ingressa regiam domū:ubi erāt interfecti filii regum nomine ioas infantulum anniculū celatum inueniens cum nutrice:et portans in cubiculū clausit:et latenter aluit ipsa et uir eius ioiada in templo sex annis: qbus in hierosolymis sup duas tribus athalia regnauit. Septimo uero anno ioiada hunc sermonem pandidit quinq; uiris centurionibus:eisq; suasit ut ei consentirent contra ea:quæ ab athalia: fuerant perpetrata:& regnū infanti traderent:percepturus ab eis iusiurādū:q; securitas talia gerentibus ꝑparatur prodidit eis quæ gerenda forent atq; complenda. Tunc uiri qbus sacerdos ioiada suum cōsilium cōmiserat: circumeuntes omnem prouinciam sacerdotes & leuitas congregantes ex ea simul & principes tribuum:omnes hierosolymis ad pontificē deduxerūt. Qui mox fidem ab eis cum iureiurando petit:ut quod ab eo cognoscerent cum taciturnitate seruarent: donec nisus eius intentionis potuisset impleri. Quibus iurātibus securus effectus deducens eum quem de genere dauid nutrierat: iste inquit uobis rex ex illa domo erit quā nostis deum prophetasse super nos omni tempore regnaturā. Moneo itaq; ut tertiam partē uestri eum custodire faciatis in templo:quartamq; in omnibus templi ianuis statuatis reliqua uero pars teneat portam quæ ducit ad tecta regalia:alia maximis multitudo consistat in templo:nullumq; armatū permittatis intrare:nisi tantūmodo sacerdotes. Eis quoq; pręcepit:ut pars aliqua sacerdotum & leuitarum circa ipm regē assisteret eum euaginatis gladiis circūdantes:ut si quis armatus in templū intrare ꝑsumeret:repēte perimeretur:& nihil metuentes regem tam fortiter obseruaretur: Illi uero consilio pontificis obedientes: suam uoluntatem opere declararunt. Interea ioiada aperiens armamētariū quod erat in tēplo a dauid constitutū diuisit cēturiōibus & sacerdotibus: pariter & leuitis arma quęcunq; illic inuenit:lāceas & pharetras & quodcūq; aliud apprahēdit genus armorū:armatosq; circa tēplū statuit: ut manu sua totū cōstipare uideretē ingressum:& quasi murū habita testudine molirentur:ꝓcipiētesq; in medio puerū: ei regiū diadema iposuerunt:& ungēs eū ioiada:regē solēniter ordinauit. Populus itaq; gaudēs clamauit. Viuat rex. Porro otholia tumultum & laudes inopinabiles repēte cognoscēs uehemēter perturbata cū suo exercitu de regalibus exiliuit. Et cum uenisset ad templum: sacerdotes quidem eā protinus exceperunt:armatos uero qui sequebant introire prohibuerunt. Erant enim a pontifice prepositi sicut dictum est ut templi aditus obseruarent. Tunc athalia uidens pucrum stantem supra tribunal regiū eiq; diadema regale super impositum:scissa ueste sua uehemēter exclamans iussit occidi qui ei fecerat insidias & principatum auferre tentauerat. Ioiada uero uocans centuriones:iussit ut educentes athaliam in conualle cedron:eam ibi perimerent:ne tēplū occidentes illic ueneficam uiolarent:unū ꝑcipiens:ut si qs ei ferre uellet auxilium: pari sorte perimeret. Tunc quidā cui fuerat eius iniūcta perēptio:sumēs athaliam deduxit eam ad portā mulaꝛ regis:& illic iterfecit. Cunq; hęc circa athaliam fuissent gesta:cōuocans populū & arma

tos ioiadas in tẽplũ:cõiurauit oẽs:ut regi fauerẽt:& eius ſaluti ꝓſpicerẽt qũ in deuotiõe regia deũ potius honorarẽt:& ne trãſcenderẽt moſeas leges: iuſiurandũ quoq; cõpulit exhibere. Poſt hæc cõcurrentes ad domũ baal:quã athalia & iorã uir eius inſtruxerãt ad iniuriã paterni dei & honorẽ achab eam funditus euerterunt: & ſacerdotẽ eius matã no mine peremerũt:diligẽtiã uero atq; tẽpli cuſtodiã ſacerdotes & leuitas ioiada hẽre ꝓui ſit:& ſecũdũ regis dauid ꝓceptũ iuſſit eos ſecũdo ideſt bis in die holocauſta & ſacrificia ſoléniter ímolare:ut ſecundũ legẽ incẽſum offerrẽt. Fecit aũt & quoſdã leuitarũ porta rios ad tẽpli mũimen:ne illic ſordidũ aliquod latẽter intraret. Hęc itaq; uniuerſa diſpo nens cũ centurionibus & oĩ populo;ſumens puerũ de tẽplo ioiadas eũ cũ uniuerſis ad regalia uſq; ꝓduxit. Quo í regio ſolio reſidẽte:cũctus populus cũ fauore ſoléniter accla mauit:& ad epulas cõuerſi ſimul feſtiuitatẽ multis diebus egerunt. Ciuitas ergo eqdem habebat pacẽ. Athalia de rebus humanis ablata. Ioas itaq; adeptus regnũ erat annoñ ſeptẽ cuius mater fuit noie Ioſabeth ex regione Barſabe multãq; habuit cuſtodiã legũ: & culturã diuinæ religiõis exhibuit oĩ tpe quo uixit ioiada. Aetate cõgrua duxit uxores duas dãte ſibi põtifice:ex qbus et maſculi ei et fœmiæ natę ſũt. Igit̃ de rege ioas:et quẽ admodũ inſidias athalię diffugerí:tregnũq; ꝓcepit:his indicaſſe ſufficiat. Cap. VIII.

Zahel aũt ſyrorũ rex:dũ pugnaret cõtra iſraelitas:& contra regẽ eorũ hieu: ua
a ſtauit prouinciã trans iordanẽ:quæ erat ad orientẽ tribus ruben:& gad & manaſ ſe:& galaath:& batchaneã percurrẽs ubiq;:& cũcta diripiẽs:& uim reſiſtẽtibus inferẽs uniuerſis. In quo non potuit qdẽ ulciſci hieu: dum cunctã ꝓuinciã deuaſtaret: ſi circa diuinitatẽ ſuperbus & cõtẽptor exiſtens:& legitima ſaucta deſpiciẽs:mortuus eſt: cũ regnaſſet ſup iſraelitas annis ſeptẽ & .xx. ſepultus eſt aũt in ſamaria: ſucceſſorẽ prin cipatus ioachã filiũ derelinquẽs. Regẽ uero hieroſolymorum ioas quoddã deſideriũ ap prehẽderat ut templũ ínouaret. Quadam ergo die euocans pontificẽ ioiadã:iuſſit ut in oẽm mitteret regionẽ: & leuitas & ſacerdotes exigeret pro uniuſcuiuſq; capite dimidiũ ſicli argẽti ad fabricã & renouationẽ templi:quod ad iorã & athalia:& eorum filiis ui debatur eſſe deſtructũ. Pontifex aũt hoc equidẽ non fecit:ſciens q; nullus cõferret argẽ tũ. Tertio uero & uicesimo anno regni ſui ioas euocãs:& ioiadã ipm & leuitas:& quaſi inobediẽtes ſui pręcepti culpans: iuſſit ut pro hac re in futuro anno ꝓ renouatõe templi ꝓſpicerẽt. Quo facto cõſilio pontifex uſus eſt ꝓ cõgregatiõe pecuniarũ:quod populus líbẽter habuit:& gratãter impleuit. Fecit nãq; ligneã arcã & undiq; muniẽs eam:unum foramen apuit quã ponens in templo iuxta ſacrariũ: iuſſit ſingulos quãtũ uellẽt í eam mittere per foramen pro tẽpli reparatione. Ad hoc igitur opus omnis populus libenter acceſſit:& multũ argẽti:multũq; auri largitus eſt. Quo facto euacuantes arcã rege præ ſente:ſcribe ſimul & ſacerdotes gazophilatiorum dinumerãtes:quod fuerat cõgregatũ: deinde eandẽ archam in ipſo loco repoſuerunt:& hoc diebus ſingulis faciebant. Cunq; populus quod ei uiſum fuerat obtuliſſet. miſerũt pontifex ioiada:& rex ioas:ut ceſores la pidũ inſtructoreſq; cõducerẽt & ligna maxima de optima ſilua deponerẽt. Tẽplo itaq; reparato:aurũ quod remanſerat:& argentũ non paruũ ad pateras:& uini fuſoria & co opercula:& uaſa reliqua deputarunt:ſacrificiiſq; quotidie adolẽdis altare tegebant. Et hæc qdẽ tpe quoad uixit ioiadas competenti ſtudio gerebant. Cũ uero is mortuus fuiſ ſet quixerat annis cẽtum triginta iuſtus & p oĩa uenerandus:& ſepultus fuiſſet in hiero ſolymis in regiis monumẽtis:quomodo generis dauid reparat imperiũ:rex ioas curã p didit diuinæ religionis:cũ quo etiam primates plebis pariter incitati ſunt:ut circa ſolem nitates et legittima iura delinquerent. Deus autem dure ferens tranſgreſſionem regis et aliorum miſit prophetas qui cõteſtarentur eos ut ab huiuſmodi geſtorum malignitate

recederẽt. Illi uero in tali malorũ more et desiderio pmanserunt ut nec alios qui ante se propter legitimorũ iniurias fuerant castigati: neq; ꝓphetas q̃ dicabãt ut penitentiam agerent: & conuerterent ab iniquitate respicerẽt. Nã et zachariã filiũ pontificis ioiadæ lapidibus in templo rex iussit occidi beneficiorũ patris eius oblitus. Quẽ cum deus ꝓphetã cõstituisset: stans in media multitudine suadebat eis simul et regi: ut iustitiã facerent: et qa magna supplicia susciperent: si nollent dei ꝓceptiõibus obedire. Qui tamẽ cũ moreretur: suarũ passionũ testem deũ et iudicẽ proclamauit: qa pro bono cõsilio: et ꝓ his quę pater eius prestiterat regi Ioas: ille amare et uiolẽter occumberet. Rex aũt nõ post multũ temporis spatiũ iustissimas pœnas horũ in quibus preuaricatus est exoluit. Veniente nãq; Azahel syrorũ rege in eius prouinciã: et Geth deuastante atq; depopulante: cũ esset iã ad hierosolymam deducturus exercitũ: metuẽs Ioas obsessionẽ: eruacuatis omnibus dei thesauris atq; regalibus et ministeriis templi: misit syrorũ regi: his redimens eũ: ne ciuitas pateret oppressionẽ: aut periculũ rerũ otium sustineret. Cui dũ satisfactũ fuisset ingenti multitudine pecuniarũ nequaquã ad hierosolymã castrametatus est. Ioas tamẽ cũ pessimũ languorẽ incurrisset: insidiantes amici q̃ mortẽ zachariæ Ioiadę filii defendebant: ei insidias faciẽtes interemerunt eum: & sepultus est qdẽ in hierosolymis: non aũt in monumentis patrũ: qa fuerat inimicus diuinæ religionis. Vixit aũt annos qdẽ. vii. &. xl. in eius uero imperio successit filius eius amasias. Vicesimo aũt & primo anno regni Ioas israelitarũ principatu potitus est Ioachã filius Hieu i samaria quẽ & habuit annis septẽ & decẽ: patris qdẽ sui: nec ipse imitator existens: ꝑpie uero gerens: sicut & primi reges q̃ deum spreuisse uidebantur. Hunc aũt humiliauit Azahel: & eum extenta potestate contriuit: dũ aduersus eũ decẽ milibus armatis: & qnquaginta milibus eqtũ castra mouisset. Nam & ciuitates ei plurimas & maximas abstulit: & eius milites trucidauit. Hæc itaq; passus est israelitarũ populus secundũ Helyzei ꝓphetiã: qñ Azahel q occidit dominũ suũ regnaturũ esse pdixerat sup Syros & Damascenos. Cũq; Iochã in his anxietatibus teneretur, ad preces dei: supplicatiõesq; cõfugit: rogans: ut eũ de Azahel manibus liberaret: nec pateret: ut sub illius eũ ditione uideret. Deus aũt penitentiã pro uirtute suscipiens: & corripere magis q̃ pdere hoiem hmõi uolens: concessit ei quaterus belli pericula declinaret. Pace itaq; ꝓcia rursus ad statũ pristinũ copiamq; regressa est. Post mortẽ uero Ioacham filius eius Ioas suscepit regnũ. Cũ septẽ iã &. xxx. annos haberet in regno Ioas sup tribũ iuda: tenuit principatũ iste Ioas in Samaria sup populũ israel. Nam & ipse idẽ habebat nomẽ: quod hierosolymorũ rex: tenuitq; regnũ annis sedecim: fuitq; bonus: & in nullo paternæ naturæ consimilis. Illo qdem tpe dum Helyzeus ꝓpheta iã in senectute cõsisteret: & egritudinẽ incurrisset: uenit israelitarum rex uisitaturus eũ. Et dũ eũ in nouissimis inuenisset: flere cœpit eo uidẽte: & ꝗemiscere patrẽ eũ uocans: & scutũ sui regni: ꝓpter eum dicens nunq̃ cõtra eũ hostes armis egisse: sed se ꝓspere sine dimicatiõe uicisse: q dum a uita discederet: hæbreos syris relinqueret: & aliis inimicis captiuãdos. Quapropter nec ipsam uitã securã ulterius fore dicebat: sed gratũ sibi eẽ: ut cũ eo a presenti luce recederet. Hæc dicẽte atq; gemẽte rege, Helizeus consolabat eũ: iussitq; allatũ sibimet arcũ extendere. Qui cũ præparasset arcũ contingens manus eius ꝓpheta iussit ut saggittaret. Cũq; tres sagittas dimisisset: atq; cessasset ait. Si plures dimisisses: eradicasses syrorũ regnũ. Quia uero in tribus solũmõ queisti: totiens congressus syris pugnãdo ꝑualebis: & regionẽ: quã abstulerũt a tuo patre rursus obtinebis. Et rex qdẽ dũ hæc audisset abscessit. Post non multũ uero tpis & ꝓpheta defunctus est uir iusticia famosissimus: & in dei studiis ualde preclarus. Miracula nãq; & inopinabilia opa ꝓ suas ꝓphetias ostendit: & apud hæbreos memoriã clarã & magnifi

eam ſepulturã habere ꝓmeruit: & qualẽ uiro ita religioſo decebat ĩpendi. Illo ſiqdẽ tpe cõtigit: ut qdã latrones in helyzei ſepulchrum mortuũ: quẽ ipſi uidebantur interfeciſſe ꝓiicerẽt. Cuius eadauer dũ eius ſuiſſet corpori ſociatum: cõtinuo ſuſcitatũ eſt. Et de Helyzeo qdẽ ꝓpheta: & quęcũq; prędixit: & quomodo poſt mortẽ uirtutẽ diuinã habuit: hec declarata ſufficiant. Defuncto itaq; rege Syrorũ Azahel ad filiũ eius addã imperiũ peruẽit: cõtra quẽ ioas iſraelitarũ rex cum dimicaret: & tribus congreſſionibus eũ uincens: oẽm prouinciã ab eo retraxit: & quaſcunq; ciuitates & uicos eius pater Azahel de iſraelitarũ regno ſubtraxerat liberauit. Hoc itaq; ſecundum prophetiam Helyzei puenit. Cũq; cõtigiſſet ut etiã ioas moreret: ille qdẽ ſepultus eſt ĩ ſamaria: regnum uero ſuo filio Hioroboã nomine dereliquit. Cap. IX.

Nno ſecundo Ioas regis iſraelitarum: regnauit ſup tribum iuda in Hieroſolymis
a Amaſias: Cuius mater erat nomine Ioadã. Genere uero ciuis & iuſticiæ ꝓfione mirabilis q cũ iuuenis eſſet: ueniens ad regnũ: cogitauit ut inimicos qui patrem eius occiderãt: puniret: & compræhenſos omnes occidit: filiis autẽ eorũ pepercit ſequẽs moſcos leges qui non ſanciuit propter peccata parentum filios occidendos. Deinde eligens exercitũ de tribu iuda & Beniamin: q in flore iuuentutis & circa triginta annos exiſterent: & ex his congregans quaſi trecẽta milia: conſtituit ſup eos cẽturiones: mittẽſq; ad regẽ iſraelitarũ: cõduxit argẽti talentis centum milia armatorũ. Deliberauerat enim ut amalechitarũ gentibus: & idumeis: & Gabaonitis inferret bellũ. Cunq; ptpararet ad prælium: & iã uideret positus in procinctu: ſuaſit ei propheta: ut dimitteret iſraelitarum exercitum: quia eſſet impius: & deus eum uinci ꝓdiceret: utq; ſuorum ſolũmodo ſolatio uteretur: & hoſtibus prævaleret cum paucis contra eos uolente deo pugnandum. Cũ ergo grauiter hoc ferret rex: q; mercedes iſrahelitis iam ꝓbuiſſet ingentes: monebat propheta ut ageret quod deo placeret: cũ poſſent pecuniæ ex ipſius muneribus abundare. Et illos quidem dimiſit: cedens ẽt quas dederat rex mercedes: ipe uero cum ſuo exercitu ad prędictas gentes acceſſit. Et prelio geſto uincens. x. quidẽ milia occidit & totidem uiuos cœpit: eoſq; deducẽs ad magnã petrã quæ eſt in Arabia conſtituta: ptedam autẽ & diuitias ex his gentibus abſtulit infinitas. Dũ itaq; in his amaſias conſiſteret: iſraelite quos cũ mercede data remiſerat idignati ſunt: & credẽtes iniuriã q; quaſi ꝓ uituperatiõe fuiſſent ab eo remiſſi: eius regni terras aggreſſi ſunt: & uſq; Bethoron ꝓcedẽtes diripere ꝓuinciã: & multa qdẽ abſtulere iumẽta & tria milia hominũ occiderunt. Amaſias in uictoria ex his q̃ geſta fuerãt eleuatus: deũ quidẽ qui ei horũ omniũ auctor extiterat cœpit ſpernere: ac deos illos quos de amalechitarum prouincia uexerat adorare. Tunc accedens propheta mirari ſe dixit cũ eos deos rex arbitraret adorandos: q ſuos: & a qbus honorabãtur iuuare nõ potuiſſent: nec ab huius manibus liberaſſent: ſed peuntes defendere contempſiſſent: & ipſi quoq; in hieroſolymã ad ſtar hoſtium captiuorũ uicti deducti fuiſſent. Hęc itaq; regi mouerunt iram: & ꝓcepit ut deberẽt dicere ad ꝓphetã interminates eum ſe puniturum ſi amplius loqueret. Et propheta quidẽ tacereſe dixit: prędicens non eſſe prębiturum deum ea quę rex facere moliretur. Cap. X.

Maſias uero dũ ſe abſtinere non poſſet in rebus fœlicibus cõſtitutus: quas a deo
a ꝓceperat: eiq; fáceret iniurias: ſcripſit ad regẽ iſraelitarũ ioas: ut obediret ei & ipſe & populus uniuerſus: ſicut & prius obaudiebant parẽtibus eius: dauid & ſalomoni. Qui parere nollent: ſcirẽt: q; bellum terminũ cauſæ perciperet. Cui ioas rex ita reſcripſit. Rex Ioas regi amaſię. Erat in libano monte cipreſſus omnino potens: et carduus exinde miſit ad cipreſſum: petens ut filiam eius filio ſuo daret uxorẽ. Et dũ hæc ageret beſtia quędam tranſiens carduũ cõculcauit. Hoc ergo erit tibi exẽplũ: ut maiora nõ ap-

paratum:& quo amalechitas uicisti:in hoc exultans tibi et tuo regno uidearis inferre pericula. Hęc legēs amasias:ad bellū potius incitatus est:ió ut arbitror ad hoc eū impellente:ut p his quę fuerant ab eo cōmissa pœnas exolueret. Cūq; pduxisset exercitū cōtra Ioas et esset iā prœliū cōmissurus:milites amasiæ repētinus terror et stupor iuasit:qualē nō ppicius deus īmittit:et antequā uenirēt ad manus in fugā animi pauore cōuersi sunt. Illis igit̄ montibus dispersis:cōtigit:ut amasias desolatus ab hostibus capetur:eiq; Ioas mortē interminatus est, si hierosolymitis non suaderet:ut apiētes portas: eū cū exercitu ciuitatem susciperēt. Et amasias qdē mortis terrore compulsus fecit fieri hostē. Qui destruens partē muri quasi quadringētorū cubitorū:cuncta ingressus est hierosolymam amasiamq; captiuū ducēs:et dominus hoc mō hierosolymitas ciuitatis effectus:et dei thesaurū abstulit:& aurū argentūq; quod in amasię erat regalibus exhausit:& ita eū a captiuitate resoluens:regressus est ad Samariā. Hęc itaq; gesta sunt circa hierosolymitas ānno quartodecimo regis amasię. Qui post hæc passus insidias amicorū:fugit qdē in ciuitatē lachis:interfectus est aūt ab eis mittētibus:q eū illic interimerēt. Cuius corpus referentes in hierosolymā regaliter tumulauerunt. Igit̄ amasias hoc mō finiuit uitā ppter superbiā & cōtēptum quē habuit circa deū:qui uixit annos qdē quattuor & quinquaginta: regnauit aūt uiginti nouē. Huic successit filius suus noie Ozias. Cap. XI.

Nono quodecimo regni amasiæ regnauit in israel filius Ioas Hieroboā in samaria annis undecim. Hic aūt rex circa deū qdē iniuriosus:& iniquus extitit uehemēter:ydola colēdo:& multa incōgrua:& opera extranea faciendo:populo uero israelitarū multorū bonorū operum occasio fuit. Huic qdem Ionas pphetauit:q; oportaret eū syros uincere dimicantē:& regnū propriū dilatare in partibus aquilonis:usq; ad Emath ciuitatē a meridię uero usq; ad asphaltiden paludem. Antiquus enim terminī chananei isti fuerunt:sicut princeps Iesus ea loca determinauit. Igitur Hieroboā castrametatus cōtra syros:eōrū puinciam sicut Ionas prophetauerat deuastauit. Necessariū uero iudicaui integritatē rerū cōtradere:studēs quæcunq; & de isto ppheta in sacris libris inueni cōscripta omnia declarare. Hic enim iussus a deo ut iret ad Niniue regnum: & ibidē pdicaret:q; esset amissura ciuitas principatū:metuens nō perrexit:sed fugit deū in ioppe:& inuēta naue ingressus in tharsū ciuitatē cilicię nauigabat. Cūq; tēpestas imminaret aspime:& nauis submersiōis pícula sustineret: nautæ qdē & gubernator: & ipe nauclerus fundebāt orationes:quatēus periculū maris euaderēt. Ionas aūt opiēs semetipm iacebat:& nihil metuebat horū q uidebat eos afficere. Cū ergo tēpestas potiꝰ augeret: & uiolētibus uētorū nimietate mare attolleret in cumulū:cogitātes simul:qa aliqs naūigātiū huius tēpestatis auctor existeret:cōstituerūt ut qcūq; is eēt sorte pderet. Quibus hoc faciētibus sors cecidit in ppheta. Interrogātibus aūt illis unde esset: & qd ageret:genere se qdē dixit hebreū:propheta uero summi dei:eisq; suasit:ut si uellēt plens piculū declinare:eū in pelagus pícerēt:quia tēpestatis eorū auctor existeret. Et illi qdem prius nō hoc facere præsumpserunt impium iudicantes:si peregrinū hominem:& q eis suā cōmiserat salutē:ad hæc mala compellerēt:cum utiq; nondū nauis submersio pueniret:a ppheta uero post hæc compulsi:& timore suæ salutis astricti eū in pelagus pierunt:& tempestas qdē remota est. Ille uero ut sermo est:q; a ceto deuoratus post tres dies totidēq; noctes in Euxino pōto uiuus euomitus est in nulla parte corporis macula tus:q supplicans deo:ut ei uēiā cōcederet p delicto:ad niniue profectus est ciuitatē: & astans in medio pdicauit:q; post breuissimum tēpus asyæ pderēt principatū. Hæc ergo eis indicans est reuersus. Hāc itaq; narratiōem explicaui:sicut scriptā inueni. Igit̄ hieroboam rex cū omni fœlicitate uitā degens:& regnans:annos. xi. defunctus est:& sepul-

tus in Samaria: cui ſucceſſit ī regnū eius filius Zacharias. Eodem modo & Oźias amaſiæ filius quarto & decimo iam anno regni hieroboam duabus tribubus in hieroſolimis impauit: cuius mater fuit Athelamas nomine: genere uero ciuis. Erat autē hic bonus & naturaliter iuſtus atq; magnanimus: & ad reꝫ prouidētiā nimis induſtrius. Caſtrametatus cōtra paleſtinos: eoſq; bello deuincēs: ciuitates eorū cœpit poſt Geth: & Iāniā: ſed & muros earū deſtruxit. Poſt hāc militiā aggreſſus eſt Arabas uicinos ægyptiis: & edificans ciuitatē circa mare rubrū: cōſtituit in ea cuſtodiam. Deinde ammonitas ſubdēs & tributa eis imponēs & oia uſq; ad terminos ęgyptioꝝ ſuę ditioni ſubiiciēs cœpit decætero hieroſolymitarū hēre curā: nā qcūq; muri fuerāt lōgo tpe aut regum prioꝝ deſidia iam deſtructi: eos rurſus edificauit: & reparauit: necnō & quoſcūq; deſtruxerat iſraelitarum rex quādo patrē eius amaſiā captiuū tenens ingreſſus fuerat ciuitatē. Edificauit aūt & turres multas: ſingulis quibuſq; cētum & qnquagīta cubitos habētibus altitudinis. Fecitq; & in deſertis magnas ualde munitiōes: & multos aquæductus inſtituēs. Habebat aūt iumētorū & aliorū aīaliū innumerā multitudinē quādo & prouicia fertilis erat ad paſcua: eratq; pręcipue terrę cultor: & curā habebat circa plantatiōes: & ſemina fructuū diuerſorū. Exercitū circa ſe habuit electorū trecēta octoginta milia uirorū: quorū duces & tribuni: & millenarii erāt ualde fortiſſimi: & q ſuo robore poſſent ferri numero duo milia. Cōſtituit aūt p cohortes totū exercitū: & oēs armauit: dans unicuiq; iaculatorā & ſcutū & loricas ereas: & arcus & ſplēdonas. Sup hæc aūt & machinamenta multa ad oppreſſiones inſtituit: qbus petræ dimitterent & iacula & arpagones: & his ſimilia ꝓparauit. Dūq; hæc ita cōſtituiſſet mētis elatiōe corruptus: & ſubſtātia mortali ditatus: cōtra immortalē omni tpe agere nitebat. Eſt aūt imortalis ſubſtantia: pietas circa deū: & cuſtodia mandatorū. Lapſus eſt itaq; fœlicitatis euētu: & ad paterna peccata deſcendit: quæ ēt illū poſtq̄ claritatē bonorū & rerū magnitudinē dereliquit appræhēderunt. Hic enī inſtāte inſigni die & generali feſtiuitate indutus ſtola ſacerdotali intrauit in tēplū: oblaturus incēſum in aureo altari deo. Pontifice uero Azaria cū aliis octoginta ſacerdotibus cū prohibēte ne faceret: quomodo hæc ſolūmodo his adiacerēt: q ex genere aaron erant: & clamantibus ei ut exiret: & nō ageret cōtra dei leges: iratus iterminatus eſt eis mortē: niſi tacerēt. Inter hęc aūt terremotus factus eſt magnus: & ſtupeſcēte populo claritas ſolis nimis effulſit: & īcidit in faciē regis: et illi quidē lepra cōtinuo puēit. Ante ciuitatē uero in loco qui dicit Eroge ſciſſa eſt media pars montis ad occidentē: & ſua uolubilitate p q̄ttuor ſtadia procedens: ad orientalē reſtitit montē: ita ut ei uias clauderet & regios ortos opprimeret. Cunq; ſacerdotes regis faciē lepram appræhēdiſſe cōſpiciunt: pandebant ei calamitatē ſuā: hortātes ut tanq̄ pollutus exiret a ciuitate. Ille uero cōfuſione huius euētus affectus: & dū illi iam nulla eſſet fiducia tremefactus quod iubebat ipleuit. Qui licet fuiſſet ultra humanas mētes elatus: & ꝓpter hęc ipie geſſiſſet ī deo miſerabilē tamē hāc & uilē ptulit paſſionem: et tēpus quidē aliquod extra ciuitatē cōmoratus in uita priuata degēs: filio eius licet ſuſcipiēte regnū: deinde meſticia faciēte defunctus eſt. Qui uixit quidem annos octo et ſexaginta: qbus regnauit qnquaginta & duobus: ſepultus eſt aūt in hortis ſolus. zacharias autē filius Hieroboā dum menſibus ſeptē regnaſſet in iſrael dolū paſſus occiſus eſt a quodā amico nomine Sellū: filio Iotauis: qui poſt eū regno pcepto nō amplius q̄ diebus triginta tenuit regnū. Priceps enim militię Manaen illo tpe: cū eſſet in ciuitate tharſo: et audiret quod de zacharia fuerat geſtum: ſurgens inde cum omni militia uenit in ſamariam et cōmiſſo prælio Sellum peremit: et ſemetipſum conſtituit regē: ſurgenſq; exinde in Thabrain ciuitatem uenit: cuius ciues obſeruantes portas eius: regem ſuſcipere noluerunt. Ille uero ulciſcens in eis: et

q̃ foris erãt depopulatus est:et ciuitatẽ obsessiõe fortissima accepit:et grauiter ferẽs:qd̃ fecerunt eius ciues:oẽs simul occidit:neq; paruulis parcẽs:& quicquid ad culmen ptinebat ferocitatis & seuiciæ nõ reliqt. Nã quod neq; alienigene capiẽtes eos facere potuissent, hoc iste de suis cõtribulibus opatus est. Itaq; Manaen hoc modo regnauit ãnis.x. fuitq; puersus & rerũ omnium ualde seuissimus. Cap.XII.

Vnq; aduersus eũ castra mouisset Phoialus assyriorũ rex:ad certamina qdẽ pugnę cõtra assyrios nõ accessit:sed mittẽs ei mille argẽti talẽta: egit ut bello discederet. Ad hanc itaq; cãm profuit populus regi Manaẽ. Nã unusquisq; pro capite suo quinquaginta p̃buit dragmas:post hęc defunctus ẽ: & sepultus in Samaria Phaceiã uero suũ filiũ successorẽ regni proprii dereliqt. Qui sequẽs paternã crudelitatẽ duobus tantũmodo regnauit ãnis:deinde in cõuiuio dolo cũ amicis ꝑpriis ꝑemptus ẽ. Phaceias enĩ millenarius filius Romeliæ ei fecit insidias: q & ipse Phaceia tenuit ãnis principatũ.xx. Fuit aũt impius & iniquus. Rex uero assyriorũ Teglat Phalasser noĩe castra metatus aduersus israhelitas & cunctã Galaditẽ regionẽ uastans:& trãsiordanẽ:& quę gabbani nuncupant & Trasa & Asaran habitatores una captiuos ducẽs: eos in regnũ suũ migrauit. Igitur & de assyriorũ rege hæc nos declarasse sufficiat. Ioathã itaq; filius regnauit in hierosolymis sup tribum iuda cuius mater fuit ciuis illius ciuitatis q̃ uocatur Ierusis. is rex nulla uirtute minor fuit:sed & rebus qdẽ diuinis pius. apud hoĩes aũt extabat iustus:hũitq; curã rerũ ciuitatis: & q̃cunq; reparatione & ornatu pariter indigebãt: hæc largissime ꝑcurabat:fecitq; porticus i tẽplo:& eius ingressus ornauit: muros quoq; q cecidẽrũt rursus erexit:turresq; ꝑceres & inuincibiles in eis edificauit & in reliqs oibus q̃ i regno neglecta uidebanť:opus fabricationis exhibuit. Qui dũ ammonitis intulisset bellũ atq; uicisset:eos ãnis singulis tributa p̃cepit exoluere talẽta auri cẽtũ:& tritici decẽ milia chorosstãtũdẽ & ordei. Sic aũt ꝑpriũ auxit regnũ: ut hostibus qdẽ esset ualde terribilis:familiaribus uero p̃cipue fœlix. Eo itaq; tpe fuit propheta qdã nomine Naũ:q de assyriorũ subuersiõe & Niniue urbe prophetans hoc dicebat. Niniue quasi piscina aq̃ cõmota:sic & populus omnis turbatus:& fluctuans cõmouebiť fugiẽs cunctis dicẽtibus ad alterutros state & manete:aurũq; uobis & argẽtum diripite: & nullus hãc uolũtatẽ agẽdi habebit:cum animas suas oẽs magis q̃ facultates salutare festinent. Crudelis enĩ alterutros decertatio habebit:& luctus & solutio magna membrorũ:& uultus eorũ terrore pallescunt. Vbi tũc erit habitaculũ leonum:& mater catulorum leonum. Dicit aũt tibi deus Niniue:quomodo exterminabo te:ut nequaq̃ leones ꝑgrediẽtes ex te imperẽt mũdo. Sup hæc aũt & multa alia prædixit iste propheta de Niniue:q̃ dicere necessariũ nõ putaui:ne legẽtibus uiderer importunus ostẽdi. Hæc aũr omnia prouenerũt in niniue post annos cẽtũ &.xv. De his ergo nunc a nobis sufficiẽter expositum est. Porro Ioathan mutauit uitã:cũ uixisset annos unũ & quadraginta:ex qbus regnauit sedecim: sepultusq; est in regiis monumẽtis:ueĩtq; regnũ ad eius filiũ Achã:q impius circa deum existẽs:& paternæ p̃uaricator legis:reges israelitarũ imitatus:i hierosolymis ydolorum aras istituit:& sup eas sacrificauit:in qbus etiã suũ in holocaustũ obtulit filiũ more chananeorum:& sup hæc multa alia scelera ꝑpetrauit. Cap.XIII.

Vnq; circa hæc ita uesanus existeret:castrametatus est aduersus eũ syrorũ et damascenorũ rex Rasin:et Phaceias israelitarũ:erãt enim amici et recludẽtes eũ in hierosolymis:multis eã tẽporibus obsidebant:ꝑpter murorũ munitionẽ eã capere nõ ualẽtes. Syrorũ uero rex capiẽs ciuitatẽ Ailach ad mare rubrũ positã et habitatores eius occidẽs in ea uiros statuit:et aliis i circuitu ciuitatibus ita fecit:pimẽs ubiq; iudeos: q multã deuchẽs p̃dã:i damascũ cum suo remeauit exercitu. Rex aũt hierosolymorum

cognoſcẽs ſyros ad ꝓpria rẽaſſe:& credẽs ꝑualere ſe cõtra iſrahelitas ꝙ regẽ:exercitũ ſuũ aduerſus eũ armauit:& congreſſus bello faciẽte ira dei deuictus eſt: pp impietates ſuas multas & maximas: Ea nãq; die cẽtũ &.xxx.milia eius militũ ab iſrahelitis occiſi ſunt: & amaſias princeps militię Zachariã filiũ regis Acha in bello pemit: & tutorẽ totius regni Ericã conſtituit:& principẽ militiæ tribus iudę noie Elicã captiuũ tulit:& ex tribu Beniamin mulieres & infantes:multãq; ſimul diripiẽs ꝑdã: in Samariã ſunt reuerſi. Quidã uero Odidas illius tpis ꝓpheta cũ eſſet in Samaria exercitui ante muros occurrẽs magna uoce clamauit dicẽs uictoriã eis nõ ꝓpria uirtute collatã:ſed pp irã dei quæ hũit ſup Achã regẽ:culpauitq; eos cur eis nõ ſufficeret ſua felicitas: ſed ẽt ꝑſumpſerint ex tribu iuda et beniamin cognatos ſuos captiuos abducere: ſuaſitq; illis ut eos continuo finerẽt ad ꝓpria remeare:q; ſi nõ obedirẽt deo ſubderent repetiti prælio. Populus igiẽ iſrahelitaꝝ in cetu cõueniẽs:qd de his fieret cogitabat. Tũc qdã Barachias noie cũ eẽt in republica ꝓbatiſſimus:ſurgẽs in medio:et cũ eo tres alii dixerũt. Nõ ẽ ꝑmittẽdũ ut captiui in urbẽ introducant: ne oẽs a deo pariter peamus. Sufficiant prima peccata ſicut ꝓphetę domini:et non nouas impietates adiiciamus. Hęc ergo milites audiẽtes: ꝑmiſerunt eis ut facerent quodcunq; crederent expedire. Sumẽtes ergo ꝑdicti uiri captiuos lauantesq;:et diligẽtiam exhibẽtes:et itineris dantes expẽſas innoxios ad ꝓpria remiſerũt. Nihilominus quattuor uiri uenere cũ eis:et uſq; ad hiericho deducẽtes eos non ꝓcul ab hieroſolymis i ſamariã ſunt reuerſi. Rex ãt Achã hęc paſſus ab iſrahelitis mittẽs ad regẽ aſſyrioꝝ thadaphaſarũ: popoſcit ab eo belli ſolatiũ aduerſus iſrahelitas: et ſyros:et damaſcenos multas pecũias ſe ei daturũ eẽ ꝓmittens miſitq; ei et munera uale de ꝑclara. Ille uero legatis ad ſe ueniẽtibus uenit in auxiliũ regis Acham et caſtrametatus aduerſus ſyros et regionem eorum depopulatus eſt et damaſcum bellico iure coepit:inſup & regẽ Raſin occidit. Damaſcenos aũt in ſuperioꝝ mediã deſtinauit:& quoſdã aſſyriorũ in ciuitate damaſcena conſtituit:hiſraelitarũ uero terrã nimis affligẽs multos ex ea captiuos abduxit:dũ hæc contra ſyros egiſſet rex hieroſolymorũ auferens aurũ quodcunq; erat in regalibus theſauris pariter & argentũ:& quod erat in tẽplo dei:& qcqd fuit optimũ ornamentũ in tẽplo:deuehens hæc uenit in damaſcũ:& ſecũdũ ꝓmiſſiones dedit hęc aſſyriorũ regi:& gratias ei ꝓ oĩbus referens:in hieroſolymã remeauit. Hic aũt rex fuit ſtultus:& circa modũ ſuæ utilitatis a ratione alienus:qa neq; dũ bello cõprimeret ab aſſyriis deos eorũ adorare ceſſauit:ſed in eorũ ueneratione ꝑmanſit: qua ſi poſſet ei cõferre uictoriã:& deuictus aſſyriorũ denuo cœpit colere deos:& oẽs potius uidebat honorare:q̃ paternũ uerũq; deũ cuius ira fuerat eius ꝑditionis cã. Qui ad tantã inſaniã: cõtemptumq; dei puenit:ut oĩno clauderet tẽplũ:et ſolẽnes offerri hoſtias prohiberet et ornamenta eius auferret. His igiẽ rebus iniuriã faciẽs deo, mortuus eſt cum uixiſſet annis ſex et triginta ex qbus regnauit ſedecim. Cui filius Ezechias mox ſucceſſit in regno. Eodẽ tpe mortuus eſt ẽt rex iſraelitarũ phaceia:dolo cuiuſdã amici nomine Ozias:q tenuit regnũ annis nouẽ:fuitq; malignus dei contemptor. Cap.XIIII.

Contra hũc aũt caſtrametatus eſt aſſyriorũ rex Salmanaſar:eũq; cũ utiq; Ozias deũ non haberet propiciũ nec adiutorẽ fecit ſibimet ſubditum:et tributa definita cœpit euoluere. Anno itaq; quarto Ozię regis:regnauit i hieroſolymis Ezechias filius Achã:et Abię q fuit ex genere ciuis. Erat ãt huic uiro natura benigna iuſta et uale de religioſa. Nihil enĩ ob aliud ſe credidit ueniſſe ad regnũ:neq; aliqd neceſſariũ:nec utilius ſibimet eiq; ſubiectis arbitratus eſt eſſe q̃ ut coleret dei religionẽ. Et cõuocans oẽm populũ pariter ſacerdotes et leuitas contionẽ habuit apud eos dicens. Non ignoratis: quõ patris mei peccato q tranſgreſſus eſt dei ſanctam honorabilemq; culturã: multa et

maxima mala eſtis expti et ab eo uestra mes corrupta e et quo ſuafit quos ipſe colebat uos deos ſuos pariter adorare. Hortor itaq; uos poſtq; ope cognouiſtis: quo peſſimu eſt agere ipie: ut illoꝝ obliuione hites purgetis uos a priore pollutione: & cu ſacerdotibus atq; leuitis couenietes apiatis tplu: & purgates illud cu ſolenibus ſacrificiis: ad honore antiquu & patriu reuocetis. Sic eni deus uobis ꝓpicius erit: & iraſci ſup ueſtra peccata ceſſabit. Hæc dicte rege ſacerdotes apuerunt tplu: & eiicietes pollutiones: uaſa dei & ſolenia ſacrificia ſup altare ipoſuerunt. Mittes at rex in ꝓuincia ſibi ſubiecta populu ad hieroſolyma conuocauit: ut feſtiuitate celebrare t azimoru: multu naq; pterierat tps pp iniquitate prædictoꝝ regu: quod no fuerat actum. Miſit uero pariter ad iſrahelitas: inuitas eos: ut relinquetes mala couerſatione & conſuetudine reuerterentur ad priſtina dei cultura: dices concedere ſe uenietibus in hieroſolyma: ut azimoru feſtiuitate ageret: & cu eis pariter epulas exerceret. Hec dicebat: mones tantu no ſibi eos ſubiectos facere ſtudes: ſi tn nollent: quod ſi qde uoluiſſent: utiq; beati fuiſſent. Iſrahelite uero uenietibus legatis: & eis regis ꝓprii mdata nuciantibus: no ſolu no acqeuerut ſed et legatos tanq; fatuos irriſerunt. Pariter et ꝓphetas hæc monetes & pdicates que paterent: ſi ad picta te dei conuerti nollent: ſpreuerunt: et ad nouiſſimum eos coprahedetes interemerut. Et neq; in his ſolis iniquitatibus pſtiterunt: ſed horu quoq; peiora faciebat nec prius queruntdonec deus uindicans in eis: hoſtiu eos ſubderet ditioni. Et de iſtis qde poſtea declarabimus. Multi tn de tribu Manaſſe: et Zabulo: et Iſachar obedietes monitioibus ꝓphetaru: ad pietatis iura couerſi ſunt. Et iſti oes ad Ezechia in hieroſolyma cocurrerut ut adorarent deu. His aut uenietibus rex Ezechias aſcedens in templum cum principibus et omni populo: ſacrificauit pro ſe thauros ſeptem et totidem arietes: et agnas ſeptem. et totide hircos: imponeteſq; manum ſuper capita pecudum ipſe rex et principes ſacerdotibus ſolemnia ſacrificia facere pmiſerunt: Et illi qde ſacrificabant et holocauſta faciebant: leuitæ uero circunſtantes cum muſicis organis cantabat hymnos in deu atq; pſalebat: ſicut docti fuerant a dauid: reliqui ſacerdotes tenentes tubas cu hymnis dicentibus concrepabant. His itaq; factis proſtratus in faciem et ipſe rex et populus uniuerſos adorauerut deum deinde ſcrificauerunt boues ſeptuaginta thauros centu aguas duocentas. Populis uero ad epulas condonauit boues qde ſexcentos: reliquaq; pecora tria milia & oia qde ſacerdotes ſecundu legis conſuetudine coplebant. In his itaq; rex delectatus epulabat cu populo gratias agens deo. Inſtante uero azimorum feſtiuitate celebrantes ideſt paſchalia decartero ſacrificia diebus septe exhibuerunt. Populo uero pter illa q imolata ſunt: donauit rex thauros quide tria milia: pecudu diuerſoru ſepte milia. Ide aut fecerunt & principes: mille naq; thauros dederunt ei: & pecora mille & quadraginta. Et du hoc mo a ſalomonis regis tpe celebratio non fuiſſet affecta: tunc primum ſplendide & largiſſime probat exhibita. Cunq; feſtiuitas fuiſſet impleta: egreſſi in prouincia purgauerunt ea: ſed & ciuitate ab ydoloru oium pollutione mundauerunt. Conſtituitq; rex ut quottidiana ſacrificia ex eius ꝓpriis celebrarent ipenſis ſecundu lege: & ſacerdotibus atq; leuitis dicatas dari a plebe decreuit primitias frugu: ut ſemp circa religione obſeruarent: & a dei cultura ſeparari nequirent: & populus qde offerebat ois fructus: ut moris erat. Domus eni & cubicula rex edificas: ſingulis ſacerdotibus diſtribuit: & leuitis: eoruq; filiis & uxoribus: et ita ad antiqua dei cultura denuo ſunt reuerſi. Hæc itaq; pdicto mo rex ſtatues: bellu egit aduerſus paleſtinos: eiſq; deuictis tenuit oes ciuitates hoſtiu a gaza uſq; in geth. Rex aut aſſyrioru mittes interminatus eſt: oem ſe eius ſubuertere principatu: niſi tributa q pater eius dabat prius exoluceret. Ezechias aut de interminationibus no curabat: ſecurus de pietate dei et ꝓphetia Eſayæ a quo futura oia

certiſſime cognoſcebat. Et de hoc quidē rege hæc in p̄nti dicta ſufficiāt. Cap. XV.

Almanaſar aūt aſſyriorum rex: dum ei nunciatum fuiſſet: quia iſrahelitarum rex Oſias latēter miſiſſet ad Suſam ęgyptiorum regē: petēs contra eum ab eo ſolatia iratus caſtra metatus eſt in Samariā anno ſeptimo regis Oſię. Et dum eū rex ſuſcipere noluiſſet: annis tribus obſidēs Samariam: cœpit eam nono quidē anno regni Oſiæ ſeptimo Ezechiæ regis hieroſolymorū: & iſrahelitarū regnū uehementer extermi nauit: & oēm populum tranſmigrauit in mediā & p̄ſida. Inter quos & regē Oſiā uiuū cœpit atq; migrauit: aliaſq; gētes & quodam loco nomine Authi: qui ex flumine p̄ſico ita nocatur: in Samaria & iſrahelitica regione conſtituit. Migrauerunt ergo decē tribus iſrahelitarum de iudea poſt annos numero nongentos quadraginta & ſeptē: a quo tpe egrediētes ex ægypto maiores eorum hanc tenuere p̄uinciam ſub principe ieſu: ex quo aūt recedētes a Roboā qui fuit ex genere dauid: regnum hieroboā tradiderunt: ſicut & prius a me ſignificatum eſt: anni tunc erant ducenti & quadraginta: & mēſes ſeptem & dies ſeptē. Hic ergo finis ap̄hendit iſrahelitas tranſgrediētes leges: & prophetis non obediētes: qui eis hanc p̄dixere calamitatē: nec ab impietatibus recedētes Cœpit autē malorū eorū cauſa fabricari: ex quo ſeditione facta circa Roboā nepotē Dauid Hieroboā eius ſeruū fecerunt regē: q in deū peccando fecit eū uniuerſis populis inimicū i mitātibus ſuum malū. Et ille qdē quā dignus erat exoluit p̄nam. Rex autē aſſyriorū inuaſit pugnando cunctam Syriam: & phœnicem uniuerſam. Nomen uero huius regis in Archiuis Tyri conſcriptum eſt. Pugnauit is aduerſus Tyrum: cum in ea regnauit Hylyſeus. De quibus teſtatur et Menander qui temporum facta conſcripſit: & tyriorum antiquitatem in greçā linguā cōuertens ſic ait. Hylyſeus nomine regnauit annis triginta et ſeptē: hic recedētibus Cetheis nauigās reduxit eos cōtra quos denuo Salmanaſar aſſyriorū rex inſurgēs cunctā phœnicē bellis inuaſit. Qui facta pace cū oibus poſt terga ſua reuerſus ē. Receſſit āt a Tyro ciuitas Sydon: et arce et antiqua Tyrus: et multę alię ſimul urbes: q̄ ſemetipſas aſſyriorū regi tradiderūt. Quapropter tyris nō ſubiectis: denuo rex aduerſus eos egreſſus ē phœnicibus exhibētibus ei naues ſeptuaginta: & remiges octoginta. Cōtra quos tyri nauigātes cū duodecim nauibus diſperſis hoſtiū nauibus cœpere captiuos uiros quingētos. Vnde honor tyriorū pp hæc creuit eximie. Reuertens aūt aſſyriorū rex diſpoſuit cuſtodiā ſup fluuium: & aquę ductus ciuiū: ut tyrios haurire pocula p̄hiberēt. Et dū hęc quinq; annis fuiſſet factū: tulerūt de effoſſis puteis bibētes aquā. Hæc itaq; in archiuis tyriis de ſalmanaſar aſſyriorū rege conſcripta ſunt. Igit' dū fuiſſent in ſamaria tranſmigrati chuthei. hoc enī uocabulo hactenus utebant': eoq; a p̄uincia Perſide: & a quodā flumine quod chuta uocat' migrati uiderē', ſinguli eorū ſecundū gentē propriā deos in ſamariā portauerunt: erant aūt quinq;. Et cum eos more proprio colerent: ad iracundiā & furorē deū maximū p̄uocarūt: uenitq; peſtilētia ſup eos: p quā corrupti: cū nullā malorū medicinā inuenire poſſent: deū maximū colere pro ſalute cœperunt. Mittentes itaq; ad regē aſſyriorū legatos: ſupplicauerunt: ut ſacerdotes eis ex captiuis iſraelitarū: quos pugnando tenuerat deſtinaret. Quo mittente ſacerdotes: leges & dei culturā eos edocuerūt. Et cū cepiſſent eū in ſumma deuotiōe uenerari: peſtilētia repēte ceſſauit: & hactenus ipſas ſolēnitates celebrare noſcunt'. Hi ſiqui dē ſecundū eloquiū hębreorū chuthei ſecundū genus: greçe autem ſamaritæ uocant': & p̄pter rerū motū ſeperari ſunt: & quādo uident iudeos eſſe fœlices cognatos appellāt: & quaſi de ioſeph nati uideant': & ex illo cum eis habeant ſocietatis initiū: quando uero detectos uidēt: nequaquā eis deuotione aut genere cōmunicare uolūt: ſed & trāſmigratos & alienigenas ſemetipſos dicunt. Sed & de his qdē oportunius edicemus.

INCIPIT LIBER.X.ANTIQVITATVM.QVI CONTINET TEMPVS ANNORVM.CLXXX.ET DVORVM MENSIVM ET SEX DIERVM. CAP.I.



VM Ezechias duarum tribuū rex quartūdecimū ānū haberet in regno assyrioꝝ rex nomīe Sennacherib cū maxima manu aduersus eum castrametatus:forti brachio oēs tenuit ciuitates tribuū iuda & Beniamī.Cūq; hierosolymā tenderet: ꝑuenit cū missis legatis Ezechias ꝓmittēs & obedire se ei:& tributa q̄ imperet exoluere.Sēnacherib uero cognoscēs q̄ legati ferebāt dignū iudicauit bello desinere:& ꝑcautiū susc̄ipere dignitatē tunc ꝓmisit.Qui accipiēs trecēta argēti talēta:& auri xxx.amicus discedit:dās legatis iurisiurādi fidē:qa ei nihil discedēdo noceret. Ezechias aūt credēs & euacuās thesauros:misit ei pecūias spans se a piculo belli & regni āissione liberari.Assyrius aūt hęc sumens:ex his quæ ꝓmiserat nihil cogitauit:sed ipse ꝓfectus ad ęgyptios & æthiopas:principē militiæ rapsachē cum multo exercitus robore & duobus aliis ad uastandam hierosolymā dereliquit:quoꝝ nomina erant tharathā & arachis. Tunc itaq; ueniētes ante muros castra fixerunt:miseruntq; ad ezechiam petentes: ut cum ipso possent habere colloquiū.Ille uero per se quidem propter metū non abiit: tres autem necessarios sibi misit amicos:hoc est helyachim tutorem regni: & Sobanē & Ioan: qui supra scribas erat.Isti procedentes ediuerso principum militiæ assyriorum steterunt. Quos dum uidisset Rapsaches princeps militię petit:ut euntes dicerēt ezechiæ.Rex magnus Sennacherib requirit ab eo de quo præsumens atq; cōfidēs refugit dominum suum:& obedire nō uult:neq; susc̄ipe exercitum eius. An certe ꝑ ægyptios sperans exercitum suum illoꝝ solatio subleuari. Si hoc expectat fatuus ē:& similis homini incūbenti calamo fracto:q cū ceciderit sup eū:manu uexata sentiet plagam.Sciat aūt qa ēt uoluntate dei contra eū castrametatus est:q concessit ei israelitarū uastare regnū:ut eodē mō subiectū ei disperderet regnum.Dū hæc Rapsaches hæbraica lingua diceret:habebat enī linguæ huius experimentū:helyachī metuens ne populus audiens metu corrueret:poposcit ut syro magis loqueret elogo.Ille uero intelligens suspitionē eius:& metū maiore uoce amplius clamans respondit hębraice dicens.Audiāt oēs ꝑcepta regis:& qꝛ utile est eligant:& se nobis tradant.Palā enim est qa rex & uos populū spe uana decipitis:& repugnare suadetis.Si uero ꝑsumitis & exercitū nostrū uos repellere dicitis dante me duo milia equos de exercitu mihi cōmisso:totidēq; ascensores prębentes:uestrū exercitū nobis ostendite:sed non hētis tot homines.Quid igit̄ tardatis tradere uosmetipsos maioribus:q uos capturi sunt & inuitos:dū spontanea traditio securior uobis sit in uita uero ualde periculosa:ut causa calamitatis existat.Hæc audiētes & populus & legati:dicente assyriorū principe:ezechię renunciauerunt. Ille ergo hæc audiens indutus ueste regali & indutus sacco & habitu miserādo lege patria:ꝓstratus in facie rogabat deū:ut se adiuuaret:nullā aliā habentē spem salutis:mittēsq; & amicos quosdā & sacerdotes ad Esaiā ꝓphetā:poposcit ut oraret:& factis sacrificiis ꝓ salute cōmuni rogaret deū:quatenus spem hostiū frangeret:& populo suo misericordiā condonaret.Propheta hæc faciens monitus a deo confortauit regē: & eius amicos prędicens: qa fine bello deuicti hostes turpiter ab urbe recederent: & non cū fortitudine illa:quā se hēre credebāt:deūq; prouisurū ut fortiter uastarent. Sed & ipsum regē assyriorum. Sennacherib non ꝑualentē aduersus ęgyptios cū ad propria remearet ferro periturum esse ꝑdixit.Ipso siquidē tpe scripserat Ezechiæ assyrius epistolas:in qbus fatuū eum esse

diccbat: credentē q eius ſeruitiū poſſet euadere: q multas gētes & maxias ſubdidiſſet: et interminabat fundítus ſe eū diſperdere dū caperet urbē: niſi portas aperiēs ſpōte in hie roſolymis exercitū eius exciper. Quæ dum relegiſſet ezechias: ſpreuit propter ſpē q hē bat in deo epiſtolā uero replicans in tēplo repoſuit. Rurſus aūt cū deo uota et orationes effunderet pro ciuitate & pro ſalute cūctor, Eſaias ꝓpheta eū aſſeruit auditū: & nec in præſenti tpe eſſe ab aſſyriis obſidendū: & in futuro oēs qui ab illo iam capti fuerant eſſe reuerſuros: & tertio anno cum pace opus ſuum facturos: & ꝓpriarum poſſeſſionū ſine timore diligētiam habituros. Interea paruo tpe trāſeunte: aſſyrior rex bello quod ægy ptiis intulerat fruſtratus ab huiuſmodi cauſa ſine effectu remeauit ad propria. Is enī cū multo iam tpe fuiſſet cōmoratus in obſeſſione peluſii: & dū aggeres contra muros ele uati fuiſſent: quibus ciuitati nitebantur inſiſtere: audiuit ęthiopum regem tharachē cū multo exercitu ad ægyptiorum uenire ſolatium: & per deſertum iter facere: ut ſubito in aſſyriorum caſtra irrueret. Turbatus ergo eſt rex Sennacherib ad ſacerdotē qui uulcani caſtrametati quaſi rex iſte ad eum regem ægyptiorum ueniſſet: q eſſet uulcani ſacerdos & obſeſſionem peluſii huiuſmodi cauſa diſſoluit. Cap. II.

Rāte itaq; rege hieroſolymor ad deū: & deus exaudiēs maximā plagā miſit in
o eū: & multi pemptī ſunt. Herodotus aūt errorē ideo facit: quia nō aſſyriorum di
cit regē: ſed arabum: adiiciens quia ſuricum multitudo una nocte arcus & arma reliqua comedit aſſyrior: & propterea cum non habuerit rex arcus: exercitum e pulſio reuocauit. Et hæc quidē herodotus. Beroſus aūt qui chaldaicā conſcripſit hiſtoriā mēi nit regis ſennacherib: et qa regnauit ſup aſſyrios: et caſtrametatus eſt in oēm ſyriam et ęgyptū: ita dicēs. Reuerſus aūt ſennacherib a plūs ægyptiacis ad hieroſolymam: cū in uenīſſet exercitū quem rapſaci dimiſerat in ꝑiculo peſtilētię conſtitutū: deus enī morbū populo eius īmiſerat: ita ut prima nocte eorū q obſidebant deperirent centū octoginta quinq; milia uiri cū iudicibus et tribunis ꝓpter calamitatē hanc in nimio timore et an guſtia conſtitutis: de cuncta iā militia metuens effugit cū ſua manu ad ꝓpriū regnū in ciuitatē q appellatur Niniue. Et dū modicū tps ibidē cōmoratus fuiſſet: dolo a ſeniori bus filiis adramalach & ſeleuſtro eſt peremptus in proprio tēplo quod dicit Araſci. Et illi qdē ꝓcede patris effugati ad armeniā diſceſerūt: ſucceſſit aūt in regno eius aſaracod das. Terminus obſeſſiōis aſſyriorū cōtra hieroſolymitas tali occaſiōe ꝓuenit. Cap. III.

Zechias aūt inopinabiliter a terroribus liberatus gratificas hoſtias cū oi popu
e lo celebrauit deo: & cognoſcēs: qa nulla alia cā hoſtes alios qdē peremiſſet: alios uero timore mortis ſimul effugaſſet ab hieroſolymis: niſi diuio ſolatio, oi ſtudio & largitate uſus eſt circa dei cultū. Non poſt multū uero graui languore detētus a me dicis qdē deſperatus eſt: nihilq; nec ipſe de ſe: nec eius amici ſpei ulterius ſuſtinebant. Adiiciebatur aūt & alia anguſtia magna regi: eo q filios non haberet: & q moriturus eſſet deſolatā relinquens domū: nec ſucceſſorē ſui generis habiturus. Dūq; nimis in hac parte fatigaret: rogauit deū ut ei paruo tpe uitā concederet: donec filios habere poſſet: & non prius aia priuaret anteq fieret pater. Cui miſertus deus petitionēq ſuſcipiēs: qa non dolebat: eo q priuandus eſſet bonis ſperii: ſed ut filios haberet: q in eius principatū ſuccederēt, mittēs Yſaiā iuſſit ei dicere quia poſt tertiā diem euaderet caſum languoris: poſt hæc annis quindecim ſupuiueret: & filios generaret. Et dū hæc mandata dei ꝓphe ta dixiſſet ꝓpter nimietatē languoris: & ea q inopinabiliter promittebant non credēs ſignū aliquod & indiciū petit ut faceret Yſaias: quatenus hęc dicenti ſibi crederet: & a deo eū miſſum uere cognoſceret. Nā ea q ultra rationē ſunt: & ſpe fortiora uidēt hmōi rebus credunt eſſe ueracia. Et dum ꝓpheta interrogaſſet eū: quod uellet fieri ſignum:

umbrā ſolis petiit decē gradibus ad ea loca unde uenerat remeare. Et dum ꝓpheta rogaſſet deū ut fieret:audiēs rex impletū eē quod uoluit:repēte diſſolutus a lāguore cōſcēdit in tēplū:et adorās deū uota debita celebrauit .Eo ſiqdē tpe cōtigit aſſyrios regnū a medis ſolui:quod tñ in aliis indicabo.Rex itaq; babyloniosꝫ Baladas miſit legatos ad ezechiā portātes munera:et ab eo popoſcit ut ei eēt ſocius et amicus.Ille uero legatos libēter excipiēs:et thēſauros eis oſtēdens : et armosꝫ inſtructionē et aliā copiā quā in auro & gēmis habebat:ſimul ēt munera præbens regi balado deferēda dimiſit eos. Tunc Yſaias ꝓpheta uenit ad regē:& reqſiuit unde fuiſſent qui uenerāt.Qui dixit de babylonia eos a ſuo rege ueniſſe:& oſtēdiſſe ſe eis uniuerſa : ut uidētes diuitias & uirtutē regni cognoſcerēt:& regi ſuo renunciarent.Cui ꝓpheta reſpōdens.Scito inqt nō poſt multū tps ad babyloniā filios tuos:& diuitias trāſmigrādas : inſup & nepotes tuos eunuchos eē faciēdos:& amiſſuros uirile nomē:& regi babylōiæ ſeruituros . Hęc enī pdixit deus Ezechias cōtriſtatus in his q̄ dicta fuerāt aitnō ſe qdē uelle ſuā gentē in talibus erūnis incurrere:ſed qa ipoſſibile ē quæ apud deū deliberata ſunt poſſe mutari:rogabat ut uſq; ad uitā ipſius pax pmāeret.Meminit aūt baladi regis babylōiosꝫ beroſus.Cū itaq; ꝓpheta Yſaias indubitanter et mirabiliter de ueritate conſideret:et nihil falſi penitus loqueretur: oīa quæcūq; ꝓphetauit:ſcribēs dereliquit in libris ut ex effectu poſtea oībus appareret.Et non ſolus iſte propheta:ſed et alii numero duodecim idē ſcerūt : et omne ſiue bonum ſiue contrarium quod apud nos fit : ſecundum illorum dictum prouenire dinoſcitur. Sed horum ſingula denuo declarabimus.Ezechias aūt rex dum ſuper uiſſet tempus quod prędiximus:et omne illud ſpacium in pace degiſſet, mortuus eſt anno uitæ ſuæ quinquageſimo et quarto: in quibus regnauit uiginti et nouem . Cui ſucceſſit in regno filius proprius nomine manaſſes : de matre quidem nomine abhifida : qui paternis uolūtatibus abſciſſus:& ad diuerſa conuerſus:oē genus malignitatis oſtendit: & nihil impium dereliquit:ſed iniquitates iſraelitarum imitatus eſt:qbus in deū delinquētes affligebanť .Præſumpſit ēt templū dei polluere ſimul:& ciuitatē oēmq; pariter regionē.Nā ſpernendo deū ad hoc uſq; peruenit:ut oēs hæbreosꝫ iuſtos occideret:neq; prophetis parceret:quosꝫ quotidie ſingulos pimebat:& eorū ſanguine hieroſolymorū plateas irrigabat.In his iratus deus miſit ꝓpheras ad regē & populū p quos intermina tus eſt eaſdē ei futuras calamitates:i quibus incurrerāt fratres eosꝫ iſraelite:cum ei iniurias intuliſſent.Illi uero nō credidere eosꝫ uerbis:qbus lucrari potuerūt ut nihil mali paterenť .operibus aūt cognouerūt fuiſſe uera q̄ a ꝓphetis prædicta ſunt. Cap.IIII.

Giť dū in eis pſeuerarent:bellū ſup eos intulit rex babyloniorū & chaldeorū.Is enim miſſo exercitu in iudeā & regionē eorū depopulatus eſt:& regē Manaſſen dolo captū & ad ſe deductū:habuit ad ea q̄ uoluit torměta ſubiectū.Manaſſes aūt tūc intelligens in qbus malis eſſet:& horū oīum ſe arbitratus auctorē:ſupplicabat deo ut ei hoſtē ſuum clementē faceret atq; miſericordē:cuius orationē deus exaudiens: hoc ei conceſſit:& remiſſus a rege babyloniorū ad ſua regna reuerſus eſt.Cūq; ueniſſet ad hieroſolymā:priorū qdē delictorū q̄ circa deū geſſerat penitens:ſtudebat ēt memoriā ſi eſſet poſſibile ab aīo ſuo repellere:& ad ſeruitiū eius & oēm cultū diuinæ religiōis accedere:templumq; purgare & ciuitatē:et ad hoc ſolū erat decætero cōſtitutus:ut gratias deo ꝓ dono ſalutis exolueret:quatenus in oī uita eius ei propicius pmaneret.Hæc aūt ipſe et populū agere docui:agnoſcens in qbus calamitatibus incidiſſet ꝓpter ritū q̄ ſanctę conuerſationi erat aduerſus:et edificans rurſus altare ſolēnes hoſtias imolabat ſicut moiſes diuinā exponēdo culturā.Eodē itaq; mō et ꝓ hieroſolymorū cautela cogi tauit:ita ut etiam muros antiquos cū multo ſtudio reparet:et alios ultra eos exigeret:ꝙ

turres eminẽtíſſimas exaltaret: cuſtodias uero q̃ ante ciuitatem fiunt multa munitione firmauit:et ſic in oĩbus a priori cõuerſatiõe mutatus ẽ: et poſt hęc hũit beatiſſimã uitã: ut multi imitatores eius eſſent:ex quo cœpit dei colere pietatẽ. Qui cũ uixiſſet ãnis.lx. et ſeptẽ:et regnaſſet quinquaginta et qnq; defunctus eſt et ſepultus in ortis ſuis. Cuius regnũ peruenit ad eius filiũ ammõ:& nomen eius matris fuit Maſſelmis de ciuitate lechabath. Qui dũ imitaretur opera patris eius quę ille in iuuentute ſua p̃ſumpſerat:dolũ paſſus a ſuis in domo ſua pemptus eſt:cũ uixiſſet ãnos quattuor & uiginti: & in regno fuiſſet tres. Populus aũt eius pemit interfectorem:eũq; cũ patre ſepelierunt:regnũq; Ioſię eius filio tradiderũt cũ eẽt ãnoꝝ octo. Cuius mater qdẽ de ciuitate fuit uoſcheti noie ezi. Erat uero ille natura benignus:& ad uirtutẽ uiriliter p̃paratus: & in ſtudiis dauid regis:& intẽtiõe & regula totius diſpoſitiõis eius intẽtus. Cũq; ad duodecimũ ętatis uenifſet ãnũ:pietatẽ & iuſticiã in ſe mirabilẽ eẽ mõſtrauit. Cũctũq; nãq; populũ correxit & monuit:ut derelicta ydoloꝝ ſecta:q̃ſi nõ eẽnt dii colerẽt patriũ deũ:& opa ſimul maiorũ patrũ in qbus deliquerant uelut ſenior emẽdabat: quæ uero bñ & oportune facta cognouerat:obſeruabat:& hoꝝ imitator erat:& per ſuã ſapiẽtiã & intellectũ naturalẽ ſimilia celebrabat:cõſiliis utiq; bonis & traditionibus tradens ſenſum. Sequẽs enĩ leges uelut ordinẽ ciuitatis:& pietatem circa deũ gerens:oĩa p̃ſpere gubernabat:& maxime q̃ a prioꝝ regũ iniqtate recedebat. Qui & oẽm ciuitatẽ & p̃uinciã purgauit: & lucos extrãeos q̃ facti fuerãt abſtulit:et ornamẽta q̃ ĩ eis a prioribus fuerãt ad iniuriã dei oblata depulit: et tali mõ populũ ab huiuſmodi ſecta retractũ ad religionis diuinæ iura conuertit. Qui et legitias obtulit: et holocauſtoꝝ ſacrificia altari ſolẽniter rurſus exhibuit: et in unaq̃q; cã iuſticiã nõ minus q̃ aię ſuę coluit medicinã: miſitq; in totã p̃uinciã iubẽs ut quellẽt aurum et argẽtum deferrent ad reparationẽ tẽpli p̃ ſua uoluntate atq; uirtute. Dũ itaq; pecunię allatę fuiſſent ad ſollicitudinẽ tẽpli et eius expẽſas: p̃poſuit amaſiã q̃ erat et ſupra ciuitatẽ ſcriptorẽ et ſaphan:et ſcribã monumentorũ ioan:et pontificem helyachim. Qui dilationẽ nulla ſegnicie facientes:ſed inſtructores:et oĩa q̃ erãt neceſſaria pręparabant:et hoc mõ reparatione tẽpli celebrata pietas regis oſtenſa eſt. Qui dũ octauũdecimũ impii haberet annũ miſit ad helyachim ſacerdotẽ:iubens ut pecũie quę remanſerant conflarent:& fierent exinde crateres:& libatoria & phialæ ad miniſteriũ dei:& ſup:& q̃tũcũq; aurũ & argentũ eſſet in theſauris:ẽt hoc proferret ad crateras: & ad uaſa hmõi facienda. Proferens aũt helyachim pontifex aurũ:inuenit librum ſacrum moiſeos in templo poſitũ quẽ ſimul eiiciens dedit ſcribæ ſaphę. Qui dũ relegiſſet uenit ad regẽ:& dũ oĩa q̃ iuſſerat fieri:terminũ habere ſignificaſſet:relegit ei & librum illum. Tunc ille cũ uerba libri eius audiſſet: ſciſſa ueſte ſua uocauit pontificem helyachim:& ipſum ſcribã:& neceſſarios ſimul & amicos: miſitq; eos ad quãdã mulierẽ pphetiſſam nomine Holdã uxorẽ Salomi cuiuſdã inſignis uiri & nobilitate p̃clari:iuſſitq; ut eũtes conſulerent eã:ſi propitius fieret deus:cũ metueret ne p̃uaricando moiſeos leges & mãdata maiorũ piculũ tranſmigratiõis incurrerẽt:& ad extraneas terras uenientes uitam agerent miſerabilẽ. Audiens aũt pphetiſſa q̃ fuerant a rege mandata:iuſſit ut remeãtes dicerent regi:qa diuinitas qdẽ decretũ quod iã contra eos protulerat p̃cibus infirmari non poſſet.i.ut populus non piret:aut non de prouincia pelleret:aut bonis tunc p̃ſentibus minime priuarent:dũ tranſgreſſi fuiſſent leges:& tãto tpe penitentiã nõ egiſſent: pphetis utiq; monentibus ut ſobrie uiuerent:& ipietatis ſupplicia deuitarẽt: q̃ faciẽda dicebat ut crederent:qa deus eſt:& nequaq̃ mentitus in uerbis q̃ p pphetas ſuos p̃nunciauit; ppter iuſticiã tamen regis retinendas iſtas erũnas:& poſt eius obitũ definita ſupplicia populus inferenda. Igitur illi qui miſſi fuerant mulierẽ prophetantẽ:remeantes

nunciauerũt regi. Tunc ille mittẽs ubiq; iussit populũ ad hierosolymã cõuenire: et sacer dotes atq; leuitas: et oẽm ætatẽ simul adesse p̃cepit. Quibus cõgregatis: primũ qdẽ eis sacros legit libros: & stans in tribunali in multitudine media: coegit cunctos fidẽ & iuramẽta præbere: ut apud deũ flerent: & moyseos leges per oĩa custodirẽt. Illi uero ꝓmptissime & iurauerũt: & p̃cepta regis implere ꝓmiserũt. Mox itaq; sacrificia celebrãtes: deũ sibi poscebãt eẽ propiciũ. Rex aũt sacerdoti p̃cepit ut si quod aliud uas a pentibus eius oblatũ ydolis aut diis extraneis inueniret ut tẽplo ꝓferret. Et dũ fuissent multa col lecta: cõburẽs ea cineres eoꝝ dispersit i fluuiũ: & sacerdotes ydoloꝝ q ex genere nõ erãt aarõ interfecit. Dũ hęc ergo fecisset in hierosolymis: ꝓcessit in uniuersam ꝓuinciã: & lu cos q ab hieroboã rege ad honorẽ deoꝝ extrãeoꝝ facti uidebant exterminauit: & ossa falsoꝝ ꝓphetaꝝ: sup altare quod prius hieroboã cõstruxerat cõcremauit. Ea igit q ue niẽs ꝓpheta ad hieroboã: cũ ille sacrificaret: & populus audiret quę futura eẽ p̃dixerat: modo terminũ ꝓceperũt: quãdo ex genere dauid iosias noie fecit ea quæ prædicta sunt ante annos trecentos sexaginta & unum. Post rex iosias ꝓfectus est ad cunctos israhe litas qui captiuitatem & seruitium assyrioꝝ effugierunt: eisq; suasit: ut impios actus: & honores deorum extraneorum relinquerent: & patriũ maximũq; colerẽt deũ: eiq; dica rent & domos & uicos. Perscrutatus est aũt & ciuitatẽ: ne quod forte ydolũ habentes intra sua tecta celarent: necnon & currus qui ædificati fuerant a prioribus regibus: & quæq; alia hmõi erant quæ uelut deos adorabant: pariter cuncta amputauit: et hoc mõ purgata oi prouincia ad hierosolymam oẽm populum conuocauit: et ad azimoꝝ festi uitatẽ quæ pasca dicit: eos adduxit: donauitq; populo in pasca nouellos edos et agnos triginta milia: boues aũt ad holocausta tria milia. Præbuerunt aũt et primi iudeorum ꝑꝑ pasca sacerdotibus agnos quinq; milia: et leuitis agnos duo milia: sexcẽtosq; eorum p̃sules obtulerunt: boues uero quingẽtos. Et dũ esset hæc abundãtia quadrupedũ sacri ficia faciebãt moiseos legibus hostias singulas enarrantibus ac ministrantibus: nec fuit alia similis festiuitas apud hębreos a famuelis ꝓphetę tpibus. Cã uero eius festiuitatis hæc erat: ut oĩa secũdũ legis antiquã traditionẽ paternæ solẽnitatis efficerent. Cap. V.

Post hæc aũt dũ Iosias in pace atq; diuitiis & gloria sup oẽs excelleret: Nechao
p rex ægyptiorũ castra posuit ad Eufratẽ fluuiũ: ut contra medos & babylonios dimicaret: q assyriorũ soluerũt principatũ. Habebat enim desideriũ ut regnaret in asia. Et dũ ueniret ad ciuitatẽ Medin: q̃ erat de regno Iosię, phibebat eũ rex Iosias p suã ꝓuinciã contra medos iter efficere. Tunc mittens legatos ad eũ Nechao signifi cauit non se contra exercitũ ducere: sed ad Eufraten fluuiũ ꝓperare: adiiciens q̃ eũ non deberet prouocare ad sua bella: prohibẽdo ne aliena iret ad prędia quo tendebat. Iosias uero non aquiescebat uerbis Nechao: sed instabat ne iter suũ p eius faceret regionem timor urgebat eũ: ut quod iminebat accideret. Nã dũ aciẽ exercitus sui componeret: & in curru uectus a cornu transiret a cornu, qdã iaculatus eũ ægyptiorũ a belli festinatiõe suspendit. Mox enim uulnere nimis affectus iussit exercitũ reuocari ad Hierosolymãq; remeauit. Qua plaga defunctus est: sepultusq; magnifice in patriis monumentis. Qui uixit annis triginta & octo: regnauit aũt ex eis unum & triginta: omnisq; populus cum multis diebus magno luctu gemituq; defleuit: sed & Hieremias propheta mortis eius carmen lamentabili modulatiõe cõposuit: quod hactenus nosciť permanere. Hic uero propheta ẽt futurã ciuitatis cladẽ prędixit: scripto reliquit simul & captiuitatem nunc apud nos habitã: & babyloniorũ una migrationẽ. Et nõ solũ iste p̃dixit hęc populo esse uentura: sed & propheta Ezechiel primus de his duos libros cõscribens: plebi reliquit. Erant aũt ambo genere sacerdotes: sed hieremias qdẽ in hierosolymis est commoratus

a tertiodecimo ãno regis Iosiæ usq; dũ ciuitas uastaret et tẽplũ. Quę uero de hoc pphe
ta pcnerunt loco ppriodeclarabimus. Mortuo siqdẽ Iosia sicut pdiximus ei succes sit
in regnũ filius Iochã cũ triũ et uiginti eẽt annorũ. Et hic qdẽ regnauit in hierosolymis:
matrẽ uero habuit Amital de ciuitate Abana: fuitq; impius et scelestus. Cap. VI.

Ex igitur ægyptiorũ dum fuisset a pugna reuersus euochauit Ioacham ad semet
r ipsum de ciuitate syriæ quę dicitur Emath. Qui dum uenisset eum repẽte uinxit:
& seniori fratri eius ex eodem patre pgenito nomine Eliachim: tradidit regnum
mutans ei nomen Ioachim. Prouinciæ uero tributum posuit centum argenti talenta: &
unum auri. Ioachim ergo has pecunias exoluebat. Ioachim autem deduxit in ęgyptũ:
qui ẽt mortuus est in ea dum regnasset tres menses: & dies. x. Ioachim uero mater voca
batur Zabud de ciuitate abunia. Hicuir erat natura iniustus & ualde nequissimus: &
neq; circa deum sanctus: neq; circa homines mansuetus. Cap. VII.

Vmq; quartũ regni haberet annũ: babyloniæ principatũ quidam nomine Na-
d buchodonosor accepit: eodẽq; tpe cum magno apparatu ad Circamin ciuitatẽ
uenit: quæ est iuxta Eufratẽ: pugnaturus contra regem ægyptiorum nechao sub
hoc enim syria erat uniuersa. Dumq; cognouisset regis Babyloniæ uoluntatem: nechao
pœnitus nõ expauit: sed cũ magno brachio sup nabuchodonosor ad eufratẽ uẽit. Qui
facta cõgressiõe deuictus est: & multa milia uariis rebus belli amisit. Transiẽs ãt eufra
ten babyloniæ rex oẽm Syriam usq; ad pelusium cœpit præter iudeam. Quarto igitur
anno Nabuchodonosor: qui erat octauus ioachim regis hebreorum cõtra iudeos cum
magno exercitu castrametatus est rex babylonię tributa exacturus ab ioachim: aut cer
te dimicaturus. Ille uero metuens eius minas: & pacem habere desiderans: præbuit ei
tributa quæ præceperat annis tribus. Cap. VIII.

Ertio anno audiens ęgyptios denuo contra Babyloniã pugnaturos tributa non
t redidit: sed spe ægyptiaci belli deceptus ẽ. Nã pugnare cõtra eũ ęgyptii minime
presumpserunt. Propheta itaq; hieremias quottidie pdicabat: qa frustra ęgyptio
rũ spe tenerent: et quia immineret ciuitati ut a rege babyloniio uastaret: et rex Ioachim
subderet ab eo. Sed hæc nulla utilitate dicebat: quando q crederet nullus erat. Nam &
populus & principes audientes hæc negligebant: & indignantes sup his q̃ dicebantur
quasi auguriũ aduersus regẽ propheta terret: accusabant eũ & subiectum iudicio ut ad
suppliciũ quoq; traderet: contra eũ dari sniam postulabãt: quod multi quidẽ aduersus
eũ fieri decreuerunt: seniores aũt recesserunt. Qui ea uoluntate qua iuste prophetã absol
uerant: & ipsa ẽt aliis suadebant ne qd mali fieret hieremiæ dicentes: qa nõ solũ iste ciui
tati prædiceret futura: sed & Micheas ante eũ olim talia pdixisset: & multos scirẽt hmõi
uerba dixisse. quorũ nullus a regibus aliquid ptulisset: sed quasi prophetę dei honorati
fuerant. His itaq; uerbis mitigantes turbas: eripuerunt hieremiã a diffinito supplicio.
Qui oẽs prophetias suas scribens: ieiunante populo: & in ecclesiã congregato in tẽplo
mense nono: quinto anno regis ioachim: relegit librũ quem de futuris rebus ciuitati &
populus & tẽplo conscripsisse uidebat. Audientes itaq; principes tulerunt ab eo librũ:
iusserunt q; eũ & scribã baruch de medio tolli: ne quibusdã forent manifestati. Ipsi uero
librũ portantes regi dederunt. Qui pẽsentibus amicis iussit scribã suũ relegere: & audiẽs
q̃ scripta noscebant in libro: iratus rex dirupit eũ & igne cremauit: & requisitos hiere-
miã & baruch iussit ad se puniendos adduci. Illi siquidẽ eius tunc irã declinauerunt: nõ
post multũ uero tps uenientẽ contra se cũ magno exercitu regẽ babyloniorum fœderis
iure susceperit ppter metũ eorũ: q̃ dicta fuerant a propheta credens nihil se fore passurũ:
neq; p obsessionẽ neq; p pugnã. Dumq; rex babylonię intrasset in ciuitatẽ: fidẽ nequaq̃

ſeruauit: ſed & iuuenes fortiſſimos & pulchritudine decoros hieroſolymitanoꝝ occidit una cū rege Ioachim. Quē ēt ante muros inſepultū ꝓiici iuſſit: filiū uero eius Ioachim cōſtituit regē uniuerſæ ꝓuinciæ. Eos aūt qui erāt in dignitatibus cōſtituti numero tria milia captiuos duxit in babyloniā inter quos erat ꝓpheta ezechiel cū eēt adhuc puer. Hic ergo finis habuit Ioachim regem: qui uixit quidem annis ſex & triginta: regnauit autem duodecim. Succeſſor uero eius regni Ioachim de matre nomine Onas: regnauit menſibus tribus & diebus. x. Cap. IX.

Egē ergo Babyloniorū q Ioachim conceſſerat principatum repēte timor inua-
r ſit. Formidatus eſt enī ne forte hīs mali memoriā pro nece paterna ꝓuinciā eius
inuaderet. Et mittens exercitū regē Ioachim in hieroſolymis obſidebat. Ille uero cū eēt natura benignus & iuſtus noluit ciuitatē ꝓpter ſe uidere pericula ſuſtinere: ſed ſumens matrē & cognatos tradidit obſides ducibus q fuerant a babylonia rege eq; directi accipiēs ab eis iuſiurandū ut nihil mali pateret: nec ipſe nec ciuitas: quoꝝ fides nequaquā manſit inuiolata. Non enī ſeruauit eā babylonię rex: ſed pcepit principibus ſuis: ut oēs qui erant in ciuitate iuuenes captiuos ſumerēt pariter & artifices: eoſq; ad ſe ligatos adducerēt: qui oēs fuerunt decē milia & octingēti triginta & duo: ſimul & Ioachī cum matre ꝑter & amicis: quos deductos ad ſe habuit in cuſtodia: Patruū uero Ioachī noīe ſedechiā cōſtituit regē: accipiēs ab eo iuſiurandū ut ei ꝓuinciā cuſtodiret & nihil hoſtiliter ageret: nec faueret ęgyptiis. Sedechias aūt erat qdē annoꝝ uiginti & duorū quādo accepit regnū: & nomē matris eius Amias. Fuit enī cōtra iuſticiā ſuperbus: circa quē impii locū maximū hēre uidebant. Quapp & ꝓpheta hieremias ad eū ueniēs crebro teſtabat dicēs: ut reliquas qdē impietates & iniqtates deſereret: & iuſticiā ꝓuideret: & neq; duces q eſſent maligni reſpiceret: neq; falſis ꝓphetis eū ſeducentibus crederet: quaſi nequaq; cōtra ciuitatē babyloniæ rex dimicaret: qa ægyptii contra eū bella rurſus inferrent & uincerēt: quaſi hęc uerba nō eſſent: nec hoc mō uentura forēt. Sedechias aūt dū audiret ꝓphetā dicentē: conſentiebat ei p oīa tanquā uera loquenti: & quaſi ꝓdeſſent ei ut eius crederet uerbis: ſed rurſus eius amici ſubuertebāt eius mentē & a ꝓphetæ dictis ad ea q̄ uoluerant adducebant. Prophetauit aūt Ezechiel in babylonia futuras populi calamitates: & hæc miſit in hieroſolymam: ſed ſedechias eorum prophetiis nō credidit propter hmōi cām. Alia ſiquidem uniuerſa conſona a prophetis edicta ſunt: quomodo & ciuitas uaſtaretur: & ipſe ſedechias duceretur captiuus in babyloniam: diſcordabat autem Ezechiel dicens quia ſedechias babyloniam non uideret cum Hieremias dixiſſet: quia uinctum eum rex babyloniæ duceret: & eoq; non idem uteq; dixiſſent: etiam illa quæ concordabant: non eſſe uera dicebat: licet ei omnia ſecundum eorum euenirēt prophetias: quæ tamen opportunius declarabimus. Igitur ſocietatem babyloniorum quā habuit annis octo: diſſoluit: & ſem etipſum ad ægyptios tranſtulit: ſperans cū illis contra babylonios pręualere. Cap. X.

Nterea dū hoc cognouiſſet babylonię rex caſtra mouit aduerſus eum: & afflicta
i ꝓuincia: & munitiōes eius una diripiēs: ad ipſam hieroſolymorū ciuitatē obſidē
dā cū magno ueniebat exercitu. Rex ergo ęgyptius audiens quia ſedechias eius amicus eſſet obſeſſus: ſumpta uirtute maxima bellatorū uenit ad iudeā quaſi eius ſoluturus obſeſſionē. Babylonius aūt receſſit ab hieroſolymis: & occurrit ęgyptiis: eiſq; cōgreſſus ꝑlio ſuperauit: & eos in fugā uerſos de ſyria coegit exire. Dūq; diſceſſiſſet babyloniorū rex ab hieroſolymis: deceperūt falſi ꝓphetæ ſedechiā dicentes: qa neq; babylonius rex denuo pugnaret: & cōtribuli eoꝝ quos de ꝓuincia ad babyloniā demigrauerat cum dei uaſis oībus quę rex tulerat ad hoc tēplū reuerterentur. Sed Hieremias his contraria atq;

traria atq; uera transiens in medium prophetauit: dicens: quia male quidem facerēt illi qui regi talia suaderent quando per ægyptios nihil iuuari possent: quos utiq; deuincens babylonię rex in hierosolymam remearet: eamq; fortiter obsideret: & populū fame corrūperet ac reliquos captiuos abduceret: substantiasq; diriperet: simul & templi diuitias exhauriret: & illud īsuper concremaret: ciuitatemq; subuerteret: & essent seruituri babylonię regi: eiusq; nepotibus annis. lxx. A quorū seruitio nos inqt tunc remouebunt perse et medi babyloniorum destruētes īperium: et ad hanc remeantes urbē: edificabimus tēplum rursus: et hierosolymā denuo reparabimus. Hęc dicente Hieremia plurimi qdem crediderunt: principes aūt et īpii excessisse eum a sua mente dicebāt: eūq; sub hoc fomite deridebant. Igit' cum ei placuisset ad patriam properare: quę dicitur anathoth: uigili statiis ꝑcul ab hierosolymis constituta iueniens eum in itinere qdam principum cōprehēsum detinuit: calumniā faciēs ei quasi ad babylonios iret. Ille mentiri qdem illum et calumniari sibi: crimenq; īferre: se uero ad patriā properare dicebat. Qui ad hęc uerba nō flexus uinctū deduxit ad iudices magistratuum: a qbus oīa uerbera et tormēta ꝑpessus: ad necis supplicia reseruabatur: q quoddam per tēpus hęc quę prædiximus iniuste sustinuit. Anno nono sedechię regis: decima die mēsis decimi: babylonię rex ad hierosolymā castrametatus est: et sedens circa eam decē et octo menses: cum studio magnæ uirtutis obsedit: obsessosq; hierosolymitas duo mala alia et maxia deprimebant morbi languor et fames eis uchemēter īsistens. Hieremias uero propheta cū esset in custodia non cessabat: sed clamabat: ꝑdicebatq; aperte monēdo populū ut regē babyloniorū portas aperientes excīperēt: hoc enim facto eos cū omni domo posse saluari: alioqn radicitus asserebat euelli: ꝑdicabatq; pariter quō si q mansērint i ciuitate oīno pirent: aut fame cōsumpti aut gladiis hostiū. Si uero ad hostes cōfugerēt: & inimicos & mortē quodāmō declinarent. Principes hæc audientes inter ipsa mala consistentes non patiebant' eius uerba animo suo pcipere: sed cū ira uenientes īdicauere regi: & accusantes eū quasi uesanū occidendū esse ꝓphetā poscebant qui corū animos frangeret: & malis ꝓmissionibus audaciā populi ualde molliret: quando dū parati essent oēs pro eo & patriæ salute pugnare ille moneret ut ad hostes fugerent uniuersi: quia ciuitas capiēda foret: & omnes in ea pariter perituri. Rex uero ipse quidē pro bonitate & iustitia iratus non est. Sed ne principibus tali tēpore uideret' esse cōtrarius: ꝑmisit eis ut facerēt prophetæ quod uellent. Qui hoc sibi agere concesso: mox ingredientes in carcerē: & sumentes eū i quendam lacum plenū cœno deposuerunt: ut morte propria suffocatus extingueretur. Ille ergo usq; ad guttur in luto depositus in his degebat angustiis. Quidam uero seruorum regis honoribus decoratus genere ethiops erumnas prophetæ regi nunciauit: dicēs nō recte amicos & principes eius fecisse ut prophetā in cœno submergerent: quod opus oi morte & uinculis esset amarius. Hęc cū audisset rex penitētia ductus: quia prophetam principibus tradidisset iussit ethiopi: ut sumptis triginta regis ministris & funibus: & quicquid expediret ad salutis eius utilitatē: cū festinatione Hieremiā abstraheret. Ethiops aūt sumens quod pręceperat rex: prophetam de lacu reduxit: & sine custodia esse permisit. Euocante uero eū rege latenter: & requirēte siquid ei diuinū in rebus pręsentibus posset edicere: ille habere quidē se quod diceret asserebat sed non sibi fore credēdū: nec dū moneret audiendū: quando iā quasi malum aliquid agētē amici perdere decreuissent. Vbi sunt inquit nunc qui babyloniū nequaquā dimicatur; esse dicebant: audientesq; fallebāt. Sed & si nunc ueritatē dixero: morte me condemnabis. Cunq; ei rex iusiurandum præbuisset: quia nec ipse eum perimeret: nec principibus supplicii iure cōtraderet: data fide securus: suadebat ei: ut babyloniis traderet ciuitatem. Hęc enim dicebat ei deū p se ꝓphe-

tare ſi liberari uellet:& ꝑſentia ꝑicula declinare:& neq; ciuitatẽ uſq; ad fũdamẽta deiici nec tẽplum ab hoſtibus concremari:quod ſi non fieret:ipſe malorũ auctor et ſibi et ciui tati huius calamitatis exiſteret. Hęc audiens rex:uelle ſe qdẽ q̃ monebat facere dixit:et expedire ſibi:ſed metuere cõtribules:qui ad regẽ babylonię prexiſſent:ne accuſantibus eũ perioloſubiacerẽt. Quẽ ꝓpheta cõfortabat:et fruſtra ſupplicium ſuſpicari dicebat: nihil mali paſſurũ:ſi babyloniis traderet ciuitatẽ:nec ipſum:nec filios:nec uxores eius: ſuper et ꝙ tẽplum maneret illeſum. Et Hieremiam quidẽ cum hęc dixiſſet dimiſit rex ꝑcipiẽs:ut nulli ciuiũ quę locuti fuerant proderet:ſed neq; principibus apiret:q ſi cogno ſcẽtes eũ a rege uocatum requirerent:ut quid cũ eo locutus fuiſſet:eis quoq; narraret, di ceret ꝙ popoſciſſet:ne in uincula aut in carcerẽ dẽuo traderetur. Qui ſcilicet eis hoc di cebat:dum uenientes ad prophetam requirerẽt qd locutus fuiſſet ad regẽ. Hęc qdẽ ita ſunt geſta. Babylonius aũt obſeſſionẽ grauius inferebat faciens turres cum magnis edi ficiis: et aggeres igẽtes exaltãs ex qbus reſiſtebat de muris pugnare nitẽtibus: multaſq; machinatiões erexit equans muris ꝑ circuitum ciuitatis. Illi ſiquidẽ q̃ intra urbẽ erant for titer et promptiſſime reſiſtebãt: neq; fame neq; languore fatigati et licet ictus his paſſiõi bus angerent aio: tamen fortes uidebantur: ad prelium: i nullo adiuẽtiones inimicorũ & machinamenta expaueſcentes:ſed cõtrarias machinatiões in omnibus quę faciebãt illis opponere cogitantes:ita ut magnũ certamen eſſet babyloniis ſimul & hieroſolymi tis uelocitatis atq; prudẽtię:his qdem nihil arbitrãtibus amplius cõmodi quam captio nem illius ciuitatis:his aũt ſalutẽ ſuam non in alia cauſa ponentibus:niſi ut magno ſtu dio laborarent:& non deſperarent excogitare quibus modis hoſtiũ machinamenta de ſtruerent. Et hæc paſſi ſunt menſibus octo & decẽ donec fame uaſtarẽtur & iaculis quę turribus iaculabant aduerſus eos hoſtes. Capta eſt ergo ciuitas undecio anno ſedechię regis quarto mẽſe:die nono:cœperuntq; eã principes babyloniorum quibus obſeſſio a rege Nabuchodonoſor uidebat eſſe cõmiſſa. Ipſe autem in reblatha ciuitate cõmoraba tur. Nomina principum qui hieroſolymã ſubdiderunt hæc ſunt:hergella: ſarrare:matu ſe:megarus:nabuzardan:ſaris. Capta itaq; ciuitate circa mediã noctem: & principibus hoſtium ingreſſis in tẽplum:agnoſcens hæc ſedechias rex:ſumptis uxoribus: & filiis:& principibus:& amicis:de ciuitate fugit ꝑ deſertum ualde tutiſſimum. Quod diuina q̃ buſdã traditis principibus babyloniorum indicatum fuiſſet diluculo eum perſequi ſunt egreſſi. Quem dum circa hiericuntẽ apprehendiſſent:eum circundederunt. Amici uero & principes ſedechiæ fugiebant dum hoſtes proximos eſſe conſpicerẽt:diſperſique ſunt relinquentes eum:alter ad alium locũ fugiens & unuſquiſq; ſe liberare contendẽs. Quẽ cõprehenſum cũ paucis:hoſtes cũ uxoribus atq; filiis duxerunt ad regẽ. Vẽientẽ quoq; ad ſe regẽ:nabuchodonoſor ipium & infœlicẽ uocare cœpit:& iuriſiurãdi ĩmemorẽ qd prębuerat ut ei prouinciã cuſtodiret. Sup hęc aũt cum obiurgauit eum ĩgratum: qa dũ ab eo percepiſſet imperium quod ab eius fratre tulerat & illi tribuerat:contra munificũ largitorem egiſſe uidebatur hoſtiliter. Dixitq; poſt hęc. Magnus deus:qui habẽs tuam nequitiam odio:noſtro te ſubiugauit imperio. His igitur uerbis uſus aduerſus ſedechiã filios eius iuſſit pariter & amicos cõtinuo perimi:ipſo ſcilicet ſedechia & aliis captiuis i ſpicientibus deinde oculos eruens ſedechiæ eũq; uinciens:perduxit ĩ babyloniam. Hęc uero prouenerunt ei quæ hieremias & ezechiel prophetauerant:quia comprehenſus du ceretur ad babylonicum regem:& loqueretur ei ex ore ſuo & uideret ſuis oculis eius ocu los ſicuti hieremias dixit: cecatus autem & ductus ad babyloniam: eam non uidit:ſi cut Exechiel prędixit Hęc igitur quæ ſufficienter poſſunt dei manifeſtare naturam ne ſcientibus explanauimus: quomodo diuerſa eſt atq; multimoda & uniuerſa ordine ſuo

conſpiciens & q̃ congruant agi p̃dicens ignorantiáq; hominũ & infidelitatẽ redarguẽs p quæ curari nequiuerunt ab his quæ erant paſſuri. Nam cum ea qu̇ ꝑdicebantur cu ſtodire nollẽt: calamitatibus noſcuntur eſſe contraditi: ita ut eſſet impoſſibile uti ab ea declinarent. Igitur qui de genere Dauid regnauerunt: huiuſmodi conuerſationẽ habere noſcuntur. Fuerunt aũt uiginti & unus uſq; ad ultimum regẽ: regnauerunt q; oẽs annis nongentis: & quatuordecim & mẽſibus ſex diebuſq; decẽ. Ex quibus principatũ tenuit primus eorũ Saul annis uiginti: non tamẽ ex ea tribu conſiſtẽs. Porro babylonius miſit principẽ militiæ ſuæ nabuzardam i hieroſolymam: ut expoliaret tẽplum præcipiens: ut & illud incẽderet: & regalia pariter: & ciuitatẽ ad pauimẽtum uſq; deponeret: & populum in babyloniã migraret. Qui dum uẽiſſet ad hieroſolymã undecimo anno ſedechiæ regis: & tẽplum ſubuertit: & uaſa dei aurea argẽtea q; tulit necnon & maximũ cantarũ: quẽ impoſuit Salomon: iſuper & columnas ereas: & capita earũ: aureaſq; mẽſas: & candelabra et hæc auferẽs tẽplum quoq; ſuccẽdit: mẽſe quinto: initio mẽſis ãno undecimo ſedechię: octauo decimo aũt nabuchodonoſor. Succẽdit aũt & regalia ciuitatẽq; deſtruxit et tẽplum ita concrematum eſt poſt trecẽtos & ſeptuaginta ãnos & mẽſes ſex: dieſq; decẽ ex quo illud conſtat edificatum ab egreſſu autẽ populi tunc erant anni mille. lx. duo mẽſes ſex dieſq; decẽ a diluuio uero uſq; ad uaſtationẽ tẽpli oẽ tẽpus fuit annorum mille: nongentorum quinquaginta ſeptẽ: mẽſium ſex: dierum decẽ: ex quo uero factus eſt adã uſq; ad ea q̃ prouenerunt tẽplo: anni ſunt tria milia quingẽti tredecim: mẽſes ſex dies decẽ. Tantus ergo numerus ãnorũ erat. Quæcũq; geſta ſunt: ſingula ut prouenere manifeſtauimus. Princeps itaq; regis babylonis poſtq̃ hieroſolymam & tẽplum ſubuertit, ſumẽs captiuos: migrauit eos & pontificẽ: & Zardã & ſacerdotẽ ioſedech ſecundariũ eius & cuſtodes tẽpli: & tres eunuchos q erãt ſup armatos: & amicos ſedechiæ ſeptẽ: & ſcribam eius: & alios principes ſexaginta: quos oẽs cũ uaſis quæ depręda tus eſt deduxit ad regẽ in reblata ꝓuincię ſyrię ciuitatẽ. Rex autẽ pontificis quidẽ & principum ibi capita iuſſit abſcidi: ipſe uero omnes captiuos & ſedechiam deduxit in babyloniã: uinctum quoq; circumegit & ioſedech pontificẽ filium ſarræ pontificis: quẽ occidit babylonius i reblata ſyriæ ciuitate: ſicut dudũ iam deſignatum eſt. Igitur quia gẽus regum explanauimus: & qui fuerant: & eorum tẽpora cuncta narrauimus: neceſſarium iudicauimus & nomina referre pontificũ: qui pontificatum regum tẽporibus habuerunt. Primus ſiquidẽ ſadoch pontifex tẽpli fuit: quod ſalomon edificauit: poſt eũ filius Achimaas in eius honore ſucceſſit: poſt Achimaam Zarias: poſt hũc aũt ioram & poſt eum anxi ioram: deinde ſideas: poſt ſideam ſudeas: poſt hunc bilus: bilo uero ſucceſſit ioathã: cui rurſus urias urię uero nerias: poſt neriam odeas fuit: poſt hunc ſallom: deide belchias poſt hũc zaroch: & poſt hunc fuit ioſedech: qui captiuus in babyloniam ductus eſt. Iſti itaq; oẽs in pontificatum filius patri per ordinem ſucceſſerunt. Veniẽs aũt in babyloniã rex: ſedechiam habuit donec aduixit in carcere. Quẽ dum regaliter ſepeliſſet: uaſa quę in hieroſolymorũ tẽplo fuerat depręda tus: diis dicauit ſuis: & populum in babyloniorũ regione conſtituit: pontificẽ uero ſoluit a uinculis. Cap. XI.

Rinceps itaq; militię nabuzardan dũ captiuaſſet populũ hæbreorũ: pauperes & eos q ſe tradiderunt dereliqt: conſtituẽs eis principẽ nomine godoliã filiũ Aichã de nobilibus natum: manſuetũ & iuſtum: iuſſitq; ut opus in terra prouincię faciẽtes: regi definita tributa ꝓſoluerẽt. Hieremiam uero prophetã ſoluit de carcere: eiq; ſuaſit: ut ad babyloniam cũ eo ueniret: fuerat enim ei hoc a rege iuſſum: ut illi p omnia placida miniſtraret: qui ſi nollet hoc facere: ut indicaret ubi manere uellet: quatenus hoc regi ſignificaret Propheta ergo nec ſequi uoluit: nec alibi commorari: ſed libenter ſe abire

dixit in deserta patrię:& cū miserrimis habitare reliquiis. Cognoscens aūt eius uolūtatē militiæ princeps:godolię quē cōstituerat in hierosolymorū urbe pręcepit:ut eius prouidentiā in omnibus haberet:eiq; ministraret qbus egeret:& donans ꝑphetā multis præciosisq; muneribus dimisit ad ꝓpria. Et Hieremias qdem mānsit apud godoliā i ciuitate ꝓuicię quę dicit maspha:rogabatq; nabuzardan:ut cū eo dimitteret discipulū baruch filiū neriæ:ex magna ualde familia:& qui lingua patria p̄cipue fuerat eruditus. Hæc dū fecisset nabuzardan in babyloniā ꝓfectus est. At illi q obsessa hierosolymos urbe diffugerāt:dispersi p certa loca:dū recessisse babylonios cognouissent et quasdam reliqas in hierosolymorū terra reliquisse:& q eā incolerent supersse:undiq; collecti uenerūt ad godoliā in maspha. Erāt āt principes eos Ioab filius careę et zareas et iezonias simul et alii. Porro de genere regio erat qdā ismahel uir malignus & callidus q dum obsideretur hierosolima ad regē euasit āmanitaq; noie bachalim et ibi illo tpe moratus eū. Igitur q ad hierosolymā cucurrerant:fecit eos godolias ibi mānere:nequāq babylonios metuētes colentesq; terrā:nihil mali passuros esse dicebat & hæc iuramēto firmauit: adiiciens qā solatiū cunctis p̄beret:& siquis ab aliquo grauaret illius mereret auxiliū:suasit ut singuli in qua uellent ciuitate morarent: & ut mitteret cum eis qui eorum habitacula repararent:& ipse quoq; faceret dum tempus esset:ut triticum:& uinum:& oleū reconderent: quatenus hyemis tempore pabulo nō egerent. Hæc cum dixisset: dimisit eos ad ꝓuincię loca quę unusquisq; uoluerat. Fama uero discurrēte ad gentē iudeę:qa uenientes ad se de fuga godolias clementissime susciperet:& ad terram colendam omnes habitare p̄mitteret:ut regi babylonis tributa persoluerent: concurrerunt omnes ad godoliam:& i prouincia habitarunt:considerantesq; ꝓuinciā in pace regi:& godoliæ benignitatē atq; clementiā: Ioannes & principes qui cum eo erant ualde dilexerunt eū:dicebantq; mittē dum ad regē āmanitarum bachalim:ut ismael latenter occideret:quatenus ipse securus esset in israel:quia ille erat de regio genere:qui solus poterat debellare. Cuius dolū dicebant posse declinare:si potius ismahelē ipe perimeret ut metum decætero non haberet: adiicientes insuper se timere:ne godolia magis ab illo pempto:funditus israelitarum reliquię depirent. Ille uero acqescere noluit:dicens:non esse rectū contra uirum qui adhuc nihil malignitatis gesserat: iusidias exercere:non enim uerisimile esset:quia in tali desolatione huiusmodi malitiam exerceret:& quem in tanta necessitate fouerat & ab inimicis aliis eripuerat:ipse pimeret:sed & si e diuerso faceret ille dolum:melius esse ut ipse pimeretur ab illo:quam homo qui ad illum cōfugerat:suāq; salutē extradiderat:& cōmendauerat uitam:dolo perimeretur istorum. Et ioānes quidem:& principes qui cū eo erāt cum non potuissent persuadere godoliæ:protinus recesserūt. Tempore itaq; dierū. xxx. transacto: uenit ad godoliam in ciuitatē maspha ismael cum uiris decem:quos godolias splendidis epulis muneribusq; susceꝑit. Tunc godolias inter conuiuia ismael sæpius ut assolet inuitato:debriatus est. Quem ismael uidens ita uino repletum:& uelut insensatum:& in soporem ebrietatis conuersum:surgens cum decem suis amicis eum occidit: & qui cum eo in conuiuio recumbebant. Et post horum peremptionem egressus per noctem:cunctos pariter in ciuitate iudeos & milites trucidauit: qui a Babyloniis fuerant derelicti. Altera uero die cum muneribus ueniebant ad godoliam de prouincia octoginta uiri:nihil scientes:quod de eo fuerat gestum. Quos cum uenisset ismael: eos quasi ad godoliam accessuros:interius euocauit. Quibus ingressis aula clausa cunctos occidit: eorumq; corpora in lacum profundissimum neuiderentur abiecit. Ex his itaq; octoginta uiris aliqui reperti erepti sunt:qui se rogauerunt non prius occidi: antequam occultas in agris diuitias & pallia simul & uestes reconditas:& frumenta monstrarent. Hęc au-

dies ismael:pepercit eis. Populum uero qui erat in maſphat cum uxoribus et filiis captiuum duxit:inter quos et filias ſedechię regis quas nabuzardan babyloniorum princeps godoliæ reliquerat cõſeruãdas tulit. Et dũ hæc egiſſet:uẽit ad regẽ ãmanitarũ. Audiẽs aũt ioãnes et principes q cũ eo erãt quæ i maſphat fuerãt geſta ab ismael: mortẽq; godoliæ:nimis exaſperati ſunt:aſſumẽteſq; ſinguli arma ſua: egreſſi ſunt:ut ismael uiriliter expugnarẽt. Quẽ dũ apphẽdiſſent:circa fontẽ chebron illi q ab ismael captiui ducebantur:uidẽtes ioãnẽ et pricipes:et ad ſolatiũ ſibi ueniſſe iudicãres:releuati ſunt:et relinquentes eũ q illos cœpat:ad ioãnẽ ſe cõtulerunt. Ismael itaq; cum uiris octo ad regẽ fugit ammanitarũ: Ioannes ergo ſumẽs:quos de mãibus eripuerat ismael:et eunuchos:et mulieres: et infantes:uẽit ad quendã locum quẽ Caulas appellãt:et illo die ibi manſit. Deliberauerãt aũt ut inde ſurgẽtes:abirẽt in ægyptũ:metuẽtes ne eos babylonii pimerẽt ꝓpter godoliæ mortẽ:q ab eis dux fuerat iſtitutus. Et dũ i tali cõſilio permanerent:petierunt Hieremiã ꝓphetã Ioannes & principes q cũ eo erant ut deũ conſuleret:quatenus eis in anguſtiis cõſtitutis qd deberẽt facere demonſtraret:facturos ſe iurantes:quicqd eis Hieremias diceret. Cunq; ꝓpheta oraturũ ſe ꝓ eis apud deũ cõpromiſiſſet: poſt dies decẽ apparuit ei deus dicens:ut idicaret Ioãni & principibus ſuis: & uniuerſis:quõ conſiſtẽtibus eis in illa ꝓuincia ferret prouidentia diuina ſolatium & a babyloniis quos metuebãt ſeruaret illeſos: ꝓficiſcẽtes aũt in ægyptũ pituros:& ab ęgyptiis illa paſſuros quæ olim fratres eoꝝ conſtat eſſe paſſos. Hęc cũ dixiſſet Ioanni & populo deũ ꝓpheta ꝑdicer.:nõ ei credebãt:qa deus eos ꝓuinciã habitare ꝑceperat:ſed ut prætatet Baruch ſuo diſcipulo:mẽtiretur qdem de diuino mãdato:ſuaſerit aũt eis ibi manere:ut a babyloniis interirent. Populus ergo & Ioannes nõ obedientes conſilio dei quo eos monuerat ꝑ prophetam diſceſſerunt ad ægyptum:ducẽtes:& hieremiã pariter & baruch. Dũq; illic eſſent indicauit prophetæ diuinitas uenturꝝ regẽ babyloniorꝝ ad ęgyptũ:iuſſitq; prædicere populo:ægypti uẽturam captiuitatẽ: & quia eorꝝ occideret:alios captiuos ſumens in babyloniã perduceret. Et hæc ita cõpleta ſunt. Quinto ſiqdẽ anno captiuitatis hierosolymorum qui eſt tertius & uiceſimus regni nabuchodonoſor caſtrametatus eſt idẽ nabuchodonoſor i inferiorẽ ſyriã:eamq; detiuens:expugnauit & ammanitas & moabitas. Cũq; ſubdidiſſet has gentes:perrexit ad ęgyptũ eamq; ſubuertit:& regem qui tũc erat ibi occidit:aliumq; ei i ea conſtituens:denuo iudeos captiuos duxit in babyloniã: & hæbreorum quidem genus huiuſmodi terminum eufraten tranſiſſe ꝓcepimus. Igitur per aſſyrios corruit populus decẽ tribuũ de ſamaria cũ regnaret apud eos Oſias:deinde duarꝝ tribuum multitudo nabuchodonoſor rege babyloniorum:& caldeorum captis hieroſolimitis eſt uaſtata. Salmanaſar trãſmigrans iſraelitas:in eorum regione inſtituit cutheorum gentẽ q prius in interiori parte ꝓuidis & mẽdie morabantur:tũc tamẽ ſamarite uocati ſunt:uocabulum prouincię ſumentes:in qua habitare uidebantur. Babyloniorum uero rex cum duas tribus captiuas duxiſſet:neq; gentem aliam in eorum habitare fecit prouincia:& propterea deſolata omnis iudea & hieroſolyma et templum annis ſeptuaginta permanſit. Omne itaq; tempus a captiuitate iſraelitarũ:uſq; ad duarũ tribuũ trãſmigrationem:fuit annorum centum triginta mẽſiũ ſex:dierũq; decẽ. Cap. XII.

Otro rex babyloniorꝝ nabuchodonoſor ſumẽs oẽs iudeoꝝ: nobiliores: & cognatos regis eorꝝ ſedechię:q & pubertate corporꝝ & aſpectus pulchritudine reſplẽdebãt: pedagogis eos ꝓ diligẽtia exhibẽda contradidit: eoſq; caſtrauit: quod ẽt eis quoq; quos cœpat ex aliis gentibus quas uaſtauerat cũ eſſent i ętatis huius pulchritudine cõſtituti feciſſe dinoſcit:iuſſitq; eis miniſtrari de mẽſa ſua cibos:& erudi ꝓuincialibus litteris pariter & chaldeis. Erãt autem iſti ſapientia qdẽ idonei: habẽtes exercitium

ſocundū. Inter quos erāt aliqui de genere ſedechiæ quattuor optimi & natura benigni: quorū alius qdē Daniel: alius aūt Ananias: alius Miſahel: quartus uero uocabat Azarias. Horū babylonios rex nomina cōmutauit: & aliis iuſſit appellari uocabulis: & Danielē qdē uocabat Balthazar: Ananiā Sydrach. Miſahel Miſach: Azariā uero abdenago. Hos aūt rex cū eſſent nimis ingēioſi: & circa litterarū doctrinas aſſiduī: hēbat i honore & dilectiōe pcipua. Placuit uero Daniel cū cognatis ſuis: ut ſe a cibis regiæ menſæ ſuſpēderēt: & ab oībus animatis generalr abſtinerēt. Et accedētes ad aſchan eunuchū: cui eorū diligētia fuerat a rege cōmiſſa: rogauerunt eū: ut ea q̄ rex iuſſerat eis expēdi ipe pciperet: & eis legumina comedēda pberet: uel qd aliud ianimatū uellet: ad iſtos cibos ſe eſſe dicētes dedītos: & alios ſibi ualde cōtrarios. Ille uero paratum qdē ſe eſſe dicebat eorū uolūtatibus obedire ſed metuere regē: ne p corporis maciē uultuſq; mutationē p derent regi: eo q; ab epulis abſtinerent: dicens eſſe cōſequēs: ut p qualitate ciborū eoꝝ quoq; color & corpa mutarent: ut dū alii pueri bene refecti a rege uiderent iſti enī picu li & ſupplicii auctores exiſterent. Dū igit aſchāis formidinē hanc haberet: pſuaſerūt ei: ut p experimēto decē diebus hæc miniſtraret illis: & dū habitus eorū corporis minime uerteretur ad peius: i his ſine dubio permanerēt: tanq̄ ex hoc ledi nō poſſent: ſi uero eos ſubtiliores iſpicerēt: & deteriores ab aliis: ad priora cōuiuia reuocaret. Quos dū nō ſolū cibus ille nō noceret: ſed ēt magis q̄ aliorū pinguiora atq; decentiora eorū corpora repe riret: ita ut illi qbus regalia conuiuia pparabant inferiores eſſent, Daniel aūt & q cū eo erāt crederent in magna copia epularū cōuiuari: ex illo tpe audacter aſchanis ea q̄ qdē de menſa regis quotidie illis pueris mittebant ipſe ſumebat: & illis q̄ dicta ſunt miniſtrabat. At illi dū & animæ eorū ꝓpter hoc eſſent limpidæ & ad doctrinas enectæ corporaq; eorū ad laborē acta cōſiſterēt: nō enim aut animas hebetes habebāt: & pro cibo rum uarietate cōfuſas: aut corpora per eas epulas molliora: omnes uelociter didicere doctrinas quęcūq; & apud barbaros erant: & apud chaldeos: pcipue tamen Daniel ſapientia erat idoneus: & ad ſomniorū interpretationes expertus: eiq; reuelabat apte diuinitas. Igit poſt annū ſecundū ægyptiacæ uaſtationis: rex nabuchodonoſor uidit ſomniū ualde mirabile: cuius explanationē ipſe ei per ſomniū deus aperuit. Quā dū euigilauit oblitus mox chaldeos uocauit & magos: atq; diuinos: ſeq; uidiſſe dixit ſomniū & expoſitionē eius: & hæc ſimul oblitū: iuſſitq; ut dicerent & ſomniū: & qd ſignificare uideret. Illis uero dicētibus hoc iuēire eſſe hoibus ipoſſibile: ſed ſi uiſionē exponeret: ſomni explanationē ab eis audiret: interminatus eſt eis mortē: niſi ſomniū edicerēt. Et dū fatereꝰ nō poſſe quod uidebat fieri ois una pcepit occidi. Daniel aūt audiēs: qa oēs ſapiētes rex iuſſiſſet iterimi: inter quos & ipſe cū ſuis cognatis piculo ſubiaceret: acceſſit ad quēdā ariochim cui fuerat pricipatus cōmiſſus ſup regis armigeros: eūq; rogauit: ut ei cām edicerꝰ: p q̄ re rex oēs ſapiētes & chaldeos: & magos iuſſiſſet occidi: & dū de ſomnio cognouiſſet: & qa iuſſiſſet rex idicari ſibi quā uiderat uiſionē: quod dū nō potuiſſent facere: ad ſuū iteritū ꝓuocaſſent regē rogauit ariochim: ut ingreſſus ad regē: unā noctē peteret: ut a magorū nece ſe retineret: ſperare dicēs: q; ea nocte ſupplicans deo: ſomniū regis agnoſceret. Ariochis uero nūciauit regi indutias q̄s popoſcerat Daniel. Tūc ille puer cū ſuis cognatis ad habitaculū ꝓpriū uenientes: tota nocte rogauit deū: ut ei ſomniū idicaret ne magi: & chaldei: et iter eos et illi perirēt: ſed ut eos potius ab ira regis eripet: atq; oſtēderet uiſionē: quā rex reuelatā ſibi nocte pterita noſcebatur oblitus. Deus aūt miſericordiā habēs illorū q periculo ſubiacebāt: ſimul et Danielis: et ſomniū ei & modū eius explanationis inotuit: ut ab eo ſex etiam q; ſignificaretur cognoſceret. Daniel ergo a deo ſibi reuelata cognoſcens gauiſus ſurrexit et hoc fratribus indicans: illos quidem quia de

uita iã desperauerant: & paratí uidebant ad mortẽ ad sectritatẽ & spẽ uitæ reduxit. deo aũt gratias p̃cipuas egit: q miserícordiã eor̃ ætatis hũíssset. Facto quoq; die uẽit ad ario chim: petẽs: ut eũ ítroducere deberet ad regẽ: ac dícẽs: debere se somníũ qd̃ uíderat trãs acta nocte narrare. Ingressus ígit̃ ad regẽ Daniel: hoc prío poposcit: ne sapiẽtior putaret̃ ab áliís chaldeís & magís: qa dũ illi somníũ nequaq̃ iuẽire potuíssẽt: ipse ídicaturus accederet: qñ nõ experimẽto humão nec qa maiori studio mẽte ꝓpria laborasset hoc scíret: sed míseratus ĩqt deus oĩum q ín mortis uidebant̃ pículo cõstituti: & mei símul & q eiusdẽ sunt gẽtís: somníũ & eius explanationẽ mihi apuit. Nõ enĩ minus ꝓ illís quã pro nobísipsis uitę terminũ te iubente multatis solícitus erã: dũ utiq; iníuste uíros bonos et optímos morí p̃ceperas: quos nihil quod fit hũanę sapiẽtie p̃cepísti facere: sed quod dei sólius est ab eís exígere uoluísti. Tibi ítaq; cogitãti q possent mũdi totíus prícipatũ tenere: uolẽs deus regnaturos ostẽdere: hmõi somníũ reuelauit. Vídisti enim statuã ualde ꝓcerã: cuius caput qdẽ erat aureũ: humeri & brachia argẽtea: uẽter aũt & fœmora erea: crura pedesq; ferrei. Deínde uidísti lapidẽ de mõte abruptũ cecidísse sup̃ statuã: eãq; ꝓstratã cõtriuísse totã & nullã eius ptẽ ítegrã relíqsse: aur̃ & argẽtũ: & es: plus farína cõtritũ: & spũ uehemẽte flãte díreptũ atq; dísperſum lapidẽ uero creuísse trñ ita ut oĩs terra ab eo uídereť ípleta. Somníũ ítaq; quod uidísti hoc ẽ: cuius ít erp̃tatio hũc hẽt modũ. Caput qdã aureũ te sígnificat et q añ te ĩ gẽte babylonia regnauerũt. Duæ ínqt manus & humerí ídicãt: qũo a duobus regibus uester possit destrui prícipatus. Illorũ denuo alter qdẽ ab occidẽte erit destructurus ĩperiũ: símilis eramẽto cuius rursus regnũ cessare facit q ferro uideť eq̃lis: tenebitq; oía: qa ferri natura est robustíor auro & argẽto símul & ere. Significauit qdẽ & de lapide regí: quod mihi nõ placuit ídicare: sed p̃terita q̃ sunt iã facta descríbere: nõ futura tractare. Síqs aũt íntegritatẽ desiderãs uult hæc pscrutarí: & de íncertis utrũ fiãt studet agnoscere: festínet librũ legere Danielís: quẽ ĩueníet ĩter lítteras eẽ díuínas. Rex ítaq; nabuchodonosor hæc audiẽs & somníũ suũ agnoscẽs: obstupuit ígeníũ Danielís: & ꝓcedẽs ín faciẽ eo modo quo deus adorať salutauit Danielem: eíq; sacrificarí q̃sí deo p̃cepit. Cui ét ꝓprií dei ípossuit nomen: & curatorẽ totíus regni eẽ cõstituit: cũ cognatís suís: q p ínuídiã & dolũ pícula sustínuerũt & regẽ ex hmõi cã offendísse uidebant̃. Interea rex dũ fecísse statuã aureã: altítudine sexaginta cubitor̃: latitudine sex: & eã statuísset ĩ maxímo cãpo babyloníæ: dedicaturus eam: cõuocauit ex oĩ terra cui p̃erat prícipes uniuersos eís prío p̃cipiẽs: ut dũ audirẽt tubæ sonum: ꝓstrati statuã piter adoratẽt q uero hoc nõ facerent: eos ín ígnis caminũ ĩterminatus ẽ esse mittẽdos. Oĩbus ergo post tubæ sonũ adorãtibus símulacrũ: Daniel & cognotí eius mínime hoc fecísse dicunt̃: nolẽtes utiq; leges p̃uaricare paternas. Quí dũ uícti fuíssent repẽtet: & in ígnẽ míssi ĩopinabiliter díuina ꝓuidẽtia líberati: mortis pícula fugierunt. Non enĩ cõtigit eos ígnis. Reor ítaq; eo q̃ cũ nihil íníuste fecísseť: ĩ caminũ míssi: nõ sunt ab igne cõtacti: & facta est flãme natura debílior: habẽs ĩ se dei mínístros q eor̃ corpa esse talia p̃parauit: ut nõ potuíssent ab igne cõsumí. Hoc ergo factũ ostẽdit eos apud regẽ iustos atq; religíosos: p quo habebant̃ ab eo ĩ honore p̃cípuo. Post paululũ uero tẽpus denuo uidit in somnís rex aliã uísionẽ: qa casurus de regno cũ bestíis esset habitaturus & cum degísset hoc modo annís septẽ in desérto: recipet denuo prícipatũ. Hoc cũ uidísset somníũ magos denuo cõuocauit: eísq; referens quod uíderat: interpretationem cõgruã exigebat. Et alíorũ qdem nemo potuit uírtutẽ somníí cõprẽhendere neq; rẽ mãífestare: Daníel uero solus & hoc exposuit: & sicut ei p̃dixerat: ita ꝓuenit. Nã cũ habitasset p̃dictũ tempus in heremo: & nullum sceptrum detíneret: supplícans deo ut regnum reciperet: denuo reuersus ad ístud est. Nullus ígitur culpet me: eo q̃ ita narrauerim síngula sicut

in antiqs libris inueniunt scripta. Nã ipso historię meę principio ꝓpter eos q ꝗstiones faciunt: et in aliquo culpare nituntꝰ: astruxi dicẽs trãslatum me libros hębraicos in eloquiũ grecũ: et hos uolẽtibus apire neq; adiicere ipse aliqd seorsum: neq; subtrahere me promittens. Porro nabuchodonosor dũ uixisset ãnis quadraginta defunctus ẽ: uir industrius: et prioꝝ regũ ualde fœlicior. Memĩt huius actuũ et Berosus i libro tertio historię chaldeorum: ita dicens. Audiẽs autem eius pater nabuchodonosor: quia satrapa q cõstitutus fuerat in ægypto et locis syrię inferioris et phœnicis: recessisset ab eo: cũ ipse iã senio gari nõ posset: cõmittẽs filio nabuchodonosor iuueni quãdã partẽ exercitus: misit aduersus eũ. Nabuchodonosor ãt filius cõgressus aduersus eũ q ab eius pre recesserat: fcã dimicatiõe et eũ uicit et ꝓuinciã ex isto principio suo subiugauit impio. Cap. XIII.

O itaq; tẽpore cõtigit: ut pater eius nabuchodonosor egrotaret in babylone ciuitate et a uita recederet: qui reguauit ãnis uiginti et unũ. Nabuchodonosor filius nõ post multũ tẽpus mortẽ patris agnoscens: et disponens cãs ęgypti reliquãq; ꝓuinciam et captiuos eius et phenicũ et syroꝝ et gentium ęgyptiorũ et prẽcipiens principibus ꝙbusdã amicis ut cũ magna uirtute et oi utilitate ad babyloniã cũcta deferrẽt: ipe cũ paucis p desertũ uẽit ad babyloniã et potitus reꝝ q̃ gubernabantꝰ tũc a chaldeis: a quodã uiro optimo sibimet reseruanti totius regni paterni dominus est effectus. Captiuis aũt uenientibus habitationẽ cõstituit in locis oportunissimis babyloniæ ciuitatis: ipse uero de diuitiis quas acceperat de manibus hostiũ & tẽplũ bellis & reliqua largissimemimis ornauit: & antiquæ ciuitati alia quoq; contulit: & prisca repauit: ita: ut nequaq̃ obsidẽtes ualerẽt fluuiũ cõuertere: & ciuitati aliquo mõ ꝓualere: erexitq; tres porticus intrinsecus: & tres extrinsecus de latere cocto: decẽterq; muniẽs eas & exornãs ualde magnifice: paternis quoq; regalibus alia ꝓxie regalia fabricatus est: quorũ spacia: & reliquã pulchritudinẽ dicere credo supuacuũ. Verũtamẽ hoc sciẽdũ: qa dũ essent hęc magna & nimis eximia: diebus tñ. xy. cõsumata sunt. In istis uero regalibus lapides posuit: quorũ similitudo erat istar mõtis: & plãtauit diuersas arbores: fecitq; hortũ quod suspẽsile dicebatꝰ: eo q; uxor eius positionẽ regionis ꝓpriæ uidere desideraret quæ nutrita fuerat i locis medie. Horũ itaq; meminit ẽt megastenis i quarto indicorũ libro: ubi nitiẽ approbare hũc regẽ fortitudine & actuũ magnitudine herculẽ trãscendisse. Dicit aũt eũ uastasse libiæ ciuitatẽ: & hiberiã. Sed ẽt Dycles in secundo colonoꝝ libro meminit huius regis: & Philostratus i indicis & phœnicis historiis dicit: qa iste rex obsedit tyrũ annis tribus & decẽ mensibus: cũ illo tpe Tyro regnaret ioathabules. Hoc mõ ergo diuersi scriptores huius regis fecere memoriã. Post mortẽ uero nabuchodonosor Amilmadapacus q & Abimaradocus filius eius suscepit regnũ: & hierosolymitarũ regẽ Iechoniam qui & Ioachim soluit a uinculis: seuitq; iter amicos necessarios habuit: & multa ei dona cõcessit: fecitq; eum in babylonia inter reges haberi. Nam pater eius fidẽ non seruauerat Iechoniæ: qui se utiq; cum uxoribus & filiis & omni cognatione sponte tradiderat pro ciuitate: ne sicut ꝓdiximus obsessione capta uastaretꝰ. Moriẽte uero amilmadapaco post ãnos octo & decẽ sui regni: Egressarius filius eius tenuit principatũ. xl. annis. Eo quoq; mortuo: ad eius filiũ Labosordachum puenit imperiũ. Quod dum nouẽ mensibus hũisset: regnũ eo defuncto transit ad Balthazar qui naboar nuncupatur. Cõtra hunc itaq; regẽ castrametati sunt Cyrus pharum rex & Darius medorũ. Qui dũ obsiderẽt eũ in babylonia: mirabile quoddã ꝓdigium contigisse dinoscitur. Iacebat nanq; cœnans i domo maxima & conuiuiis regalibus oportuna cũ suis concubinis piter & amicis placuitq; ei: ut de proprio tẽplo uasa dei deportarentur: quæ hierosolymis depũdatus nabuchodonosor: usus quidẽ eis nõ fuerat: sed in tẽplo suo dicauerat. At ille supbia ductus est: ut eis utere-

tur ad pocula:& hoc mō blaſphemaret in deo. Tunc itaq; uidit de muro uenientē manū: & ī pariete quaſdā ſyllabas ſcribentē. Qua uiſione turbatus cōuocauit magos atq; chaldeos:& oē genus ſimiliū quod iter barbaros ſomnia & hmōi ſigna diſcernere ꝑualebāt: ut ei q̄ fuerāt ſcripta mānifeſtarēt. Cūq; magi nihil penitus ſuenire neq; ītelligere ſe poſſe dicerēt ī anguſtia rex cōſtitutus:& multa triſtitia propter hāc ſic inopinabilē cām:in oī prouincia ꝑdicari fecit ut qui litteras illas & q̄ ꝑ eas ſignificarētur poſſet exponere:ei torquē aureā:ueſtēq; dari purpureā ſicut regibus chaldeis mos erat uti:& tertiā partē ei ſui piter principatus offerret. Quo facto:dū multi magi cōcurrerēt:ut ꝓpoſitā mūificētiā regis haberēt:inuētionē aut ſignificationē litterarū nequaq̄ inuenire poterāt. Dūq; regē uideret in anxietate ſua auia cōſtitutū, cepit eū cōfortare ac dicere:eo q; eſſet qdā de itu dea captiuus ex eorū genere quos deduxerat nabuchodonoſor cū hieroſolymā deuaſtaſſet:cui nomē erat Daniel:uir ſapiens et argutus ut poſſit res iuenire difficiles et q̄ ſoli deo nota uiderent:q; ēt nabuchodonoſor regi cū nullus alter potuiſſet dicere qbus egebat: ad agnitionis lumē adduxerat quod q̄rebat adiiciens:ut eū euocaret & peteret:q̄tenus de litteris eo narrāte cognoſceret:quod nullus poterat ſuenire:ſi triſte aliquod ſignū ſignificaret a deo. Hæc audiēs Balthazar:Daniel ad ſe uenire ꝑcepit. Cui cū dictū fuiſſet de eo:eiuſq; ſapia:qa ſanctus ei ſpūs ieſſet:& ſolus ſuenire poſſet:q̄ alii nec mente cōceperāt:poſcebat:ut ei q̄ ſcripta fuerāt & q̄ ſignificare poterant īdicaret. Quod ſi faceret: purpura ueſtiendū:& torquē aureā circa collū eius dādā eſſe ꝓmiſit:iſup ei & tertiā partē regni ꝓ honore ſapiæ cōferēdam ut ex eis ī ſignis uidētibus appareret. Quo facto:Daniel dōa qdē eū retinere apud ſe dixit:ſapiētiā nāq; & diuinitatē ſine ſuffragiis ſemp exiſtere:& gratis prodeſſe querētibus:ea uero q̄ ſcripta uidebant ei ſignificaturū ſe eē ꝓmiſit:dicens:hæc eius uitæ indicare ſubuerſionē:eo q; neq; ex his ex qbus parēs eius ꝓpter iniurias dei fuerat caſtigatus, ille didicit eē pius & nihil ultra humanā cogitare naturā: qñ & Nabuchodonoſor mutatus in beſtiā ꝓpter ea q̄ impie geſſerat:poſt multas p̄ces ac ſupplicatiōes miam potuit ꝓmereri:& ad humanā redire cōuerſationē:ac regna pri ſtina repare:q; ꝓpter hæc ſolū deū oēm habere uirtutē & humāo generi ꝓuidere donec aduxit aſſeruit. Tu inqt obliuionē hor̄ habēs multūq; diuinitati blaſphemās:in eius uaſis una cū tuis cōcubinis tibi miniſtrari feciſti. Quæ uidens deus & iratus:ꝑ ea q̄ ſcripta ſunt ꝓnūciauit:q; tibi terminus ſit futurus. Illæ uero litteræ deſignabāt hæc. Mane qd̄ latina lingua ſignificare pōt numerū:qa uitę inqt tuæ deus tēpus & regni dinumerauit: & paruū tibi ſuperesſe decreuerit. Techel & idē hoc ſignificat pōdus. Apponderās inqt deus tuæ uitæ tēpus:iā illud declinare pronunciat. Phares ſed & hoc fragmentū ſignificat lingua romana. Frangit inquit deus regnū tuū:& mediis illud pſiſq; diſtribuit. Cūq; daniel hæc indicās:dixiſſet q̄ fuerāt ī pariete cōſcripta balthaſar eqdē regiā triſticiā q̄lis poterat ꝑ tātæ calamitatis ſignificatiōe ꝓuenire detinuit:nō tñ ꝓphetę q̄ſi malarū rerū indici dona q̄ ꝓmiſerat denegauit:ſed cuncta cōceſſit:cogitans:qa illa quidē ꝑ qbus darentur propria eius:& non prophetātis eſſent:illum uero qui hæc uere diſcreuerat uirū bonum dicebat ſimul & iuſtum. Igitur nō poſt multum tēporis & ipſe eſt captus:& ciuitas cyro perſarū regi aduerſus eum fortiſſime dimicanti tradita. Balthaſar enim is eſt ſub quo capi contigit babyloniam:cum regnaſſet iam decem et ſeptem annis:nepos nabuchodonoſor regis:cui talem fuiſſe terminum percepimus. Darius autem Aſtiagis filius:q babyloniorū principatū deſtruxit cū Cyro cognato ſuo:annū habebat ſexageſimū ſecundū:cū babylon fuiſſet inuaſa:qui tñ alio noie uocabat a grēcis:quiq; danielē ꝓphetā ſumēs ad ſe in mediā duxit et oī honore eum celebrauit: eratq; unus inter tres Satrapas quos Darius ſuper trecentos ſexaginta Satrapas inſtituerat. Cap. XIIII.

Aniel itaq; dū eēt apud darium i honore pręcipuo: ita ut quasi soli cūcta uideręt
d esse cōmissa: inuidie apud cęteros crimine laborabat. Mordent enī: qui quosdam
apud principes plusq̄ se ualere conspiciūt. Et dum quererēt occasionē: & deroga
tiōis fomitē: uidētes eū apud dariū eē probabilem nullam inuēiebant causam. Nam dū
esset & sup thesauros & oē suffragiū oblatum a quocūq; despiceret: cui turpe uidebatur
aliquid ēt pro bonis rebus accipere nullā criminis cām accusatores inuenire faciebat. Illi
uero cum nihil haberēt quod contra danielē dicērent: regio eum possent honore priuare,
alium quesiuere modum: quo eum minorē apud gratiam regis ostēderēt. Vidētes nāq;
eum tertio in die orantē ad deum: occasionē se inuēisse putauerūt: p quā pderēt danielē.
Et uenientes ad darium nūciauerūt ei: quia satrapis & eius principibus placuisset: ut tri
ginta diebus populus requiesceret: quatēus neq; ipsum aliquis neq; deos eorum adiret:
similiter nec exoraret: & horū siquis sentētiam transcēderet in lacū leonum pīturus ictu
derē. Rex aūt eorum nequitiā non intēdēs: nec hæc quoq; contra danielem arbitratus
facta molimina: dixit placere sibi quę ab eis decreta uidebant: & eoꝝ sentētiam confir
mare promisit: proposuitq; decretum i populo: quod satrapū placita designabant. Et cę
teri quidē iussa custodiētes ue trāscēderēt q̄ pcepta uidebant a rege quiescebant: danieli
uero nulla fuit in istis cura: sed ut erat solitus: stans deū cūctis ispiciētibus adorabat. Sa
trapæ occasione sumpta: quā cōtra danielē inuenire querebant: mox uenerūt ad regem
accusantes tanq̄ solus Daniel eius præcepta transcēderet: quia dū nullus alter apud eos
orare præsumeret: quod nō quidē ꝓpter īpietatē: sed ꝓpter custodiā fieret pceptorū ille
cōtēnens pcepta: ad suū oraret deū. Credētes eteni: qa ꝓpter magnū fauorē quo eū da
rius diligebat: ēt illoꝝ decreta contēnens danieli ueniā daret: in hoc potius habētes inui
diā: magis instabant: & ad nullā mansuetudinē recedebāt: sed eū secūdū legē datā in la
cū leonū ꝓiciēdū esse poscebant. Speraus aūt darius quia eū eriperet deus: & nihil a be
stiis sustineret aduersum: cōsolabat eū ut fortiter ferret euentū. Rex itaq; dū fuisset i lacū
missus daniel: signato lapide: q pro ianuis in eius positus erat ore discessit: & incoenatus
totā noctē duxit in somnē: mestus & ꝓ daniele nimis afflictus. Die uero facto: surgēs ue
nit ad lacū & inueniens eū sanū: signaculū quo lapidem obsignauerat aperiēs: clamauit
uoce magna daniel: reqrens si sanus eēt. Quo respōdēte regi: qa nihil passus fuisset mali
iussit eū repēte de lacu protrahi bestiarū. Inimici ergo uidētes nihil mali ptulisse daniele
dicebāt regi: nō eū diuina ꝓuidētia custoditū: sed saciatos leōes corpus eius cōtigere no
luisse. Ille uero eorū nequitiā uidēs: iussit leōibus multas carnes apponi: eisq; saciatis ini
micos danielis in lacū præcepit imitti: ut si reuera p sacietatē ad eos minime leones accē
derēt: hoc apte cognosceret. Quo facto & satrapis i lacū depositis: dario manifestatū ēt
qa diuinitas saluauerit danielē. Leones. n. nulli eorū penitus pepercerūt: sed oēs pariter di
scerpserūt: quasi rapida fame pleni: & nulla cibi copia recreati. Arbitror enim qa nō fue
rūt ad hoc fame ꝓuocati leones: q utiq; pauloante uidebant carniū abūdantia saciati:
sed hominū nequtia ēt irrationabilibus erat alalibus manifesta: simul & qa dei uoluntate
uocabant ad pœnā. Peremptis itaq; hoc mō daniel inimicis: rex clarius quod actū fue
rat diuulgauit i oī puicia: laudās deū quē daniel colebat: eūq; uerꝝ & oipotētē asserēs eē
solū. Habuit āt ēt daniel i honore pcelso: principē eū suoꝝ faciēs aicoꝝ. Cū ergo daniel
sic eēt i signis & clarus: eo q; religiosus existeret: edificauit i echbathānis medie mansoleū
ualde pclaꝝ: & mirabilē nimis īstructū: qd eqdē nāet hactenus & uidētibus credit nup
edificatū: ita ut ea die q̄ cōspicit putet eē constructū. Sic eius pulchritudo noua uidet:
& solida: nullaq; senectute tā magni tpis lōgeuitate cōfecta: cū eadē edificia q̄ ubi hoies
spacianē: & ad uetustatē ueniāt: & sua fortitudine longeuitate carcant: ac ꝓprii decoris

amiſſiõe marceſcãt. Hactẽus enĩ ſepeliunt̃ ibi medoꝝ reges abſq; pſaꝝ piter & pthorũ & cui hæc cura cõmittit̃: ſacerdos eſt iudeoꝝ: & hoc ſit uſq; ad pſens tps. Dignũ eſt enĩ de daniele dici quod maxie qlibet audiẽs debeat admirari. Qui dũ mirabiliter & quaſi uno quodã loco maxio poſitis oĩa ꝓphetaſſet: & uitę ſuę tpe apud reges & plebẽ in honore fuit: & gloriã & memoriã poſſidẽs ſempiternã. Oẽs itaq; libri quoſcũq; cõſcribẽs dereliqt: leguntq; hactenus apud nos & ex his credimus: qa danieli loquebat̃ deus. Non ſolũ enim futura ſicut alii quoq; ꝓphetæ p̃dixit: ſed ẽt tps definiuit: quo hæc neceſſe ſit adimpleri. Prophetis nãq; prioribus mala dicentibus: & propterea a regibus & populo nõ bene ſuſceptis: daniel bonarũ rerũ ꝓpheta fuit apud eos: & ꝓpter famã rex: quas p̃dicebat: fauorẽ uidebat̃ habere cũctoꝝ: ꝓuentũ uero cauſaꝝ ueracius acqrebat dictorũ fidẽ & opinionẽ diuinitatis hẽbat in populo. Reliqt. n. nobis ex his q̃ conſcripſit: uñ integritas eius ꝓphetiæ: & nulla mutatio poſſit agnoſci. Ait. n. qa cũ eẽt in ſuſis in metropoli pſide: cũ ſuis ſodalibus exiuit in cãpũ: & repente terremotu facto: relictus ſit ſolus: amicis eius per diuerſa diffugientibus: cõturbatuſq; in faciẽ ſup ambas ceciderit manus. Tum quodã tangente eũ: & inter hæc ut ſurgeret imperãte: quatenus ea quæ erãt poſt multas generatiões ciuibus euentura cõſpiceret: dũ ſurrexit oſtẽſum ſibi dixit arietẽ magnũ multa quidẽ cornua hñtem: nouiſſimũ uero eorũ p̃celſum: deinde reſpexiſſe quidẽ ad occidentẽ: & uidiſſe hircũ exinde ferri p aerẽ: congreſſuq; arieti: & eũ ſecundo cornibus impetu ꝓſtrauiſſe in terrã: & undiq; conculcaſſe deinde ſe uidiſſe hircũ de frõte cornu maximũ ꝓduxiſſe: quo facto: orta ex eo loco cornua quattuor: & ad uentos ſingulos eſſe cõuerſa: inter q̃ aliud puuſũ ortũ fuiſſe cõſcripſit. Quod dũ creſceret dicebat deus q hæc mõſtrabat: hoc expugnatuꝝ fore eius gẽtẽ: & ciuitatem fortiter eẽ capturũ tẽplumq; concrematuꝝ: & ſacrificia fieri ꝓhibiturum diebus mille: ducẽtis: et ſexaginta ſex. Hæc qdẽ i cãpo q ẽi ſuſis Daniel ſe uidiſſe cõſcripſit: & tali mõ deũ ſibi hãc apertiſſe viſionẽ expoſuit: arietẽ qdẽ regnũ pſarũ & medorũ ſignificare dicẽs: cornua: eos q regnaturi forẽt: uouiſſimũ uero cornu ſignificare dicẽs ultimũ regẽ: & hũc dimitiis & gloria prioꝝ eſſe p̃cipuũ. Hircũ aũt ſignificare narrabat: qa aliqs de græcis regnaturus eẽt: q ſecũdo cõgreſſus aduerſus pſam: eũ bello deuinceret: & oẽm gloriã eius principatus auferret: & maximo cornu qd̃ erat in hirci frõte primũ ſignificari regẽ et orũ q̃ttuor cornuorũ illo cadẽte: q ad q̃ttuor ptes terrę uidebat̃ aſpicere: ſucceſſionẽ uniuſcuiuſq; poſt obitũ primi regis dixit annũciare: et diuiſionẽ regni iter eos eẽ faciẽdã: dũ ille prior nec filios: nec cognatos habiturus eẽt: multiſq; annis i terra ꝙ orbe eẽt regnaturus: & ex eis quẽdã oriri regẽ: & expugnaturũ gẽtẽ eius: & leges atq; cõuerſationẽ pariter ablaturũ: & tẽplũ depcaturũ: & ſacrificia celebrare tribus annis eẽ ꝓhibituꝝ. Et hęc utiq; gẽs noſtra ſuſtinuit p Antiochũ q appellatus ẽ Epiphães: hoc ẽ p̃clarus: ſicut uidit Daniel & aũ multos cõſcripſit: q̃ oĩa illi deo ſibi mõſtrãte cõſcribẽs reliqt: uti legẽtes & q̃ iã ꝓuenere cõſiderãtes: credãt i honore diuino fuiſſe danielẽ: & p hęc q̃ ſunt ita ueriſſima epicureos errare cognoſcẽt: q & ꝓuidẽtiã uitę negãt: & deũ res humanas curare nõ exiſtimãt: neq; a btã icorruptibiliq; ſubſtãtia p ſtabilitate cũctoꝝ gubernari iudicãt uniuerſa: ſed hũc mundum ſine rectore: & ſine cura aliq̃ ferri ſpõte cõfirmãt. Quę ſi ita ſunt ſine p̃ſule: ſicut naues gubernatoribus deſolatas uẽtoꝝ uiolẽtia ſubmergi cõſpicimus: aut currus ſine agitatore cõfringi: ita & mũdus ſine ꝓuidẽtiæ regimine oli potuit deiici & pire q̃ſſatus Ego itaq; ut daniel dicta hæc reſpiciẽs: ualde puto a uera opiniõe recedere eos q nullã ꝓuidẽtiã humanarũ rerũ dicũt habere deũ. Non enĩ ſi hęc ſpõte gererẽt̃ ſecũdũ illius ꝓphetiã oĩa ꝓuenire cõſpiceremus. Ego ſiqdẽ ut de his ſueni & legi: ita cõſcripſi. Siqs autem uult opinionẽ aliã ſeq: crimẽ ꝓ diuerſa ſnĩa non habebit.

INCIPIT LIBER.XI.ANTIQVITATVM:QVI CONTINET TEMPVS ANNORVM.CCLIII.MENSIVM.V. CAP.I.



Rimo imperñ anno regis perſaꝝ cyri:Qui ſeptuageſimus cõcurrebat:ex die quo noſtrũ populũ cõtigit ex ꝓpriis finibus ad babyloniã migrare:miſeratus ẽ captiuitatis deus:et illius calamitatis infœliciũ iudeoꝝ: et ſicut ꝑ Hieremiã ꝓphetã añ ꝑdixerat q̃ ciuitas eueteret: poſtq̃ ſeruierũt Nabuchodonoſor:et nepotibus eius:et hanc ſuſtinuerũt ſeruitutẽ ꝑ ãnos fere ſeptuaginta, rurſus eos ad ꝓpriã reſtituit terrã:et tẽplũ reedificare et ꝑterita ſrui fœlicitate decreuit. Concitãs igit̃ aũm cyri:fecit eũ ꝓ oẽm aſiã ſcribere. Cyrus rex hęc dicit. Quõ me maximus orbis terraꝝ deus regẽ cõſtituit:credo hũc eẽ quẽ genus iſrahel adorat. Is.n.& meũ ꝑdixit nomẽ ꝑ ꝓphetas:quõ tẽplum eius edificaturus eſſem in hieroſolymis in terra iudea. Hęc aũt cognouerat Cyrus legens librum quẽ inter ſuas predicationes iſaias reliquerat ante ducenteſimum & decimum annum. Sic enim in archano ꝑdicauerat dixiſſe deũ. Quõ uolo cyrũ quẽ multarũ & magnarũ gentiũ regẽ cõſtitui mittere populũ meũ ad ꝓpriã terrã: & tẽplũ mihi conſtruere. Hęc iſaias ꝑdicauerat:ante annos cẽtũ.xl. deſtructiõis tẽpli. Quæ dũ legeret Cyrus:et miraret̃ nomen dñi ĩpetus eũ qdã accepit:ut magnificã ſcripturã ĩpleret. Cõuocãs aũt clariſſimos iudeorũ:q babyloẽ habitabãt:dixit ſe cõcedere ad ꝓpriã iudeos remeare ꝓuinciã:et ciuitatẽ hieroſolymã: et templũ dei reconſtruere ſe eos.ſ.adiuuante. Tunc ſcripſit ſuis ducibus illius terræ uicinis:ut aurum conferrent et argentũ ad tẽpli renouationem:inſup ad immolandũ pecora. Hæc cyrus cum iſraelitis dixiſſet:egreſſi duarum tribuũ principes:iudæ ac beniamin:una cũ leuitis & ſacerdotibus:ad hieroſolymã puenerunt. Multi uero reſiderũt babyloniæ:minime paſſi poſſeſſiones ſuas relinquere. Quo dũ ueniſſent:oẽs amici regis adiuuabant eos:& conferebant ad tẽpli renouationẽ:alii aurũ:alii argentũ:quidã aũt & equos: ac iumentorũ multitudinẽ:& uoca deo reddebant:et conſtitutas ſecundũ ueterẽ cõſuetudinẽ ĩmolationes celebrabant:tãq̃ recreatã et antiquã religionis conſuetudinẽ rediuiuã. Tranſmiſit ẽt Cyrus uaſa dei:q̃ auferens a tẽplo Nabuchodonoſor ad babyloniã uſq; portauerat. Quæ reuehenda tradidit mitridati cuſtodi ſuorũ theſaurorũ ꝓcipiens ea dari ſeruandã abaſſaro: donec tẽplũ redificaret̃: ꝓfecto aũt eo:traderet ſacerdotibus & principibus uulgi reponenda in tẽplo. Direxit ẽt epiſtolã rex cyrus aſſyrię ſatrapis:hanc cõtinentẽ. Rex cyrus ſiſinnio:& ſatrabanę ſalutẽ. Iudeos terrã meã inhabitantes q uoluerunt ad ſuã patriam redire:pmiſi:& ciuitatẽ renouare tẽplũq; dei in hieroſolyma rurſus edificare ĩ eodẽ loco in quo prius fuerat conſtitutũ. Miſi aũt & mitridatẽ pecuniarum mearum cuſtodẽ:& Zorobabel principem iudeorũ:ut fundamenta reſtituant:templũq; recondant. Cuius altitudo ſit cubitorũ ſexaginta:eorundẽ & latitudo & faciant tres parietes lapideos ex lapide polito:& unũ parietẽ ligneũ ex materiis ipſius ꝓuinciæ:ſimiliter & altare:ſuper quod immolent deo. Sumptus uero de meis in his oĩbus uolo fieri. Tranſmiſi ẽt uaſa q̃ de tẽplo rex Nabuchodonoſor abſtulerat:tradens ea mitridati pecuniarum cuſtodi:& Zorobabel principi iudeorũ:quatenus ea ad hieroſolymã reportent: & tẽplo dei reſtituãt. Quorum numerus eſt tantus. Refrigeratoria aurea.l. argentea.lx. ſirulę aureę.l. argenteæ quingentæ: libatoria aurea triginta: argentea duo milia: patere aureæ quadraginta: argenteæ quadringentę:& uaſa alia maxima mille. Concedo ẽt eis honorẽ quo potiẽbant̃ parentes eorũ:ꝑterea pro iumentis:& uino:& oleo:dragmas ducentas:qnq; milia quingentas:& ad ſimilã tritici:uigintiquinq; milia:quingentas artabas: q̃ iubeo

ꝓberi de tributis ſamarię faciantq; ei imolationes in hieroſolymis ſacerdotes ſecundum leges moſaicas: et offerentes ſupplicent deo pro ſalute regis & generis eius: ut regnum ꝑſarū ꝓmaneat. Eos uero q hæc contẽpſerint uel infirmauerint, iubeo crucifigi: ſubſtantiaſq; eorū eſſe regales. Et epiſtola qdē hac habuit. Hi aūt q ex captiuitate ad hieroſolymā conuenerunt: fuerūt milia quadraginta duo: q̄dringenti: ſexaginta. Quō ꝓhibuerūt eos præſides regis: templum reedificare impedientes. Cap. II.

Ed dū mitterent tẽpli fundamẽta: & nimis circa edificia feſtinarent: coēs in circui
f tu gẽtes: ꝑſertim cuthei quos a medea & ꝑſica terra Salmanaſar rex aſſyriorum migrans: habitare fecit ſamariā: cū exinde populū iſrael tuliſſet, petebāt ſatrapas et eos q edificia curabāt: ut ꝑpedirent iudeos ne inſtaurarēt ciuitatē tẽplūq; cōſtruerēt q pecūiis corrupti uendiderūt cutheis negligẽtiā et ſocordiā edificationū. Hæc Cyrus ad bella occupatus ignorabat q exercitū ducēs cōtra maſſagetas uita priuatus ē. Cap. III.

Ambiſe aūt filio Cyri principatū ſuſcipiẽti: q in aſſyria: & phœnice: & amaniti
e de & moabitide ac ſamaria morabant: epiſtolā mittunt hæc cōtinentē. Domine ſerui mirabimur oia accidẽtia ſcribẽtes: & Semeli⁹ ſcriba: & curia ſyrię: iudiceſq; phœnice. Cognoſcere te rex oportet iudeos q ad babyloniā deducti fuerāt ad nos rediſſe & ciuitatē rebellē ac maliuolā acſora eius: ac muros edificare templūq; reconſtruere. Scito aūt his perfectis: neq; tributa eos pati reddere: neq; obedire: ſed ēt regibus reſiſtere: & magis ſperare q̄ obſeq feſtinare. Dum ergo edificatur tẽplū & fieri feſtinatur optimū nobis uiſum eſt: reſcribere tibi quatenus monumenta parentū tuorū inquiras: in q̄bus inuenies rebelles iudeos & regibus inimicos: ideoq; ciuitatē eorum fuiſſe deſtructā. Propterea uiſum eſt uobis & uobis certū facere quod fortaſſis neſcit: quō ſi ciuitas renouata: & undiq; muris munita fuerit: uia tibi claudet ad inferiorē ſyriā & phœnicē. Poſtq; uero cambiſes hāc legit epiſtolā: natura maliuolus exiſtēs mouet: & ſcripſit hęc dicēs. Rex cambiſes rathimo accidẽtia ſcribẽti: & belleſemio: & ſemelio ſcribe: & reliqs cōſtitutis & habitantibus phœnicē & ſamariā: hęc dicit. Legens miſſos a uobis apices: iuſſi parentū meoꝝ inquiri uolumina: & inuenta eſt ciuitas inimica regibus ſemp exiſtere: & ſeditiones: ac bella habitatores eius cōmouiſſe: regeſq; eorū cognouimus potenter & uiolenter tributa inferioris ſyrię & phœnicis exegiſſe. Igit̄ ꝑcipio minime cōcedi iudeos ciuitatē edificare: ne plus creſcat eorū malitia: qua ſemp contra reges uſi ſunt. Cū has litteras legiſſent Rathimus & Semelius ſcriba & q cū eis erant: ſtatim eqs deuecti: ꝑpere ad hieroſolymā ducentes ſecum multitudinē, aduenerunt: & ciuitatē & tẽplum edificare iudeos uetabant. Quę qdē opa p annos nouē ſunt impedita: uſq; ad ſecūdū annū darii regis perſarum. Nam cambiſes ſex annis regnauerat. Qui cum ſubiectis egyptiis reuerteret: defunctus eſt in damaſco. Cap. IIII.

Oſt magorū uero interitū: q defuncto cambiſe principatū perſarū tribus annis
p tenuerunt: hi qui ſeptē domini nuncupant apud ꝑſas: filiū Iſtaſpis Darīū regem ordinauerūt. Qui dū priuatus eſſet deū orauit: & ſi fieret rex: oia dei uaſa quanta babyloniæ inuenirent: ad tẽplū hieroſolymitarū mittere ſe promiſit. Contigit aūt eodē tpe ꝑficiſci Zorobabel ducē captiuorū iudeorū ab hieroſolymis ad darīū: q regi quondā amicus extiterat. Vnde ēt corporis eius cuſtos cū aliis duobus dignus iudicatus: quē ſperauerat honore potitus eſt. Primo uero ꝑerii anno: Darius ſummo apparatu cœnā exhibuit amicis: & uernaculis ſuis: et ſatrapis ꝑſarū: & ꝑfectis indiæ: & ethiopię: magiſtratibuſq; centū uigintiſeptē prouinciarū. Cū aūt cōpletis dapibus unuſquiſq; ad dormiendū rediſſet: rex Darius ad cubiculū ueniēs: paucū noctis reqeſcens: expergefactus quod noctis reſtabat: reliquū inſomne ꝓtraxit: ſermonēq; ad tres corporis ſui cuſtodes

conuertit:promisitq; summo honore fulciendū q eius interrogationi sapienter et uere re spondere ualuisset: et uestimento purpureo indui et in poculis aureis bibere et sup aurū dormire curruq; frenis aureis ornato et cidari bissina ac torq; aurea uti et post seipm se dere ꝓpter sapientiā:affinēq; suū esse uocitādū.Cū igit hæc illis doda ꝓmisisset primū consuluit utrū fortius sit uinū secundo utrū rex tertio utrū mulieres aut si his oibus ma gis fortior sit ueritas.Has cum illis ꝓposuisset qōnes requieuit. Lucescente autē die cō uocauit oēs magistratus:& satrapas:& præfectos psarum:& medorū : sedensq; in solio quo solebat:unūquēq; corporis custodē corā oibus iussit ꝓnunciare: qd eis de ꝓpositis questionibus uideret. Tunc primus excellentē uini fortitudinē ostendēs ait. Cum uini fortitudinem cōiicio:omnia id hoc modo uincēs inuenio. Nam mutat & decipit biben tium mentes & aios . Reges etiam pupillo & infanti similes facit:seruo quoq; ac libero audaciā cōcitat pauperes diuitibus similes pat.Cōuertit eni & reformat aias:& calami tatibus cōpressas reficit:mesticiā extinguit:alienaq; debitores pecunię ad oblitionē ꝓ ducit:ita disponēs eos:ut se oibus ditiores putēt:nihilq; tale loquant:sed memores diui tiarū:fœlicibus utant uocabulis:& reges magnatusq; contēnāt. Amicos; quoq; solitā expellit memoriā.Nam scit hoies ēt cōtra amicissimos armare:societates dissoluere:& ad sobrietatē cū per noctē uino relinquēte pucnerint:excitant nihil penitus de his quæ in ebrietate cōmiserunt cogitantes . Hæc ergo cōsiderās oibus fortitudinē uini cōperio potiorē:& uioleter oia uincētē. Postq̄ hæc primus q̄ dicta sunt de fortitudie uini disseru it, secūdus dicere cœpit de regis fortitudine:oñdens eū superiorē ac potentiorē his quę ualida dicunt. Modū aūt ꝓbationis hinc assumpsit: et dixit.Dum oia sub hoium coer ceantur potestate: qui maria ac terras cogunt competenter sibi seruire: etiam ipsi ho mines sub manu regū ac potestate degūt.Qui ergo sup tā potens et ualidū animal do minant:cur nō insuperabiles illi uirtute ac fortitudine iudicent.Illi et bella:et pericula subiectis iponentes audiunt et eos contra inimicos dirigentes propter suā fortitudinē habēt obedientes montes quoq; dirui muros ac turres deponi iubentes p̄terea occidi ac interfici faciūt ne regū p̄cepta transcendere uideant.Vincentes aūt p̄dā quā ipsis abstu lerint bellis regi reportant.Hi quoq; q non militant sed terrā colunt arantes cum plabo rauerint:et oēm operū miseriā tolerauerint: messem facientes:ac fructus colligētes: tri buta regibus offerunt:et quod uel dixerint uel iusserint sine dilatione cōplet.Qui cum oi luxuria uel libidine saturati dormierint: aliis uigilantibus custodiunt:tāq; ipso timo re uicti:minime auderent dormiente relinq̄re uel discedere: ac sibi ꝓuidere:sed unū opus hoc existimant necessariū:ut ꝓmanentes custodiant regē.Cur itaq; non uidet rex cun ctos fortitndine supare:cui tot populi obsecundare p̄cipiunt.Isto quoq; tacēte de mulie ribus & ueritate tertius zorobabel cœpit docere dicēs.Sic eqdē forte uinū & rex fortis est:cui omnes obediūt:sed his potētior pulchritudo mulieris existit.Nam regem enixa mulier ad uitā edidit:& eos q uites plantauerunt unde ꝓfluit uinū:mulieres creauerūt & aluerunt.Nihil aūt est:quod nō ab his habemus.Nā & uestes nobis ab his texunt: & domus nostræ p has curant atq; seruant:& non possumus a mulieribus segregari.' Sed ēt aurū multū & argentū si possideamus:& qcqd aliud fuerit p̄ciosum & industria dignū:cū uidemus decorā mulierē:oia relinquentes speciē eius obstupescimus:& pari mur oia cōcedere q̄ possidemus ut desiderata pulchritudine potiamur:patres & altricē terrā:sæpius & amicos obliuiscimur ꝓpter uxores:& animas una cū ipsis perdere non timemus.Sic ergo p̄cipue cōsiderate mulierū fortitudinē.Nōne laborantes & oēm tol lerātes miseriā p marc ac terrā:cū aliqd p labores acquirimus:totū offerētes uxoribus: tanq̄ dominis tradimus.Regē quoq; uidi aliquando tantorū dominū a filia Rabezaci

Thermasi nomine Apama cōcubina eius alapis pcutit: & dyadema tollentē capitis eius sibimet imponentē: et hęc oia tollerantē ridebatq; cū illa risisset: et cū irata fuisset mesti cia confusus: blandimentis placauit mulierē: rogans eā & se nimis humilians: si quando tristē uidisset. Post hęc inuicē respicientibus satrapis & ducibus. Itē Zorobabel dispu tare de ueritate cœpit: euidēter qdē oīdens: quātū mulieres fortes existūt: debiles tn̄ & istę: simul & rex ad cōparationē ueritatis apparent. Nā si terra maxima est & cœlū al tū & uelox: hæc oia uolūtate dei mouent. Verus aūt deus & iustus est: & ex eadē causa oportet ueritatē fortissimā iudicari q; nihil contra eā iniquitas ualet: insup & cętera qdē quæ fortia uidentur mortalia & citius deficiētia ꝓbantur. Veritas āt & imortalis est & sempiterna: nobisq; nō & pulchritudinē tpe tabescētē accōmodat: neq; substantiā cari bus auferēdā: sed iusta & religiosa discernēs ab his quæ iniusta uel iniqua monstrantur. Cū terminasset zorobabel de ueritate sermonē: laudante multitudine optime eū dixisse quō ueritas fortitudinē imutabilē & nō senescentē sola possidet iperauit ei & rex petere ꝑter ꝓmissa quæ uellet: nā præstaturū se dixit: eo q; sapiētior et prudētior aliis apparuis set. Iussitq; ēt secum eū sedere: & affinē uocari. Tūc zorobabel ammonuit eum ut uotū quod deuouerat si regnum perciperet, adimpleret. Votum autem quod ꝓmiserat hoc erat redificare hierosolymam: templumq; construere: et uasa restituere: quæ auferens Nabuchodonosor ad Babyloniam portauerat: et dixit hanc eē eam petitionem quam nunc me iubes poscere: propter quod iudicatus sum prudēs ac sapiēs. Rex aūt in hoc lę tatus surrexit: et eū osculatus: Toparchis et Satrapis scripsit ꝑcipiēs ut deducerēt zoro babel: necnō et eos q ad tēpli renouationē cū eo ꝓfecturi essent. Præterea mandauit sy riæ ac phœnicię magistratibus ligna cedrina a lybāo decisa hierosolymā trāsmittere: et cū eis recōdere ciuitatē. Scripsit ēt liberos esse oēs iudeos: qui a captiuitate redierunt ad terrā iudeā: prohibuitq; Satrapas & curatores suos iudeis opera imperare regalia. Sup hæc ꝑcepit & oēm terrā quā colere ualuissent: sine tributis eos possidere: iussitq; ēt idu meos & samaritas: & eos q humilē syriā habitabant: reddere uicos iudeorū quos tene bant insup ad tēpli edificationē quinquaginta milia dari talenta mandauit: sacrificare quoq; eos legitimas īmolationes ꝓmisit: oēm aūt ipensam & sacrā uestē qua seruiunt in tēplo principes sacerdotū & reliqui sacerdotes a leuitis instrumenta in quibus domino cārent: de suo fieri ꝑcepit: custodibus quoq; ciuitatis & tēpli: iugera terræ per singulos annos: & pecunias statutas ad necessaria uitæ dari decreuit. Transmisit ēt uasa: & oia q̄ Cyrus ante ipsum de iudeorū restitutiōe facere uoluit: eadē Darius definiuit iplere. His oībus a rege donatis: zorobabel exiēs de regia domo: respexit sursum ad cœlū & cœpit agere deo gratias sapientię: ꝑ quā uictoriā dario ꝑsente peeperat dicens. Nequaquā his dignus fuisset: nisi te domino propicio. Ita deo gratias agens de ꝑsentibus: petebat ut ei in futuris adiutor existeret. Peruenit aūt ad babyloniā: & contribulibus suis regis man data patefecit. Audientes illi deo gratias offerebant: q eos patriæ fuę restituebat: & ad potū cōuiuiaq; cōuersi: ꝑ septē dies summa letitia fruebant: restaurationē regressionēq; patrię festiua gratulatione celebrabāt. Postea oēs principes tribuū ad hierosolymā ꝓ fecturi cū uxoribus & filiis ac subiugalibus elegerūt homines darii: quos cū eis rex usq; ad hierosolymā destinauit: & cū letitia & iocunditate cū cātibus tibiisq; ac sonantibus cimbalis ibant. Prędebat aūt eos et reliqua multitudo iudeorū cū ludis. At illi ad hie rosolymā conscendebant: ab unaquaq; patrum tribu certus numerus existēs. Sed mihi minime uisum est noīa patrū recensere: ne legentiū animos a rerū consequentia suspendēs: obscurā illis facerē narrationē. Septuaginta cantatores et cantatrices ducentę. xlv. cō scendūt: cameli quadringenti. xxx. Sūma uero multitudinis euntiū: q circa duodecimū

annũ ętatis habebãtur:ex tribu iuda et beniamí:fuerũt q̃ter mille mília:et ſexcẽta .xx. et octo mília leuite.iiii.milia.lxx.Mulierũ aũt íſantũq; cõmixtim corpa fuerũt.xl.milia. ſeptingentí.xlíí. Prętер hos leuite cãtores fuerũt cẽtũ.xxviii.ianitores cẽtũ.x.ſeruí tẽplí trecẽtí nonaginta duo:inſup et alíí ſexcentí.líí.dicentes qdem ſe iſrahelítas:nullo mõ tñ ualẽtes ſuum oſtẽdere genus.Repulſi uero ſunt quidẽ a ſacerdotalí honore:quí uxores ſibí copulauerant alienigenas.Hí nec ſuũ genus dicere p̃ualebant:nec in generatione le uitarũ uel ſacerdotũ: q inuentí fuerunt quaſi qngentí.xxv.Mancípioꝝ uero multítudo ſequebatur eos q ad hieroſolymã pgebant: numero ſeptẽ mília trecẽtí.xxxv.ſubiugalia qnq; mília:qngentí.xxv. Dux uero dinũeratæ multitudínis zorobabel fuit:filius Salathiel:ex filíis dauíd genitus de tribu iuda:& Ieſus filius loſedech: princeps ſacerdotum: necnõ & Mardocheus:& Iſrebreus: q a populo príncipes fuerunt conſtituti & contule runt:auri qdẽ minas cẽtum:argentí aũt quinq; mília.Sacerdotes ergo & leuite pſq; totíus populí iudeoꝝ q̃ta ĩ babylõe fuit ita ad hieroſolymoꝝ: refidés ciuitatẽ íbidẽ habita uit:reliqua uero multitudo ad ſuas patrías díſceſſit.Cũq; ſeptíus ueníſſet menſis:ex quo de babylone egreſſí ſunt:mittens Ieſus príuceps ſacerdotũ:& zorobabel iudex cunctos ex ꝓuíncía hieroſolymís congregauit.Qui ſine dilatione cõſtruxerũt altare in loco quo príus edíficatum fuerat: & legítimas ſup ípſum hoſtías obtulerunt ſecundũ legẽ Moíſi. Dumq; hęc facerẽt:gẽtes offendebantur uícinæ quę eis odioſę erant.Celebrauerunt aũt íllo tempore díes tabernaculorum:quemadmodum legíſlator Moíſes pręceperat.Prętерea et oblationes domíní : & quas dícunt endehelcíſmus : & hoſtías ſabbatorum : et omnium ſanctorum dierum ſacrificabant uota reddentes. A primo die ſeptimí menſis: cœperunt etiam renouare templum: multas pręſtantes pecunías lapídum ceſoribus et edificatoribus: ínſuper et alimenta operantibus míníſtrabant. Sydoníis uero leue et ſuaue uídebatur alíbano lígna cedrína deponere: quæ lígantes ín modum ratium : ad portũ loppe ttanſferebant.Nã ſic ante p̃ceperat Cyrus:ſed tunc iubente Dario fiebãt. Quę ſecundo anno ꝓfectionís iudeorũ ad hieroſolymã uecta ſunt menſe ſecundo:cũ et tẽplí renouatio urgeretur:et fundamẽtís reſtitutís ſuperedificaret a príma die ſequẽtís menſis anní ſecundí.Operibus uero p̃poſuerunt leuitas:uiceſimũ íam annũ ætatis agẽtes:et ieſum et filíos:et fratres eíus Obdoílum fratrẽ iudæ ex Aminadab:et fratres eius. Itaq; tẽplũ oí ſtudio fabricantibus eís q edificationẽ curabant propere conſumatio quã ſperabat euenit.Perfecto aũt templo: ſacerdotes cũ tubís:ornatí habítu ſoléní:& leuite & filíí Aſaph ſurgentes laudauerũt dominũ laudíbus quas Dauíd prímus eís oſtenderat.Cunq; ſacerdotes: & leuite:& ſeníores ꝓuínciarũ uetus recordarent tẽplũ ingentí magníficentía conditũ:& nouũ uíderent ꝓ ínopiã non ita conſtructũ:arbitratí quantũ ꝓterita fœlícitate minores exíſterẽt:tríſtes ac dolorẽ tenere mínime ualentes:ad lachrymas lamentationeſq; proruperũt.Populus uero ꝓſentia dilígebat: & de tẽplí edificatiõe letabat:qa nullã prioris memoríã faciens:nec antíqua cõparatiõe cruciabat. Vincebãt ergo tubarũ ſonos:& populí letitiã ſacerdotũ & ſenioꝝ lamentationes eo q; uídebatur mínor tẽplí conſtructio inſtitiſſe.Cũq; clangores tubarũ audíſſent ſamaritæ:odiũ erga tríbũ ludæ & Beníamín habentes:concurrerunt cãm tubæ uolentes agnoſcere:uídenteſq; q; captíuí iudei a babylone redeuntes:templũ edificaſſent: petierunt zorobabel: & Ieſum:& príncipes tríbuũ:ut ipſis quoq; ꝓmitteretur una cũ eís templũ renouare:& ín cõmune adorare.Nã non colímus dicebãt mínus ab íllís deũ:quõ & religíõís cupídí ex íllo tpe ſumus:ex quo nos hic Salmanaſar rex aſſyríus a Chutía & Media mígrauit. Poſtq̃ hæc ſunt locutí:zorobabel & Ieſus príncipes ſacerdotũ:& duces tríbuũ íſrael reſponderunt quidẽ ímpoſſíbile eſſe ſe eís cõícare:quõ ipſis pmiſſa eſſet tẽplí innouatio

prius quidē a Cyro:nunc aūt a Dario:adorare uero si uellent licere: & hoc solū illis esse cōmune:et oībus hoībus ueniētibus in tēplum adorare deū. Cū uero hoc audissent cutheī (nā hac appellatōe samaritę uocabant) indignati psuaserunt gentibus syrię petere suos satrapas eodē modo quo prius sub Cyro et cābise:ut cū ipsis tēplī renouationē p̄hiberent:festinantibus iudeis ne morā afferrent ac tarditatē. Per idē tēpus ascenderunt ad hierosolymā Sisinnius syrię ac phœnicie p̄fectus et sarobazānes cum aliis et interrogauerūt iudeos magistratus quis eis cōcessisset tēplū sic edificare ut magis castrū uideret eē quā templū uel cur porticus et ciuitatē tā munito circūdedissent muro. zorobabel & princeps sacerdotū iesus:seruos quidē se eē maximi dei dixerunt: hoc uero tēplū ipi deo quondā a rege suo fœlicissimo:& qui omnes uirtute uicerat fuisse cōstructum: multisq; ipsis pmansisse:sed cū sui patres iniquitatē corā deo gessissent, Nabuchodonosor rex chaldeos & babyloniæ sua potētia superans ciuitatē euertit:tēplūq; populatus incendit:& populū captiuum ad Babyloniā migrauit. Cyrus aūt qui post ipm psas & babyloniæ rex imperiū sumpsit:scripsit ut tēplū redificaret:& oīa quæ exinde Nabuchodonosor extulit ornamēta & uasa: Zorobabel & Mitridati custodi pecuniaq; tradidit p̄piens:ut hęc iterum ad hierosolymā reportarēt: & in pprio renouato restituerēt tēplo. Hoc enī mādauerat festināter fieri:iōq; sabassiriū ascēdere iussit ad hierosolymā: & opi faciendo omnimodis iminere. Qui postq̄ a Cyro litteras accepit: ueniēs studiose fundamēta deposuit:& ex illo tempore hactenus hoc cōstruxit:sed ppter malos inuidiā imperfectū adhuc remansit. Igitur si uultis ac pbatis: scribite dario:ut inqrat imperatoris monumēta:et inueniet nihil nos penitus fuisse mentitos. Hęc dicente zorobabel et principe sacerdotum: Sisinnius et qui cū eo erant edificationē uetandā iudicauerunt:donec regi dario significarent. Statim uero propter hęc ei conscripserunt. Tunc iudei timentes et exterriti:ne aliud q̄ prius iusserat regi uideret ad tēpli cōstructionē:fiduciā a duobus pphetis q per idē tps apud eos erant Aggeo et zacharia acceperunt: dicentibus nihil penitus a Persis durū esse metuendū:cū deus tēplū p̄dixerit innouari. Qui cum credidissent pphetarū sententiis edificationē curabant nullū p̄mittentes diē. Dario uero scribentibus samaritis:et accusantibus p epistolā iudeos:quia ciuitatē munirent:et tēplū castello magis simile q̄ tēplo construerent:et dicentibus non ea quæ fiunt ei pdesse:insup epistolas ostendentibus p quas cambises tēplī edificationē fieri uetuisset cognoscens rempublicā suā non esse tutam hierosolymis restitutis cum litteras legisset a Sisinnio & qui cum eo erant directas: iussit in monumentis regalibus de his inquiri:& inuentus est in echathanis constructa turre in regiōe mediæ codex:in quo hæc conscripta legunt. Primo iperii sui anno rex Cyrus iussit templū in hierosolymis renouari:cuius altitudo esset cubitos sexaginta:latitudo eorūdē ex tribus parietibus lapideis lapide polito:& ligneū parietē unum ex materiis ipsius regionis & altare. Sumptus aūt a rege fieri disposuit:& uasa q̄ abstulit Nabuchodonosor:& ad Babylōiā portauit reddi hierosolymitis. Quos cura sua sub Assaro syriæ & phœnice p̄fecto & magistratibus collegis eius iniunxit:ut ipsi qdē a locis illis recederēt: seruis uero dei iudeis & magistratibus eos tēplū edificare p̄mitterent. Iussit quoq; ut adiuuarent eos ad opera:& ex tributis puincię quā curabant darent iudeis imolationis cā thauros & arietes:& agnos ac edos & similā:oleūq; & uinū:& alia q̄cunq; peterent sacerdotes:ut orarent p salute regis atq; psarum: eos uero q mandata contēnerent:crucifigi p̄cepit:& eorū substantias regiæ domui deputare depcatusq; est orationibus deū:ut si qs auderet edificationē tēpli fedare:hunc talē peuti:eūq; a sua iniquitate suspendi. Hęc inueniens in cōmentis Cyri Darius:rescripsit Sisinnio & collegis eius dicens. Rex darius sisinnio equitū prefecto et sarabateno:et collegis eius

ſalutē. Exemplar epiſtolę quā in monimētis inuenimus tranſmiſi: et iubeo oīa fieri quę in ea cōtinētur. Valete. Igit᷑ p epiſtolā cognoſcētes Siſinnius et q cū eo erāt: regis uolū tatē de reliquo cōperētia faciebāt. et inſtabāt ſacris operibus adiuuātes ſeniores et ma giſtratus iudeorū: et ꝓcedebat ſummo ſtudio tēpli cōſtructio: ꝑdicētibus Aggeo et za charia ſecundū mandata dei. et cū uolūtate Cyri et Darii regiū tēplum edificatū ē ſecū do ſeptē annis. Nono aūt imperii anno darii: uicēſimatertia die mēſis undecimi quē hę brei uocāt Adar: macedōes diſtrios ſacerdotes & leuite et reliqua iſraelitarū multitudo poſt captiuitatē pro renouatione ueterū bonorū & dedicatione obtulerūt hoſtias thau ros cētum: arietes ducētos: agnos quadringētos: & hircos duodecim ꝓ duodecim tribu bus. Nā tātę ſunt tribus iſrahel: ꝓ ſuis unaquęq; peccatis. Sacerdotes uero & leuite ſecū dū legē ordiauerūt ianitores ꝓ ſingulas ianuas. Nā edificauerāt iā iudei tēpli porticus: in circuitu interioris ſacrarii. Veniēte aūt die feſto azimoꝝ primo mēſe quē macedones xanticum: nos aūt niſan nomināmus: oīs populus ab agris in ciuitatē confluxit: dieſq; feſtos ſanctificati: cū ſuis uxoribus & filiis ſecundū patriā legē celebrauerunt. Sacrificiū ēt quod paſcha dicit᷑ quartadecima die eiuſdē mēſis immolauerunt: & ꝓ ſeptē dies nul lis abſtinuere delitiis: Holocauſtū quoq; offerētes: deo ſacrificabant: agētes ei gratias: q; iterū eos terræ patriæ ſuę legibuſq; reſtituiſſet: mētēq; regis ꝓſarum ꝓpiciam eis prę bere dignatus eſt. Quibus rebus admoniti: deo munifice nimis & locuplebiliter īmola bāt. Habitabāt āt in hieroſolymis: & optimatū gubernatiōe regebant᷑. Nā ſacerdotes tractabāt eorū negotiū: uſq; quo regnare cōtigit nepotes aſamonei. Et enī añ captiuita tē & tranſmigrationē: a Saul & Dauid q primi imperiū gētis iudaice ſuſceperunt: alia illis erat forma reipublicę ꝓ qngentos triginta duos ānos: mēſes ſex: dies decē. Añ hos āt reges: ꝓſules eos regebāt: q appellabant᷑ iudices & mōarchi. Et hac republica uſi ſūt ānis plus qngentis: poſt mortē moiſi & ducis Ieſu. Hæc qdē reductis a captiuitate iu deis: tēporibus Cyri & Darii oīa cōtigerūt. Samaritæ uero inuidi uel moleſti aduerſum eos erecti: mala multa in iudeos operati ſunt: diuitiis confidētes & cognatiōe ꝓſarū: qūo ex his fuerant ꝓgreſſi. Nā quanta iubebant᷑ a rege immolationis cā de uectigalibus p̄ beri nullatenus dare uolebant & p̄fectos equitū fauentes ſibi in hoc & cooperātes habe bant aliaq; multa qbus nocere iudeis ꝓ ſe aut ꝓ alios potuiſſent nō eos pigebat efficere. Placuit igit᷑ hieroſolymitis mittere legationē ad regē dariū quo accuſarent ſamaritas. Legatus itaq; miſſus eſt zorobabel & alii quattuor de magiſtratibus. Cū uero crimina & cās quas contra ſamaritas ferebant a legatis rex cognouiſſet: dedit eis epiſtolā repor tandā ad equitū p̄fectos: & curiā ſamarię: quæ hmōi erat ſcripta. Rex darius tangane & ſambale p̄fectis equitū: & ſadrace: & uelueni ſamaritis: & reliqs conſeruis eorū in ſama ria cōſtitutis. zorobabel: & Ananias: & Mardocheus legati iudeorū uos accuſant: tanq̄ moleſtos & impedientes tēpli conſtructionē: & nullatenus uelle p̄ſtare ad hoſtias quos uobis p̄cepimus ſumptus. Volo igit᷑: ut legentes p̄ſentē epiſtolā p̄beatis his ex regali bus theſauris: & tributis ſamarię oīa q̄ illis ad īmolationē ſunt utilia: quēadmodū ſacer dotes uobis indixerint: ut nō p̄termittant diurnis ſacrificiis: & ꝓ me & ꝓ perſis ſuppli care deo. Epiſtola qdē hęc continebat. Cap. V.

Ario aūt defuncto: filius eius Xerxes regnū ſuſcipiens: uolūtatis paternæ colēdi
d & honorandi deū heres aparuit. Oīa nāq; faciebat q̄ religionis erant patrēq; ſecu
tus: & iudeis liberaliter utebat᷑: Per illud tps princeps fuit ſacerdotum filius Ieſu noīe ioachim. Erat & in babylone uir iuſtus: & gloria magna potitus apud multitudi nē: primus populi ſacerdos nomine Eſdras. Qui cū legū moiſeos integrā haberet expe rientiā Xerxi regi amicus eſt factus. Ad hieroſolymā aūt aſcēdere deliberans: & ducęe

ſecū quoſdā a babylone iudeos:a rege popoſcit epiſtolam ſibi ad Satrapas ſyrię dari:p quā noticiæ eoꝝ qs eēt intimaret. Rex aūt ad ſatrapas hmōi direxit epiſtolā. Rex regū xerxes:Eſdre ſacerdoti:& lectori legis dei ſalutē. Opus eſſe meæ clemētiæ putās: apud eos q uolunt ex iudea gēte uel ſacerdotes uel leuitas ſub noſtro regno conſtitutos ꝓge re ad hieroſolimā p̄cipio:ſi q deſiderāt ut eāt quēadmodū mihi & ſeptē meis cōſiliariis viſum eſt quatenus uiderent iudeā ſecūdū ritus legū dei: & portēt dona deo iſrahel: quæ deuoui ego & mei amici. Aurū ēt & argentū quantū inuentū fuerit in terra babyloniæ deo dicatū: hoc oē ad hieroſolymā deportet ꝓ ſacrificiis dei:necnō & quodcūq; uolue ris uel ex auro & argēto cōſtruere:liceat tibi cū tuis fratribus facere. Vaſa quoq; ſacra q̄ tibi tradita ſunt depone:& quicqd mente cogitaueris ut fiat:impēdi in his iuſſimus: ut ex regalibus theſauris efficias. Scripſi ēt cuſtodibus pecuniaꝝ ſyriæ & phœnicię:ut dili gentiā habeant circa ea quæ ꝓ Eſdram ſacerdotē uel lectorē legū dei mādata noſcunt. Igit ne quā de me aut de nepotibus meis iram deus aſſumat:oīno p̄cipio ad uſq; tritici modios cētū deo ſecundū legē dari. Et uobis dico ſacerdotibus leuitis: ac ſacris cantori bus & ianitoribus:ſacriſq; ſeruis:& tēpli ſcribis:ut nullo modo aut tributa ponatis:aut aliquid captioſum:aut oneroſum. Sed ēt tu Eſdra ſecūdum dei ſapiētiā ceſores ordina: qui omni ſyriæ & phœnicię tuāq; legē ſcientibus indicent: eāq; diſcēdam ignorātibus trade. Et ſiquis ex gēte tua dei ſui legē uel ip̄eratoris tranſgreſſus fuerit puniat: ut nō tā q̄ ignorans uideatur tranſgredi:ſed cognoſcēs, audacter negligere comprobetur. Ergo huiuſmodi cōtēptores:aut morte:aut pecuniis condēnent. Valete. Tunc Eſdras hanc epiſtolam accipiens: letatus deum adorare cœpit: & regię beniuolentiæ ipſum confite batur auctorē. Idcoq; oēs ipſi gratias dicebat eſſe referendas. Legens aūt epiſtolā: iudeis babyloniæ conſtitutis:eam deſignauit. Exēplum quoq; eius ad oēs iſraelitas & mediā habitantes tranſmiſit. Hi uero cognoſcentes regis circa deū pietatē:& fauorem quē in Eſdrā hēre ꝓbabat oēs eū dilexerunt. Multi itaq; facultates ſuas deportantes:ad baby loniā uenerūt:cupiētes ad hieroſolymā deſcēdere. Totus aūt populus iſrael in illa ꝓuin cia pmanſit:ideoq; duæ tātū tribus conſiſtūt ꝓ Aſiam et Europā obſequētes romanis. Decē aūt tribus hactenus trans eufratē cōmorari probant:quarū multitudines ineſti mabiles minime poſſunt numero cōprehendi. Venerūt ēt ad eſdrā multi ſacerdotes et leuite:et ianitores:cantoreſq; ac ſerui agri:quos cōgregans de captiuitate:trās eufratē tribus diebus moratus ieiunia eis īpoſuit: ut deo uota ꝓ ſalute ſoluerent: ne quid in uia paterent aduerſum aut ꝓ hoſtes: aut ꝓ aliā quandā difficultatē forſitā accidentē. Nam Eſdras regi p̄dicēs: q; deus eos pduceret, iā non petiit q eos pducerent eqtes: ſed poſtq uota pfecerūt ab eufrate ſurgentes:die duodecimo primi menſis:ſeptimo imperii anno Xerxis ad hieroſolymā peruenerūt:qnto menſe ciuſdē anni. Et ilico eſdras cuſtodibus pecuniarū de ſacerdotali genere exiſtētibus reſtituit ſacras pecūias:argenti talēta ſexcē ta quinquaginta uaſa argētea talentorū centū: uaſa aurea talentorū uiginti:& uaſa erea auro meliora:habentia pondo talenta duodecim. Hæc nāq; rex & conſiliari eius & oēs iſraelite babyloniā habitantes donauerūt. Cūq; eſdras tradidiſſet ea ſacerdotibus:obtu lit deo legitimas hoſtias in holocauſtū:thauros tredecim: ꝓ cōi uero populi ſalute arie tes nonaginta: agnos ſeptuaginta duos:edos ꝓ purgatione delictorū duodecim: Regis quoq; diſpenſatoribus & p̄fectis oībus ſyriæ ac phœnicie:regias litteras obtulit:q de nunciationē eius agere cōpellebant:gentēq; honorabāt: & oē opus bonū cū eis elabo rabāt. Hæc igit quēadmodū & ipſe eſdras deliberauerat proceſſerūt:deo de eo ut arbi tror dignū in his q̄ uoluit iudicāte, ꝓpter iuſticiā ac benignitatē eius. Quē pauco tpe trāſ ſcante aliq adierūt:accuſantes q; qdā ſacerdotū & leuitarū tranſgreſſi ſunt patrias leges

uxores alienigenas ducentes: et genus sacerdotale confundentes: petebantq; ut legibus subueniret: ne cõmunis super oẽs ueniens ira calamitatibus iterũ eos inuolueret. Quæ cum audisset, mox præ merore uestẽ disrupit: et caput barbãq; contumelicse dilacerãs sese prostrauit in terrã: q; tale facinus populi primates cõmisissent: existimans: qa si pci peret eis uxores cum eaꝝ filiis deserere, nemo obediret: et iõ pmanebat in terra jacens. Concurrebant aũt omnes mediocres eorũ ad eum: & dolorũ eius in his quę facta sunt, participes erant. Cum aũt Esdras a terra surrexisset: & manus ad cælum tetendisset: di cebat. Confundor qdem a deo propter populi delicta ueniã suscipere: q ẽt de sua memo ria parẽtum nostrorum iniquitatẽ remisit. Rogabat uero deum q semen aliquod & reli quias ab illa eorum captiuitate seruauerat: & rursus ad hierosolimã & ꝓpriam terrã re stituerat: q & reges psaꝝ impẽdere eis misericordiam ꝓparabat, ueniã solita pietate cõ cedere: se uero morte qdem digna cõmisisse: bonitatis aũt dei esse hos tales a tormentis eripi. Qui postq̃ orando conticuit, cunctis lugentibus q cum uxoribus & filiis ad eũ cõ uenerunt, qdam Achanonius noie primus hierosolymitanus: accedens ad eum dicebat ipsos qdẽ peccasse: cohabitantes cum alienigenis uxoribus: psuadebatq; ei oẽs iurare quatenus suas uxores cũ earũ filiis amouerent: & eos punirẽt: q legi obedire cõtenerẽt. Flexus igitur esdras fecit principes tribuum sacerdotum: & leuitarũ: & israelitarũ iurare q; uxores suas & filios secundũ achanonii consilium incunctanter abdicarẽt. Suscipiẽs ergo sacramẽta statim egressus est tẽplum: habitaculũ uero Ioãnis ingressus filii eliab: & nihil pœnitus illo die propter merorẽ comedẽs ibidẽ cõmoratus est. Facta aũt ꝓdica tione iubẽs oẽs q ex captiuitate redierant ad hierosolymã colligi: & hos q añ biduũ aut tres dies occurrissent alienari a multitudine: & substantias eorum auferri decernens: se cundum iudicia seniorum: conuenerũt intra tertiam diem ex tribu iuda & beniamin: in uicesimo die noni mensis: q secũdũ hębreos casleu: secundũ macedones appelleos uoca tur. Cunq; in superiori loco tẽpli consedissent: psentibus senioribus: et ꝓpter zelũ uehe menter afflictis: surgens Esdras criminabat illos q præter legis consuetudines alienige nas duxissent uxores: nũc uero facturos eos rẽ deo gratã: et sibi utilẽ dicebat: si uxores eiicerẽt. Cũ ergo oẽs se id pfecturos clamarẽt: sed abundantẽ esse multitudinẽ: tẽpusq; hyemale: et hoc opus non huius aut duorũ esse dierũ: sed oportere ut duces & alii q cũ alienigenis habitabãt uxoribus tps acciperẽt dilationis: et seniores cohabitãtes cũ alie nigenis uisitare multitudinẽ. cũ hæc decreuissent: cæperũt q̃rere a primo die mensis de cimi eos qui cũ alienigenis habitabant usq; ad primum diem secundi mensis: & inuene runt multos ex nepotibus principis sacerdotum iesu: & fratrũ eius sacerdotum. & leuita rum: & israelitarum: qui uxoribus filiisq; earũ dilectionem magis legum suarum præ ponentes eas ilico refutarent. Quo facto hostiis placantes deũ immolantes arietes ob tulerunt. Quorũ nomina minime uisum est nobis dicere necessarium. Igitur prędictum nuptiarum peccatũ sic Esdras purgauit: ut decętero hæc consuetudo non permaneret. Septimo uero mense scenophegiam celebrantes: & toto tunc populo congregato: ascẽ dentes ad superiora tẽpli ad orientalem portã esdram rogabant: ut leges eis mosaycas legeret. Qui stans in medio populi a solis ortu legit usq; ad mediũ diem. Et cũ audissent recensitas leges, iusticiam quidẽ ad præsens: & imposterũ docebantur: de præteritis aũt gemebant: lachrymasq; fundebant & recordati sunt: q; si legẽ custodissent: nihil ex tot supradictis malis perpessi fuissent: Cũq; uideret Esdras sic eos afflictos præcepit ad sua discedere: & lachrymis abstinere ꝓpter festos dies: in qbus minime liceret affligi: horta baturq; magis ad epulatiõcs eos conuerti: & facere q̃ sunt grata & cõuenientia celebra tioni pẽsenti: penitentiã & mestitiã de prioribus peccatis habendã & obseruandũ: ne qd

in posterum

ſpoſterum eis ſimile ꝓueniret. Poſtq̃ uero eos Eſdras hortatus eſt, cœperunt habere leti
ciam. Cunq; hoc per dies octo in ſuis tabernaculis egiſſent: ad ꝓpria diſceſſerũt: laudã
tes deũ: ꝓ emundatiõe cõium peccatorũ: eſdreq; gratias referebãt. Cui cõtigit poſt glo
riã quã habuit, demum in ſenectute uenerãda finire uitam: & in hieroſolymis cũ multa
ſepeliri liberalitate. Sub idẽ tp̃s & Ioachim defuncto principe ſacerdotũ: filius eius Elia
ſibi ĩ pricipatũ ſacerdotalẽ ſucceſſit. Quidã aũt ex captiuis iudeis Xerxe regis pincerna
nomine Neemias: occurrens quibuſdã ꝑegrinis ante metropolim perſarũ ſuſi ex longo
itinere ad ciuitatẽ intrãtibus: & audiens eos adinuicem hębraice loquẽtes: cõſulebat uñ
eſſent profecti. Illis aũt reſpõdẽtibus: ſe a iudea ueniſſe, rurſus ĩterrogabat: qualiter ha
beret ſe eoꝝ multitudo: & metropolis hieroſolyma. Cũq; dixiſſent: male hẽre ciuitatem
et depoſitis in ſolum muris multa mala gentes in circuitu poſitas inferre iudeis: et die to
ta percurrere: deuaſtantes prouinciam: & nocte tanta mala conferre: & multos a ꝓuin
cia uel ab ipſis hieroſolymis captiuos abducere & omnes uias ſingulis diebus cadaueri
bus plenas inueniri occiſorum, tunc Neemias propter ſuorum calamitatẽ fleuit: & extẽ
dẽs palmas ad cælũ dixit. Domine uſq; quo deſpicis quæ noſtra patiẽ generatio. Sic ra
pina uel ſpolia ab omnibus ſumus effecti. Remoranti aũt eo in porta: & hæc defleti q-
dam nunciauit iam regẽ accumbere præparatum. Qui ſtatim ſicut erat illotus: ad mini
ſteriũ poculi regis feſtinauit. Vt aũt rex cœnauit: ſuauitate plenus ad iuuenẽ reſpexit me
ſtũ: & querebat cur triſtis eſſet. Tunc ille deum deprecatus ut gratiam ei quandam po-
ſtulanti præſtaret: quõ inquit poſſum tibi rex non talis apparere: qualem mærorẽ in cor
de teneo: dũ audierim patriæ meæ hieroſolymorum in qua & monumenta & ſepulchra
meorũ ſunt parẽtũ, muros in terra iacẽtes: & portas eius incenſas. Sed præſta mihi pro-
ficiſcẽti muros reſtituere: partẽq; templi cadentẽ denuo reconſtruere. Tunc rex ãnuit da
re ſe donationẽ ei quamcũq; ſupplicaſſet: & ad ſatrapas litteras deportandas: quatenus
eum honorarent: & omnia quę opus haberet prębẽrẽt ei dicẽs. Repelle triſticiã: & dere
liquo gaudens nobis miniſtra. Igiť Neemias deum adorans: & regi gratias agens me-
ſticiam uultus confuſionẽq; ſuam pollicitationis hilaritate mutauit. Poſtea aũt die con
uocans eum præbuit ad ſyrię & phœnicię & ſamarię prębfectum Addo epiſtolam defe-
rendam: in qua de honore iuuenis: & de impẽdiis edificationis mandauerat exhibendis.
Veniens ergo ad babyloniam & multos gentis ſuę ſponte eũ ſecutos adducens, ad hie
roſolymam peruenit uicesimoquinto anno regnante Xerxe: & demonſtrãdas epiſtolas
porrexit Addo & aliis præfectis equitum: & congregãs oẽm populũ ad hieroſolymam
ſtetit in medio tẽpli: talẽ ad eos fundẽs orationẽ. Vos ſcitis uiri iudei deum quidẽ ĩ me-
moria patrum Abraã & Yſaac & Iacob ꝑmanere: & per illorum iuſticiam non derelin
quere prouidẽtiã noſtri. Vnde & adiuuit me: ut acciperẽ a rege poteſtatẽ muros ueſtros
refabricare: ac reliquã partẽ tẽpli perficere. Volo aũt uos uicinarum gentium certe ſcire
inimicicias: & quia ſi cognouerint magnificenter nos edificia reparare reſiſtent: & mul
ta molientur: ut nos ĩpedire ualeant. Primũ ergo in deum confidere debemus: qui illorũ
inimiciciis poteſt reſiſtere: nec die uero nec nocte ſtudiũ edificandi relinquere: dum tem
pus oportunum exiſtit. Cũq; hęc dixiſſet: iuſſit & magiſtratibus muros metiri: & opera
eius diuidere populo per uicos & ciuitates: ſecũdum uniuſcuiuſq; poſſibilitatem: pollici
tus & ſemetipſum cum ſuis ſeruis edificationẽ adiuuare. Solutaq; contione iudei ſtatim
opus aggreſſi ſunt. Iudei uero dicti ſunt ex die qua a babylone profecti ſunt ex tribu iu-
da: quę prior ad illa loca peruenerat. Vnde & ipſi: & prouincia a tali appellatione uoci
tantur. Audientes uero murorum edificationem accelerari ãmanite: & moabite: uel ſa-
marite: & omnes qui inferiorem ſyriam habitabant, moleſte ferebant: & meditabantur

ſidias contexere: quatenus uoluntatē eorum impediret: multoſq; interficiebant iudeos: ipſum ēt Neemiā dilacerare querebant quoſdam aliēigēas conducentes: qui eum pme rent. Propterea in timorē & turbā diſperſis rumoribus eos mittebant: tanq̄ multis gēti bus paratis contra eos arma ꝓferre: quibus turbati rumoribus conſtructionē pene reli querūt. Neemias aūt nullo modo his permotus ſtudiū operis dereliquerat: ſed cuſtodie cauſa corporis ſui armis ſatellitū circumſeptus: ſine uulnere permanebat: operis deſide rio tribulationē non ſentiens. Ita ſiquidē intentus agebat ac ꝓuidebat ſuæ ſaluti: non ti more mortis: ſed cognoſcēs poſt ſuū interitū minime cōcedi ſuis ciuibus muros cōſtrue re. Vnde p̄cepit ꝑoſterū: ut armis edificatores cincti fabricarent. Igitur edificatores: uel ꝑpēſarū portitores gladios habebūt: clypeos aūt iuxta eos poni decreuit. Bucinatores ēt qngenūis pedibus ſtatuit: p̄cipiens ut ſi hoſtes apparerēt: ſignificarēt populo: quatenus armati reſiſterent: ne eos nudos inermeſq; oppugnarent. Ipe uero nocte circuiens ciuita tem: minime aut opibus: aut ſomno: aut cibo fatigabatur: nihil aūt hoꝝ ſuauiter: ſed ſub neceſſitate utebat. Quos labores ſuſtinuit per annos duodecim & mēſes quatuor. Nā tanto tempore hieroſolymoꝝ ſunt muri perfecti: octauo & uicesimo anno, & menſe no no imperii Xerxe. Sed poſtq̄ muri perfectionē acceperunt, Neemias & relīqua multitu do ſacrificauerunt deo proeoꝝ edificatione: ac ꝑ octo dies ſunt epulati. Gentes igitur q̄ ſyriam habitabant audientes factā cōſtructionē muroꝝ, grauiter angebant. Neemias aūt in ciuitate uidēs paucos hoies hītare, rogauit ſacerdotes & leuitas: ut uicos relinquē tes: ad ciuitatem migrarent: & in ea manerent: fabricans eoꝝ domicilia ꝓpriis expēſis. Populū ēt agros colentē decimas fructuum ad hieroſolymā iuſſit offerre: ut habentes ſa cerdotes & leuitæ alimenta: ꝑpetua religionis iura non derelinquerent. Et hi quidē libē ter ſequebant decreta Neemiæ. Ciuitatē uero exinde contigit hominū multitudine cō pleri. Multa ēt alia bona laudibus digna cum ſumma feciſſet magnificentia Neemias: ad ſenectutē pueniens: defunctus eſt: uir benignus & natura iuſtus atq; magnificentiſſi mus erga ꝓpriā gētē: qui in memoria eterna ſui muros hieroſolymitanos reliquit Hæc ergo imperii Xerxe ſunt anno. xxviii. menſe nono. Cap. VI.

Efuncto uero Xerxe: regnū ad eius filiū Cirū: quē græci Artarxerxen uocant: cō
d tigit trāſferri. Quo regēte ꝑſarum imperiū: periclitata eſt tota gens iudeorum ut cum mulieribus & filiis deperiret. Cauſam uero paulopoſt demonſtrabo. Nam decet primum de rege diſſerere: quēadmodum iudeam duxit uxorē de regio genere quā noſtram dicunt ſeruaſſe gentē. Nam cum regnum Artarxerxes accepiſſet: & ordinaſſet ab india uſq; ad ethiopiam cētum & uigintiſeptē ſatrapas, tertio imperii ſui anno, ami cos ſuos & gentes perſis ſubiectas cum ducibus earum magnifice pauit: ſicut regē oppor tuit: qui diuitiarum oſtentationē ꝑ cētum & octoginta dies parauerat: Poſtea gentes ac legatos earū in ſuſis per ſeptem dies delitiis ſaginauit: quorum conuiuiū huiuſmodi erat inſtructum. Tabernaculum enim fixerat ex aureis argenteiſq; columnis: uela purpurea ſuper eas extendens: ut multa milia diſcumbentium operirent. Miniſtrabatur ergo po culis aureis: & lapidibus preciosis ad delectationē ſimul & ſpectaculū preparatis. Præ cepit itaq; & miniſtris: ne cogerent bibere eos: potionē eis offerentes quod apud perſas fieri ſolet: imo concederēt cuiq; diſcūbētium: ut quēadmodū uellet epularetur. Miſit au tem ꝑ omnem ꝓuinciam: denuncians: ut opa relinquerēt: multiſq; diebus pro eius impe rio letarentur. Regina quoq; mulierum cōuiuium in aula collegit. Quam rex prudenti bus uolens oſtendere, ad conuiuium iuſſit accedere pulchritudine cunctas mulieres prę cedentem. Quæ pro legum cuſtodia perſarum: prohibentium ab extraneis alienas con iuges uideri, non acceſſit ad regem. Cunq; ſæpius eunuchos ad eam mitteret inuitan

dam, nihilominus ſuum denegans pernáſit aduétum. Vnde rex ira cómotus ſoluit cõ uiuiũ:& ad ſe cõuocãs ſeptẽ ꝑas:apud quos legũ mandata ſeruãtur, accuſabat uxorem: dicẽs qualiter fuiſſet ab ea cõtẽptus:cũ ſępius ad cõuiuiũ uocaretur:& nec ſemel paruiſſet. Pręcepit ergo:ut ꝓnunciarẽt cõtra eam quandã legis definitionẽ. Tunc unus ex his nomine Nocheus:locutus eſt dicẽs: nõ ipſi ſoli hanc iniuriã factã fuiſſe:ſed oĩbus perſis periculũ uitę patiẽtibus:ut turpiter a ſuis cõtẽnanť uxoribus:nullo enĩ iam pudore tenebunť: exemplũ regiuę ſuperbiæ aduerſum te oĩum rectorẽ habentes:& hortať: ut eã quę ſic iniuriata fuerat regem:maximis damnis afficeret:& hoc facto cunctis gentibus denunciaret:q̃ ſunt in reginã decreta. Placuit ergo:ut regina uaſthi proiiceretť:& honor eius alię mulieri pręberetť. At ille amore cõiugis detẽtus:grauiter diſiunctionẽ eius ferebat: & conciliari quidẽ ꝓpter legẽ nõ poterat:triſtis tñ in ſollicitudinibus permanebat. Quẽ uidẽtes amici nimio merore cõfectũ:perſuadebant:ut memoriam quidẽ uxoris & amorẽ nihil ꝓfuturũ deponeret:& quereret per uniuerſam terrã uirgines decoras ex q̃bus pulchrioré haberet uxorẽ, extingui enim prioris ſic poſſe cupidinẽ alia introducta: & paulatim deſiderium a muliere ꝓiecta ſubtractũ ad cohabitantẽ poſſe cõuerti. Hoc flexus conſilio ſtatim quibuſdam iuſſit de palacio eligere pręcellentes uirgines pulchritudine:& ad ſe deducere. Cũ uero cõgregatæ multæ fuiſſent, inuẽta eſt quædã puella in babilonia ambobus orbata parẽtibus:q̃ apud auunculũ noie Mardocheũ nutriebatur. Is enĩ fuerat ex tribu beniamin. Omneſq; primas iudeoꝝ hester (hoc enĩ nomẽ ei erat) pulchritudine ſuperabat:& gratia uultus ſui reſpiciẽtiũ magis delectabat aſpectũ. Quę traditæ cuidã eunucho ꝓ diligẽtia:cuncta reꝝ ꝓuidentia fruebanť: affluẽtia aromatũ: odore & largitate unguẽtorũ quibus corpora utũtur irrigabanť:& his fruebanť ꝑmenſes ſex:numero quadringẽte. Cunq; putaſſet uirgines ꝑ prædictum tẽpus diligẽtie ſatis habuiſſe:& dignas iã regio factas cubiculo:per ſingulos dies ad cõcubitũ unã regi mittebat. Quĩ poſt cõcubitũ ſtatim eã ad eunuchũ remittebat. Veniẽte uero ad eum hester delectatus eſt:in amorẽq; incidẽs puellæ:legitimã ẽt duxit uxorẽ:& nuptias celebrauit imperii ſui anno duodecimo:mẽſe quĩ dicitur adar. Deſtinauit aũt ꝑ oẽs gẽtes eos q̃ aggarii dicunť, præcipiẽs eis ꝓ ſuis nuptiis feſta celebrare. Ipſe aũt pſas & primos gẽtium paſcebat per totum mẽſem pro nuptiis ſuis. Quã cum introduxiſſet ad aulã corona eã induit. Habitauitq; cũ eo heſter:minime ei prodens: ex qua eſſet natione. Tranſiẽs aũt & auunculus eius a babylone ad perſicam ſuſin:& habitans illic:ſingulis diebus in palacio cõmorabať: requirẽs qualiter puella conuerſaretur:quã tanq̃ filiam diligebat cũ legẽ rex poſuiſſet:ut nemo familiarium ad eũ non uocatus accederet:cum ſuper ſolium ſederet. Sedebat itaq; ẽt rex uirgã aureã ferẽs. Quam cum aliquẽ liberare uoluiſſet:horum q non uocati uenirẽt:porrigebat ei:& cum tetigiſſet uitabat periculum mortis. De his quidẽ ſufficiẽter a nobis dictũ eſt. Interiecto uero tẽpore inſidiantibus regi bathana:& theodeſto:bargani eunuchus ſeruus alterius eunnchi:genere iudeus: cum itellexiſſet iſi dias:reginæ auunculo indicauit:Mardocheus aũt ꝓ heſter manifeſtans inſidiatores ꝓdidit regi. Rex autẽ turbatus ueritatẽ iueniens:eunuchos qdẽ crucifixit:mardocheo autẽ tunc nihil præſtitit:quãuis ſalutis eius nuncius extitiſſet:nomẽ tamen eius ãnalibus monumentis inſeri pręcepit:& in palacio eum ꝑmanere:ut amicus regi neceſſarius exiſteret. Quo tẽpore aman amadathi filium genere Amalechitam: ad regẽ introeuntẽ ꝑgrini & perſæ ſalutabant. Nam hunc ei honorem Xerxes ab oĩbus iuſſerat exhiberi. Mardocheum uero propter ſapiẽtiam & patrias leges non adorantẽ Aman cuſtodiri fecit: & interrogauit eũ ex quo genere eſſet. Audiens autem iudeum eſſe idignatus dixit. Omnes liberi perſę adorant me:hic ſeruus exiſtens hoc facere dedignatur. Et punire uolens

mardocheū: ipſum quidē a rege petere: ad tormenta paruum putauit: gētē aūt eius decreuit totā una ꝑimere. Nam iudeos ī odio ſatis habebat: quoniā amalechitarum genus e qbus ipſe fuerat ab ipſis omne ꝑierat. Audiens ergo regē accuſabat dicens: gentē eſſe malignā diſperſam ꝑ uniuerſum orbē: qui eius ſeruiret imperiis: nec mixtā: nec aliis gentibus coadunatā: nec eādē cum cæteris religionē colētē: quæ nec legibus inqt ſimilibus utitur: & inimica moribus & ꝓfeſſionibus tui populi & hoibus cunctis exiſtit. Sed ſi uis aliquod ſubiectis beneficiū cōmodare: iube radicitus eam ꝑire: nec eius reliqas aliquas remanere: nec aliquos eoꝝ ad ſeruitutē aut ad captiuitatē ſeruari. Verūtamē: ut nullum patiaris damnū: tributa eoꝝ de propria ſubſtantia ipſe me ꝓmptū pollicēor: quadraginta milia pecuniarum talēta ubicunq; præceperis. Has aūt pecunias libēter offero: ſi pacatū ab his malis tuum fuerit imperiū. Poſtq̄ Aman hæc intimauit, rex ei & pecūias & homines donauit: quicquid de his uellet efficeret. Deſiderio autē adepto: Aman ſtatim mādat tanq̄ a rege ꝑ oēs gentes præcepta hunc modū continentia. Rex maximus Artarxerxes ab īdia uſq; ad ethiopiam: cētum uigintiſeptē prouinciarū principibus & iudicibus: qui eius ſperio ſubiecti ſunt: ſalutē dicit. Cū pluribus gētibus impaſſem: & uniuerſum orbem meæ ditioni ſubiugaſſem, uolui nequaq̄ abuti potētiæ magnitudine: ſed clemētia & lenitate gubernare ſubiectos: ut abſq; ullo timore uitā filētio trāſigētes: optata cūctis mortalibus pace fruerētur. Querente aūt mea cōſiliariis meis: qūo hoc poſſet impleri, unus q ſapiētia ac fide cæteros preeellebat: & erat poſt regē ſecūdus Aman noīe: indicauit mihi in toto orbe terrarū populū eſſe diſperſum: q nō noſtris uteret legibus: & cōtra oium gētiū faciēs cōſuetudinē regū iuſſa contēneret: & uniuerſaꝝ cōcordiam nationū ſua diſſenſiōe uiolaret. Quod cū didiciſſemus: uidētes unā gētē rebellē aduerſum oē genus hoīum ꝑuerſis utī legibus: noſtriſq; iuſſiōibus cōtrariare: & turbare ſubiectoꝝ nobis ꝓuinciaꝝ pacē atq; cōcordiā, iuſſimus ut quoſcūq; aman q oibus ꝓuinciis ꝓpoſitus eſt: & ſecūdus nois mei pater mōſtrauerit: cū cōiugibus ac liberis deleantur ab ini micis ſuis: nulluſq; eoꝝ miſereat̄ q̄rtadecima die mēſis adar ānī ꝑſentis: ut nefarii hoīes uno die ad īferos deſcendentes: reddant pacē impio noſtro quod turbauerunt. Hoc ꝑ ciuitates & ꝓuincias ueniente præcepto: oēs ad iteritū iudeorū cōſtituta die parabantur: quod ēt in ſuſis ꝓbat̄. Rex uero & Aman epulationibus uacabāt: ciuitates uero turbabant̄. Quod Mardocheus cognoſcēs: ueſtē rupit & ſacco indutus: cinereq; ꝑſuſus: ciuitatē circuibat: clamās iterimi gentē q̄ nihil peccauit. Et hoc dicens ad aulā puenit: & añ ipſam ſtetit. Nā minime ei licebat ingredi: tali circūamictū habitu. Idē ēt oēs fecerūt iudei ꝑ ciuitates qbus de hoc litteræ ꝓponebātur: lugētes & plāgētes nunciatas ſibi calamitates. Cū uero qdā reginæ nūciaſſet mardocheū ī tā miſero ante aulā habitu ſtantē: audito ſermone turbata: miſit q eius ueſtimētū mutarēt. Quo nolēte ſacco exuī: qa nōdū erat malū finitū: ꝑ quo ſaccū īduerat: uocās aſſiſtentē eunuchū Acratheon: ad mardocheū deſtinauit: īterrogās qd ei triſticiæ contigiſſet: q; hūc habitū nec ea petēte deponeret. Tunc Mardocheus indicauit eunucho cām: & litteras cōtra iudeos per oēs ꝓuincias ſub rege cōſtitutas tranſmiſſas: & ꝓmiſſionē pecuniaꝝ: ꝑ quā a rege perditionē gētis cōparauerat Aman. Harū ēt exemplū ad heſter tradidit reportandū: quę ꝓpoſita in ſuſis fuerant: mādans ei quatenus de his regi ſupplicaret: nec recuſaret ꝓ ſalute gētis habitū humilē accipe: ꝑ quē regi oſtenderet iudeis periculū imminere. Aman inquit q ſecundū honorē poſt regē obtinet: accuſando iudeos: regē aduerſum eos incendit. Hęc cū regina cognouiſſet, rurſum mittit ad Mardocheū: dicēs: q; non eſſet a rege uocata: & ſiqs ad cū nō uocatus intraret moreretur: niſi uolēs quendā ſeruare: porrigeret ei uirgam aureā. Nā inuocato & ad eū intrāti: ſi hoc rex fecerit: hic ſolus nō iterimeretur; ſed ueniam

accipiēs liberat. Mardocheus uero ea uerba deportanti sibi ad hester eunucho renūcia re pcepit: nō suæ saluti ꝓuidere: sed totius gentis piculū amouere. Nā si nūc ipsa cōtem pserit: adiutorē qdē gēti deū oibus modis futurū: ipsam uero & paternā eius dom̄ ab illis quos cōtēpserat perituram. Hester aūt denūciauit Mardocheo p eundē ministrū: ut pgēs ad sus: constitutos illic iudeos ad contionē cōgregaret: & ieiunare cūctos tri duo p ipsa pręciperet: quod & ipsa cū suis agens ancillis: ꝓmisit se pręter legē adire regē: & si mori oporteret non recusaro. Mardocheus aūt secundū hester mādata populū fecit ieiunare: deūq; suū petere: ut nec eam: nec gentē eius piturā contēneret: sed ut seculi salu tē ꝓuidit: & peccāti ueniā cōcessit: & nūc a denūciato dudū interitu liberaret. Nō enī pp aliquod peccatū ita cogebatur sine gloria depire: cū & ipse dominus nosset eām furoris Amā q; eū nō salutabat. Neq; enī inqt honorē quē tibi domine offerebā hūc illi quoq; patiebar offerre: ideoq; iratus cōtra eos q tuas leges nō transgrediunt talia machinatus est. Easdē ēt uulgus uoces emittebat: petens deū ꝓuidere suę saluti cunctosq; israelitas p oēm liberare terrā a futura calamitate: nā iam pręoculis eā sperabant: & simul habē bant. Rogabat ēt hester deū pro patria se lege ꝓsternēs in terra lugubriq; ueste circū amicta. Cibū aūt & potū: oiaq; suauia renuebat p tres dies deū petēs ut adiuuaret eam quatenus regi uideret supplicās suauis eloquio: specie uero pulcherrima: ut ex utroq; su stētata: & ipsa piculū cuitaret: & gentis suæ salutē acquireret: in aman quoq; regis odiū cōcitaret. Sic deū p tres dies depręcās: lugubrē uestē deposuit & habitu mutato ornata: sicut oportebat reginā: ibat cū duabus ancillis: quarū una leuiter eā incūbentē sustēta bat: altera uero sequens longitudinē uestis: q usq; ad terrā profusa erat: sumens cā digi tis deportabat. Quę ita facie rubore plena: uerecūdū ac modestū habens decorē adibat regē ēt cum timore. Cum uero ad faciem eius sedētis in solio deuenisset: & audisset eum circundatū ornatu: q ex uaria uestē: uel auro ac lapidibus ꝑciosis ualde fulgebat: terribi liorēq; magis eū ꝓpter hęc intuens: cūq; & ille asperius eā: uultuq; iracundo aspiceret: mēbroꝝ eā debilitas cōprehēdit: & sup ācillas quæ ꝓpe latera eius erāt: repēte collapsa est. Rex aūt uoluntate arbitror dei mentē mutauit: & timēs ne qd mali uxor eius timo re pateretur: surrexit a sella: suoq; eam gremio colligens fouebat & osculabaē blandeq; loquebaē: confidere petens eam: ne aliqd metueret q; ad eū nō uocata uenisset: nā legē istam propter subiectos esse positam: ipsam aūt similiter cū eo regnātē omnem habere licentiam. Hæc dicens sceptrumq; in manu eius ponens: uirgā sup ceruicē tetendit eius: ꝓpter legē: liberans eā a mortis discrimine. Ille uero respirans: domine inqt: non habeo facultatē explanandi: quę mihi subito contigerunt. Nam ut te uidi maximū & pulchrū atq; terribilē: statim spiritus meus recessit: & a mea aīa sum relicta. Vix illa cū debilita te hæc loquēte: ēt regē anxietas habuit: deinde considere: melioraq; sperare hester inuita bat. Nā mediū ei regnū se cōcedere si hoc peteret ꝓmittebat. Hester uero ad cōuiuium eū cū Aman amico ad se uenire supplicabat: parasse ei cœnā se dicēs. Cūq; ānuisset: & aduenisset: inter poculoꝝ leticiam iussit rex hester aperire quod uellet: nihil enim se ne gaturum esse promisit: etiam si mediam partem regni poscere uoluisset. Tum illa in po sterū diē explanaturum se suum consiliū ꝓmisit: si rursus ad cōuiuium cum Aman cō ueniret. Cūq; rex promisisset: Aman egressus est gaudens: q; solus apud hester cum re ge meruit epulari: dum nullus alius talē honorē potuisset adipisci. Videns uero in aula Mardocheū: nimis indignatus est: q; nō aliquam ab eo ueneratione fibimet exhiberi sensisset. Tūc ingressus ad semetipsum: uxorē Zaraam cū amicis uocauit. Quibus prę sentibus honorē exposuit quo frueret: non apud regem tantum: sed & apud reginā: & qualiter illo die ad tā cum rege solus accitus esset: & in posteroꝝ diem rursus inuitaretur.

Dicebat aũt: nõ ei placuisse: q; Mardocheum uiderat in aula iudeum. Cui respõdit uxor sua Zarasam. Iube lignũ secari quinquaginta cubitorũ: & mane pete Mardocheum a rege crucifigẽdum. Cuius consilium laudans: præcepit famulis lignum paratũ in atrio constituere: quod ad pœnã Mardochei seruarent. Deus aũt spem malignã Aman deridebat: & accidẽtia prauidens: de futuris delectabat. Nam regi somnum per illã noctẽ abstulit. Qui nolẽs in ocio uigilias perdere: sed ad gubernationẽ sui principatus eas habere: scribã iussit libros afferre prædecessorum suorum: & factos; eos; monimenta relegere. Cumq; deuolisset: & recenseret: inuenti sunt quidã: qui pro uirtute sua prẽcium agros acceperant: quos; & nomen signatũ erat: alter uero pro fide donationẽ ipetrauerat. Dũ hæc legendo uenit ad bagathan & theodestũ eunuchos insidiatores regis: quos Mardocheus indicauerat. Et cũ hoc tantũ scriba pronũciasset: & ad alterius transisset actus: rex eũ deinuit: cõsulens siqd ei pro remuneratiõe datum scriptũ haberet. Scriba respõdit, Nihil. Tunc rex iussit eum tacere: & interrogabat eos quibus hoc cõmissum fuerat: q; sit hora noctis. Audiens autẽ iam diluescere: præcepit: ut quẽ inuenirent amicorum ante aulam præsentem nunciarent. Euenit aũt Aman inueniri. Nam præter solitã horã maturius processerat mortẽ Mardochei periturus. Cumq; serui renũciassent Aman ante edem stare: pcepit eum uocari. Cum ergo intrasset: amicũ iquit te sciẽs solũ fidelẽ: peto ut cõsiliũ mihi præbeas: quẽadmodum debeã secundum meam magnificentiã honorare quendã ualde charissimũ. Aman uero putans: cõsilium quod dedisset hoc sibi p futurũ: nã amari se solum credebat a rege: quã existimabat optimã esse sententiã: regi declarabat & dixit. Si uis quẽ dicis hoiem dilectum gloriæ meritis honorari: fac eum sup equũ pcedere cuius uestẽ indutum: & torquẽ aureã habere: & præcedere unũ ex tuis necessariis amicis: clamantẽ p totã ciuitatẽ: q; tale beneficium meretur: quẽ rex honorificari uoluerit. Igitur Aman huiusmodi largitatẽ arbitratus ad se uenturã: talia pfuasit. Rex uero delectatus hac ãmonitõe: inquit habẽs equũ: & stolã & torquẽ: regre Mardocheũ iudeũ: & his illum induens: antecede equũ eius. Nã tu inqt amicus es mihi præ cunctis. Ergo perfice cõsilium cuius utilis pfuasor extitisti: & hæc ei a nobis donent: qui meã aiam liberauit. Postq; hæc præter spem oẽm audiuit: mente confusus & mestitia pcussus exiit: equũ ducens: cũ purpura & auro & Mardocheũ reperiens: ante aulam sacco indutũ: iussit exutũ purpura circũdari. Tum nesciens ille ueritatẽ: sed deludi se putans: pessime inquit oium hoium: ita calamitatẽ meã derides. At uero certe cognouit: q; ei rex hũc honorem donauerit p salute quã illi præbuerat: insidiatores eunuchos redarguens purpura indui: quã rex sæpe uestitus gerebat: & torquẽ ceruice circũdatus: & sup equum sedẽs totã circuibat urbẽ q; ciuitatẽ: præcedẽte Aman & prædicante: q; hmõi fruitur donis: quẽ rex amauerit: & dignum honore pbauerit. Cumq; totam circuisset ciuitatẽ: Mardocheus ad regem ingredit. Aman aũt ex cõfusione ad se recedens: cum lachrymis uxori & amicis q; cõgerant: idicauit. Illi nequaquã puniri posse Mardocheum dicebant: deum enim esse cum ipso credebãt. Dumq; hæc adhuc loquerent: uenerunt Hester Eunuchi: Aman urgentes ad cenam. Sabuchadas uero unus ex eunuchis: uidens crucẽ fixã i domo Amã quã Mardocheo parauerat: cõsuluit aliquẽ seruos; cuius causa eã parasset: & audiẽs reginæ auunculo: quia Aman a rege eũ petiturus erat ad pœnã: tunc quidẽ tacuit. Cumq; rex una cum Aman epulans interrogaret reginã: quã uellet ab eo donationẽ impetrare: cõpletus: eni se eius desideriũ pmittebat, tũc regina p populi deprecabat periculo: eo q; tradita fuisset ad perditionẽ cum sua gente: ideoq; sermones ad eũ facere decreuisset. Neq; enim molestum sibi dicebat: si amaram eius seruitutẽ imponeret: paruum enim ei hoc eẽ malum: sed supplicabat hæc amoueri. Itaq; interrogante rege: a quo hæc sancita

fuissent: accusabat iam manifeste Aman: & maliuolum contra eos existentē: has moli-
tū insidias arguebat. Tunc rex ad hoc turbatus: a conuiuio ad hortos egredit̄. Hester
uero reginā Aman petere cœpit: ut ueniā pro peccatis expoſceret: nā itellexerat: i qbus
iam malis esset. Cūq; super lectum procidēs reginā peteret ſuperuenit rex: & hmōi uisu
magis incitatus dixit. Peſſime oīum uxori meę iam uiolentiā irrogare conaris. Ad quod
Aman obstupuit: & nihil potuit rndere. Tunc Sabuchadas eunuchus cœpit aman ac-
cusare: quā admodū inuenisset i atrio eius paratā crucem ad mortem Mardochei: nā hoc
illi interroganti ſeruus idicauerat: cū ad ipm inuitaturus eū ad cœnam uenisset: crucē aūt
dicebat esse altitudine cubitorū qnquaginta. Quod rex audiēs: in illa eum pœna trade
re decreuit: quā contra Mardocheum ipse tractauerat statimq; iussit cruci ſuspensum ire
rmi. Vnde mihi cōtigit mirari nomen dei: & ſapiētiā: & iustitiam eius agnoſcere: q; nō
ſolum maliuolentiā Amā puniuit: ſed q; excogitata contra aliū tormenta i eum conuer
tit: & cæteros hoc ſentire permisit: qūo qui contra alium quædam molitus fuerit hæc in
ſe primū parata cognoſcat. Itaq; aman honorē quē a rege pceperat ſupra modū abusus
huiusmodi cruci cōfixus est. Rex aūt substātiā eius reginę donauit: & Mardocheū ad-
uocans: dedit ei anulum quē aman ipse p̄stiterat. Nam iam hester ad notitiā eius perdu-
xerat cognationē quam ad illū habebat. Donauit uero & regina Mardocheo aman poſ
ſessionē: & ſupplicauit regi liberari a mortis metu gentē iudeorū: cito nota ei faciēs: quę
per uniuersas ꝓuincias ſcripſisset aman filius amatdathi. Nam patria gēte ſua perēptā
nullatēus se uitā posse tolerare dicebat. Cui rex ꝓmisit: nihil eam frustra petere: nec ſtu
dio eius aliqd cōtrarium ꝓuenire. Vnde p̄cepit: ut ſcriberet q̄ uellet de iudeis noīe regio
ſignaret q; eius sigillo: & trāsmitteret p omne eius imperiū ut siqs legeret ſignatas epi-
ſtolas sigillo regio: minime ſanctiōibus obuiaret. Scribas ergo regales uocans: iussit ſcri
bere gētibus & primatibus: & magistratibus pro iudeis: ab idia usq; ad ethiopiam cen-
tum uiginti & septē ꝓuinciaꝝ. Epistolæ aūt hunc ordinē continebant. Rex magnus ar
tarxerxes ab india usq; ethiopiā: centum uiginti & septē prouinciaꝝ ducibus ac pricipi-
bus: qui nostræ obediunt ditioni salutē dicit. Multi bonitate principū & honore q i eos
collatus est abusi sunt in ſuperbiā & nō ſolum ſubiectos regibus nitunt̄ opprimere: ſed
datā sibi gloriā non ferētes in ipsos qui dederunt moliuntur insidias agitare: nec cōtenti
sunt gratias non agere beneficiis: & humanitatis in se iura uiolare: ſed dei quoq; cuncta
cernentis arbitrant̄ se fugere posse ſniam: & in tantū uesanie prorūpere ut eos qui credi-
ta sibi officia diligenter obſeruant: & ita cuncta agunt ut omniū laude sint digni, men-
daciorum funiculis conentur ſubuertere: dū aures principum simplices & ex ſua natura
alios existimantes calida fraude ſubuertunt. Quæ res & ex ueteribus probatur hiſtoriis
& ex his q̄ geruntur quottidie: quō malis quibusdam ſuggestionibus regum studia de-
prauantur. Vnde prouidēdum est paci oīum prouinciarum: nec putare debetis: ſi diuer
ſa iubeamus ex animi nostri uenire leuitate: ſed pro qualitate & necessitate temporum:
& ut reipublicæ poscit utilitas ferre sentētiam. Et ut manifestius quod dicimus intelliga
tis: Aman filius Amatdathi: & animo & mente macedo: alienusq; a pſaꝝ gente: pietatē
nostrā ſua crudelitate cōmaculās: pegrinus ſuſceptus est a nobis: & tantā in se expertus
est humanitatē: ut pater noſter uocaretur: & adoraretur ab oībus poſt regem ſecundus.
Qui i tantum arrogātiæ tumorē ſubleuatus est ut regno nos priuare niteret̄ & ſpū. Nā
Mardocheū cuius fide & beneficiis uiuimus: & cōſortē nostri regni Hester cū omni gē
te ſua nouis qbusdam atq; inauditis machinis expetiuit ad mortē hoc cogitans: ut illis
interfectis: insidiaret̄ nostræ ſolitudini: & regnū perſarum tranſferret i macedonas. Nos
autem a peſſimo mortalium iudeos neci destinatos: i nulla penitus culpa reperimus: ſed

econtrario iuſtis utẽtes legibus:& filios altiſſimi & maximi ſempercꝫ uiuẽtis dei eſſe:cui ius beneficio:& patribus noſtris: & nobis regnũ eſt traditum: & uſcꝫ hodie cuſtoditur. Vnde & eas litteras quas ſub noĩe noſtro ille direxerat:ſciatis eſſe irritas. Pro quo ſcelere ante portas huius urbis.i.ſuſis:& ipſe qui eſt machinatus:& oĩs cognatio eius pẽdet in patibulis:non nobis ſed deo ei reddẽte quod meruit. Hoc aũt edictũ quod nunc mittimus:in cũctis urbibus proponat̃:ut liceat iudeis uti legibus ſuis. Quibus debetis eſſe adminiculum: ut eos qui ſe ad necem eoꝝ parauerant poſſint interficere. xiii. die menſis duodecimi: quocat̃ adar. Hanc enim diem oĩpotens deus meroris & luctus eis uertit in gaudiũ. Vnde & uos iter cęteros feſtos dies hãc habetote diẽ: & celebrate eam cum oĩ letitia: ut & ipoſterum cognoſcat̃, oẽs qui fideliter pſis obediunt: dignam pro fide recipere mercedẽ: q aũt inſidiant̃ regno eoꝝ perire pro ſcelere. Omnis aũt puincia & ciuitas:quę noluerit ſolẽnitates huius eſſe particeps: gladio & igne depeat:& ſic deleat̃:ut non ſolũ hominibus:ſed ẽt inuita ſit beſtiis in ſempiternum pro exẽplo contemptus & inobediẽtiæ. Igitur equites epiſtolas deportantes exierunt:& uiã propoſitã pagebant. Mardocheus uero regia idutus ſtola:& corona aurea & torque proceſſit ornatus. Quẽ uidẽtes ita honorificatũ a rege iudei in ſuſis habitantes:cõem exiſtimauerunt eorũ ſolicitatẽ. Prẽterea gaudium & ſalutare lumẽ propoſiti regalibus ſanctionibus p ciuitates & puincias iudeos circũdedit ita:ut ẽt multæ gẽtes ꝓpter timorẽ iudeorũ perterreret̃:libertatẽ ex periculo eoꝝ cõparatã inſpiciẽtes. Nã duodecimi mẽſis quartodecimo die: q apud hædreos adar: apud macedones diſtrios uocatur:portitores regalium litterarum nunciabant:quemadmodum deberent die quo ipſis periculũ imminebat inimicos cõſumere. Tunc perſidis ſatrapæ & tirãni: & regis ſcribæ ſuum iudeis reddebant honorem: quoniã timor mardochei eos ad tẽperantiã coaceruabat. Poſtq̃ edictũ regis per omnes prouincias lectum eſt:in ſuſis iudei inimicorum quingẽtos interemerunt. Cunctꝫ rex peremptoꝝ in ciuitate numeꝝ: heſter nunciaſſet:& in prouincia quod factũ fuiſſet ambigeret:ſiquid amplius uellet iterrogauit eã. Illa uero petiuit eũ:ut præciperet iudeis:& ipoſteꝝ diẽ ita facere i reliquos inimicos ſuos:& ut. x. Aman filii crucifigerent̃. Quod qdẽ iudeis rex conceſſit:nequaq̃ reſiſtere uolẽs heſter. Iudei uero parati. xiiii. die menſis occiderunt rurſus aduerſariorum trecentos:nihil penitus poſſeſſioĩs eoꝝ tangẽtes. Interfecti ſunt ẽt p prouinciam aliaſcꝫ ciuitates a iudeis ſeptuagita ſex milia inimicoꝝ: quos ſtrauerũt tertiadecima die mẽſis:quẽ feſtum celebrauerũt. Similiter aũt & iudei in ſuſis collecti:die. xiiii. & .xv. eiuſdẽ menſis epulati ſunt. Vnde hactenus oĩs in orbe terraꝝ iudei hos celebrãt dies:pticulas de cõuiuiis iuicẽ mittẽtes. Scripſit ẽt Mardocheus oĩbus ſub ĩperio artarxerxis degẽtibus iudeis:quatenus hos obſeruarẽt dies ſemp eos celebrantes: & nepotibus traderẽt p omnia tẽpora celebrandos:ne alicui obliuioni traderẽtur: q in his fuerant ab amã pitur:iuſtũcꝫ eſſet: cum uitaſſent periculum:& inimicos puniſſent: honorare eos:gratias agentes deo. Vnde pdictos dies iudei celebrant: appellantes eos conſeruatores. Mardocheus autẽ magnus erat & clariſſimus apud regem principatũcꝫ eius regebat:& potiebatur cõmuni cõuerſatiõe cũ regina. Tunc iudei ſuper omnes libertatis licentia fruebantur. Hæc quidem ſub imperio artarxerxis geſta ſunt. Cap. VII.

Efuncto autem Heliaſib principe ſacerdotũ:iudas filius eius principatũ ſacerdo-
d talẽ ſuſcepit. Defuncto uero & hoc:Ioannes filius eius honorẽ ſuſcepit. Propter quẽ uagoſus dux alterius artarxerxis tẽplum uiolauit:& tributa iudeis impoſuit: nec prius dimiſit quotidianas offerri hoſtias:quã p uno quocꝫ anno uectigal exigeret: dragmas quinquaginta. Hoc aũt ex hmõi cã contigit. Frater erat Ioãnis Ieſus:cui uagoſus amicus exiſtẽs: ꝓmiſit ei ſacerdotii pricipatũ dare. Qua cõfidentia Ieſus altercatus i

tēplo aduersus Ioānē icitauit fratrē:ut eū interficeret:& tanrū in tēplo facinus Ioānes ſ fratrē cōmitteret:quod nunq̄ prius:nec apud græcos:nec apud hæbreos:ita ſcelerate fa ctum eſt. Vnde nec deus hoc impune dimiſit:ſed populū propter hanc cām ad ſeruitu tē redegit:& tēplum uiolari a perſis dimiſit:dicēte uagoſo. Auſi eſtis homicidium in ue ſtro tēplo committere. Ego pemptore illo in tēpore mundior ſum. Et hæc uerba faciēs: in tēplum ingreſſus eſt. Hac igitur uſus occaſione uagoſus:āno ſeptimo Ioannē pro nece Ieſu puniuit. Finiēte uero uitā Ioanne ſucceſſit principatui ſacerdotū filius eius Iaddus. Erat aūt ēt & huic frater manaſſes noie. Cui ſanaballath miſſus a dario ad ſamariā:ſa trapa genere cutheus:ex qbus ſamaritę deſcenderunt:audiēs claram eſſe ciuitatē hiero ſolymam: & reges eius multa aſſyriis:& habitatoribus humilis ſyrię picula feciſſe: libē ter manaſſe copulauit ſuam filiam nomine Yſacha:arbitratus p affinitatē obſidē ei fu turam ad fidem gentis iudeorū. Cap. VIII.

Er idē tps & philippus rex macedonū ab egeſia pauſania filio ceraſte:genus ab p oreſte trahēte inſidias paſſus pimit. Succedēs uero filius eius alexander ſperios trāſiit helleſpōtū:& duces darii deuicit:ſup grānicū flumen cōfligēs cū eis. Cūq; peucurriſſet lidiā & ioniā captiuaſſet frigiāq; pdaſſet:ad loca pāphilię puēit:quod alibi explanatū eſt. Hieroſolymoz uero ſeniores indignabanť:qđ principis ſacerdotū Iaddi frater Manaſſes:alienigenę cohabitās uxori ſacerdotii pticeps exiſtebat. Arbitrabātur enī hoc cōnubiū initiū fieri occaſiōis pſtandæ uolētibus leges trāſgredi p uxorū copula tiōibus: quas ab aliēigenis ſibi cōiungere feſtinabāt. Nā extitiſſe etiā priorē captiuitatē p hæc cōiugia mala putabāt:q; multi i his peccaſſent: dū nō uxores puiciales ducerēt. Iubebāt ergo manaſſe diſiungi ab uxore:aut nō itroire ſacrariū. Pricipes quoq; ſacerdo tū cū populo hoc idigne ferebāt. Manaſſes āt phibitus a fratre ad altare accederet:ad ſo ceꝛ ſanaballan puēit:amare ſe dicēs filiā eius Yſacha:ſacerdotalē uero honorē maximū eſſe apud gentē & ciuitatē: & genus iudeoꝛ:nec uelle ppter hmōi coniunctionē ſacer dotii iure priuari. Itaq; ſanaballath non ei ſolū ſacerdotiū: ſed ēt principatū ſacerdotii & potentiā: ac honorē oium locoꝛ ſibi ſubiectorū dare promiſit:uolēs ſuā apud eū filiam pmanere. Dicebat etiā tēplū ei edificare ad iſtar hieroſolymorū ſup montē garizin: q al tior oibus ſamariæ mōtibus appebat:ſed hoc facere cū regis darii ſnīa. His ꝓmiſſiōibus eleuatus manaſſes:pmanſit apud ſanaballath principatū ſacerdotii arbitratus ſe acce pturū dario conferēte. Nā iam ſanaballath uergebat in ſeniū. Multis uero ſacerdotibus & iſraelitis hmōi ſibi ſubiectis uxoribus:nō pua ſeditio hieroſolymitas habebat:dū plu res ad manaſſen tranſirent. Quibus ſanaballath pecunias miniſtrabat:& terram colen dā:habitationēq; deputabat:oibus modis genero ſuo concordans. Eodē tpe Darius au diēs Alexandrū helleſpontū trāſiſſe:ſatrapaſq; ſuos ſup granicū fluuium pugna uiciſſet & ulterius acceſſiſſe:exercitū equitū peditūq; colligēs:occurrere ſtatuit macedonibus: priuſq; oēs peurrēres aſyam deuaſtarēt. Tranſiēs ergo fluuiū eufratē & montem cilitiæ thaurum:hoſtes in ipſa cilitia ſuſtinebat:illic ſperās eos expugnare. Tunc Sanaballath ppter deſcenſum darii gauiſus:ilico manaſſen dicebat: ꝓmiſſa cōpleri:dario poſt capti uitatē hoſtium reuertēte. Nam credebat nō ipſe tantū:ſed ēt omnes aſyam habitantes: nec ad manū belli macedonas cum pſis ppter multitudinē eē uēturos. Aliter uero quā ſperabať euenit. Nam cōgreſſus cū macedonibus rex ē uictus:multāq; partē exercitus pdēs:& captis matre:pariter & uxore:ſimul & filiis ad pſas fugiēs remeauit. Alexander aūt ad ſyriā ueniens damaſcū cœpit:& ſubiugata ſydene: tyrū obſidebat. Litteras uero ad pricipē ſacerdotū iudeoꝛ direxit iuitans eum auxilia ſibi mittere & uenalia exercitui præparare:& quāta prius dario cōſecrabat: ei præberet: eumq; iuitauit amicitiā mace

(De Tēplo i monte garizim d quo habat mēte ſamaritana Io.

dnũ eligere:ne ímposterũ peniteret. Cunq; príceps ſacerdotũ litterarũ portitoribus mã diſſet ſacramẽta dario ſe dediſſe:ne cõtra eũ arma portaret:nec poſſe uiuẽte dario conſtituta tranſcẽdere Alexãder ícitatus tyrũ quidẽ relinquere nõ decreuit: paulopoſt capiſturã qua uícta:minabat cõtra principẽ ſacerdotũ gẽtis iudeoꝝ exercitũ mittere:ut oẽs eũ diſcerent:quibus deberẽt cõſtituta ſeruare. Quapropter intẽtius in obſidióe pſeruãs: uaſtauit tyrũ. Cũq; eã cœpiſſet ad ciuitatẽ gazã puenit eãq; cũ duce ſuo habima ſiti obſidebat. Arbitratus aũt Sanaballath oportunũ inueniſſe tps:dario iam deſperato: eligẽs de ſuis octo milia:ad alexãdrũ pficiſcit:quẽ reperit inchoantẽ tyri obſidionẽ. Cui ẽt p miſit dare loca ſub ſua poteſtate cõſtituta: magiſq; ipm dominũ libẽter hére quã dariũ. Cũq; ſe intellexiſſet:grate ſuſceptũ:confiſus iã et de pſentibus fretus:uerba pferebat:dicẽs ſe generũ habere manaſſen:fratrẽ iaddi principis ſacerdotum iudeæ gẽtis: multoſq; alios cũ eo pſentes ex eadẽ gente: quos uelle aiebat ſub eo tẽplum locis conſtitutis edificare:hoc aũt ipſi pfuturũ dicebat:ſi diuideret in duas partes iudeoꝝ potẽtia. ne eadẽ cõcordia gens cõiuncta debellaret:aut í aliquo regibus obuiaret:quẽadmodũ prius & aſſyriorũ regibus cõtingebat. Cõcedẽte uero Alexãdro:oí ſtudio anniſſus ſanaballath edificauit tẽplũ & ſacerdotẽ manaſſen cõſtituit:maximũ arbitratus præmiũ ex filia nepotibus futuꝝ. Septẽ aũt menſibus í obſidione tyri trãſactis:& duobus í gaza:ſanaballath defunctus eſt. Alexãder aũt capta gaza:ad ciuitatẽ hieroſolymitanã aſcẽdere feſtinabat. Quod príceps ſacerdotũ iaddus audiens: í pauore & timore cõſtitutus:moliebat quẽadmodũ macedonibus feſtinus occurreret rege ídignãte: & putãte timorẽ eſſe cõtumaciã. Præcipiens igit populo ſupplicationẽ & imolationẽ offerre deo: ipſe deprecabatur ſubuẽire gẽti:a uẽturiſq; eã liberare piculis. Obdormiẽte uero eo poſt ſacrificiũ deus pcepit ut cõfideret:ſertiſq; ciuitatẽ ornaret:portaſq; ptinus aperiret:& alios qdẽ cũ ueſte alba:ipm aũt & reliquos ſacerdotes cũ legitimis ſtolis iuſſit occurrere: nihil ſeuũ ſperãtes pati:deo puidente. Cunq; a ſopore ſurrexiſſet:ualde cõgaudẽs:nocturnũ oraculum omnibus ídicauit:& quæ uidit í ſomno eũctis facere demandans:regis pſentiã expectabat. Quẽ audiẽs nõ lõge eſſe a ciuitate: pceſſit cũ ſacerdotibus:& ciuili multitudine:ſacram & maiorẽ aliis gentibus ei pparans occaſionẽ:ad aliquẽ locũ qui ſaphin appellat:quod nomẽ latine trãſlatũ ſcopulũ ſignificat:ex quo loco hieroſolymã tẽplũq; potuiſſet uidere. Phœnices uero & chaldei regem ſecuti:putabant:quia qcqd potuiſſet furor impialis pmittere in ciuitatẽ:ipſe cõmitteret: & pricipẽ ſacerdotũ ſummis afficeret contumeliis. Quod e diuerſo contigit euenire. Nam Alexander puidens multitudinẽ ueſtibus albis indutam: antiſtites uero cum biſſinis ſtolis:& principẽ ſacerdotum iacinctinã & aureã ſtolã:ſuper caput hadentẽ cidarim:& ſup laminã aureã: in qua ſcriptum erat dei nomẽ: adiit eum ſolus:& numẽ adorauit:& principem ſacerdotum primus ueneratus eſt. Omnibus uero iudeis una uoce Alexãdrum ſalutãtibus:circumaſtãtes ſyrię reges:& reliqꝝ hoc facientẽ ſtupuerunt:corruptãq; regis mentẽ putauerũt. Parmenion uero ſolus eum ſterrogauit dicens:cur omnibus eũ nõ adorãtibus ipſe adoraſſet principẽ ſacerdotũ gentis iudeæ. Cui ille non hunc inqt adorauí:ſed deũ cuius pricipatu ſacerdotii functus eſt. Nam p ſomniũ in huiuſmodi eũ habitu cõſpexi:adhuc í odio ciuitate macedoniæ cõſtitutus. Dũq; mecũ cogitaſſem:quẽadmodũ poſſem aſyam uincere:ícitabat me nequaq; neglígere:ſed confidẽter trauſire. Nam ſemp ductuꝝ meũ dicebat exercitũ & pſaꝝ: traditurum potẽtiam:ideoq; neminẽ alium in tali ſtola uidẽs:cum hunc animaduerti ſſem: habẽs uiſionis & pbationis nocturnæ memoriam:ſalutaui. Exinde arbitror diuino iuuamine me directum:Dariumq; uiciſſe:uirtutemq; ſoluiſſe perſarum. Propterea ſimul etiã oía quę in eo corde ſperantur:prouentura confido. Poſtquam hæc parmeoni locutus eſt

principē ſacerdotū honorans:occurrētibus: reliqs ſacerdotibus ad ciuitatē uſq; peruenit:& ad tēplū aſcendens:ſacrificauit deo:ſecūdū ſacerdotis oſtenſionē.Ipſe aūt ſacerdotū principi:& reliqs ſacerdotibus munificēter multa donauit.Allato uero ei uolumine Danielis:in quo ſcriptū erat:quēdā grecorū regē pditurū ꝓſarū potētiā : arbitratus ſe ipm eē quē ſcriptura ſignificabat:gauiſus eſt:& tūc qdē multitudinē dimiſit.Poſtera aūt die cōuocans eos iuſſit petere:& quas uellent donatiōes accipere.Principe ergo petēte: ut liceret patriis uti legibus:& ſeptimū annū ſine tributis eē:mādauit:et oīa conceſſit. Cūq; ab eo poſtulaſſet:ut iudeos in babylōe et media gēte p̄ciperet ſuis potiri legibus: ꝓmiſit libenter facere q̄ poſcebat. Dicēte uero ipſo ad multitudinē:ſiqs elegerit ei mili tare:pmanēs i patriis legibus:et ſecūdū eas uiuēs: paratū ſe eos ducere:ſe pugnaturos cum eo dixerunt.Igitur Alexander ita diſponens hieroſolymā: duxit ad reliquas exercitum ciuitates:omnibus eum ad quos peruenit amabiliter ſuſcipientibus . Samaritæ uero metropolim tunc ſicimam nomine habētes:poſitā iuxta garizin montē:in quo tranſgreſſores habitabant iudei:uidētes ab Alexandro ita magnifice iudeos honoratos: coacti ſunt ſe fateri iudeos.Nam hmōi ſamaritę nature ſunt:ſicut prius alibi demonſtrauimus:in calamitatibus merſos iudeos negant eſſe cognatos:ueritatē confitētes:& cū uiderint clarum eis aliquod oblatū: tunc ſocios ſe iudaici generis ꝓfitentur : originē ſuā a nepotibus ioſeph:effraī & manaſſe recēſentes . Tunc ergo claritatē & multū animi ſui affectū oſtēdētes:occurrerunt regi:paulominus quā hieroſolymitæ.Cūq; laudaſſet eos Alexāder: ſicimite adierūt eū cū militibus:quos ad eū ſanaballath trāſmiſerat petētes: ut ad ciuitatē ꝑueniret:& tēplū apud eos poſitū honoraret q reuertēs:ad ipſos ſe uenire ꝓmiſit.Petētes aūt tributos: ſeptimi āni cōceſſionē:nā neq; ipſi ſemināt in eo cōſuluit: qui eſſent qui talia poſtularent . Cunq; reſpondiſſent hębreos ſe quidē eſſe ſicimitas autē a ſydonio nuncupari:iterū interrogauit eos:utrū iudei eſſent illis aūt dicentibus non eſſe : & ego inquit hęc iudeis conceſſi:ſed reuerſus quidem et a uobis certius edoctus q̄ uera fuerint agam.Et ſicimitis qdē ita poſtulationē negauit.Similiter uero amicos ſanaballath ſe ſeq; p̄cepit ad ægyptū : ibi daturū ſe eis iugera terræ ꝓmittēs:quod & poſtea fecit:thebaidā cuſtodire prouinciā eis iniungens.Igit defuncto alexrandro:& principatu a ſucceſſoribus eius diuiſo:templum ſup Garizin montē pmanſit.Et ſiquis culpā habuiſſet apud hieroſolymitas:aut de cibo illicito:ſeu de tranſgreſſione ſabbatorū: aut de huiuſmodi peccato ad ſicimitas recedebat dicens ſe iniuſte culpari.Defunctus eſt autē illo tpe princeps ſacerdotū laddus:& Onias filius principatū ſacerdotalem ſuſcepit.Et in his conſtituti hieroſolymitæ degebant.

INCIPIT LIBER.XII.ANTIQVITATIS IVDAICAE.QVI CONTINET GESTA.C.LXX.ANNORVM. CAP.I.



Lexander rex Macedonū ubi regnū perſarū diſoluit:iudeamq; diſpoſuit ut p̄dictū eſt a uita diſceſſit.Cunq; multos principatus ſui ſucceſſores reliquiſſet.Antigonus qdē Aſyam apprehendit.Seleucus aūt babylonē:gentesq; uicinas obtinuit.Liſimacho ceſſit Helleſpontus . Macedoniam rexit Caſſander . Ptolomeus filius Lagi Aegyptū poſſedit.Qui dū aduerſum ſe ſeditiones haberent:ſuūq; dilatare contenderent principatū:diuturnis bellis ciuitates cōcuſſæ:multis ciuibus inter certamina pereuntibus ingemiſcebant.Tūc & oīs ſyria ſub Ptolomeo filio Lagi q ſaluator nuncupatur:contraria ſui nominis eſt perpeſſa.Nāq; hic ēt

Hierosolymā depugnauit:fraudibus & dolis ciuitatē die sabbatorū ingressus sub specie sacrificii nequaquā iudeis resistētibus quō hostile nihil existimarēt: & ideo ociosi ueluti nihil suspecti segnes erant:Qui cū sine labore ciuitatē apprehendisset:crudeliter eis do minabatur. Testis est oratiōis meæ Ouidius Sabatarcides:qui successor Alexādri acta conscribēs superstitionē nostrā p qua libertatē amisimus exprobrauit: cū hæc diceret. Est gens quę iudea dicitur ciuitatē munitam & magnam hierosolymā detinēs: quę cō tēpsit sub Ptolomeo constituta dum arma capere deuitasset: & ppter superfluā superstitionē seuissimum dominum ptulit habere.Sabatarcides quidē hęc de gēte nostra eōscri psit.Ptolomeus uero multos captiuos a mōtanis iudeę:uel a uicinis locis Hierosoly mo rū.i.a Samaria uel a Garisi trahens ad Aegyptū cōmigrauit.Sed cum cognouisset eos quos ab Hierosolymis abstraxerat firmos iurisiurandi uel fidei cultores existere cū Ale xandro legationē ad eos mittēti sic respondissent Dario uiuēte contra eū arma nequaq̄ sumere:post Darii expugnationē multos ad castella deputauit: & pes cū Macedōibus Alexandrię ciues statuit:fidēq; ab ipsis recepit: ut nepotibus suis societatē custodirent: cum & alii nō pauci iudei sponte ad Aegyptū peniissent opulētia locorū. Ptolomeiq; munificētia inuitati:quoq; nepotes seditiones contra samaritas dū fuę gētis patriā obla tionē seruare festinarent excitabant.Nam Hierosolymitę defendebant: dicentes suum templum sanctum existere:& immolationes illic transmitti oportere.Sichimitę uero ad Garizim montem destinari iubebant. Cap.II.

Post decimū & secūdū ānū ipii Alexandri:& post quadragesimū Ptolomei salua p toris:regnū Aegypti Philadelphus obtinuit p ānos trigintanouē: qui & legē iu deoq; interpretatus ē:& famulātes in Aegypto Hierosolymitas a seruitutis uinculo resoluit usq; ad centū uiginti milia ex huiusmodi cā.Demetrius Falareus sup bibliothe eam regis constitutus dū studeret oia p uniuersam terrā inuenta uolumina congregare: & acquirere si qd audisset dignū industria uel uoluntate regis:quē erga collectionē codi cū munificēter accēdi cognouerat:interrogatus a Ptolomeo:quot millia codicū habe ret:cū uiginti milia iā respondisset: sed tpe post pauco usq; ad qnquaginta milia posse peuenire:& nunciatū sibi diceret:multa apud iudeos legum eorū esse conscripta: studio uel bibliothecę regali digna:q̄ figuris litterarū uel sermone illorū:cōpositā:laborē non paruū praberēt:si in grecū mutarent eloquiū:cum uideant Syrorū litteris similes eoq; esse figuras:equa pronunciatione uocis:nihil ergo inqt phibet tuarū pecuniarū sumptu eas interpretari:dū in bibliotheca tua illorū quoq; leges contineant. Igitur ex optima Demetrii snia delectatus:postq̄ studium suū multos colligendi codices demonstrasset: scripsit ad principes sacerdotū gentis iudeę hæc fieri demandans.Aristenus aūt amicus regi necessarius:ppter humilitatē morū ab eo dilectus:cū sæpius ante nisus esset Ptolo meū petere:quatenus dimitteret captiuos iudeos q sub iperio eius essent tps hoc petitio nis prosperū arbitratus: ante loquit primatibus custodū regis corporis:Sofibio Taren tino & Andreæ ut simul laborarent:de qbus petiturus regē accederet.Quorū snia con firmata: cū hmōi sermonibus regē adiit dicens.Minime rex oportet una nos spe negli genter decipi:sed ueritatē intimare.Nā si legē iudeorum non tantū transcribere:sed etiā interpretari p tua gratia studemus:qua ratiōe possit hoc fieri:tot iudeis in regno tuo ser uientibus.Quos benignitate tuę munificentiæ decet a psenti iugo seruitutis absoluere: ac deo q leges exposuit p tui regni tutela remittere.Nā cū multa sæpius indignasses: cognouisti factorē eos oium deū colere:quē nos zena.i.iouē nominamus: q; oibus indul get zē.i.uiuere. Quapropter ad honorē dei quē maxima religione placant:liberos eos patriæ & moribus suis restitue. Cognosce tamē princeps me nec affinē esse eis:nec ab

eadē gētium natione.ut pro illis hęc ſuggerā:ſed dum omniū hominū factorē deū ſcirē ſuauiter ſuos benefactores amplecti:ad hāc petitionē pcuni. Poſtq̄ hæc Ariſtenus locutus eſt & rex in eū hilari uultu ridētiq; conſpexit:quanta inquit arbitraris milia poſſe dimitti. Tunc Andreas reſpondit dum interfuiſſet: dixitq; pauloplus quā cētū milia poſſunt exiſtere.Nō paruā inqt a nobis Ariſtene donationē poſcis. Sofibio uero cū p̄ſentibus dicēte dignū eē munificētię ſuę:ſi deo q regnū ei donauit has gratiarū uices offeret:rex ſapiēti uſus cōſilio:ne cōtra eos milites qui eos captiuauerant facere uideretur:& quorū ſtipēdia captiuorū abſolutiōe minui uiderētur: de ſuo eos erario redimere ſtatuit dū militibus merces ānone p̄ſtaretur:& p̄ ſingulo captiuo apud eos cōſtituto dragmę centū uiginti darent. De qbus ēt pręcepta proponere p̄miſit: per quæ munificētiā ſuā: & Ariſteni petitionē confirmaret.Pręterea uoluntas dei affuit:p quā non tātū illos q a patre eius uel exercitu illius tranſlati fuiſſent:uerū ēt illos: q ſub regno eius p̄extitiſſent abſolutioni donaret:uel ſi q poſtea ſupueniſſent: p quorū redēptione pluſq̄ q̄dringenta talēta ſunt a rege largita. Vñ & exēplū ſanctionis ad manifeſtādā poſteris regis munificētiā cuſtodiri decreuerūt: quod erat hmōi. Quicūq; ſub noſtri patris īperio militātes ſyriā & phœnicē cū eo iudeāq; uaſtauerunt: & captiuos adductos ad noſtras ciuitates & p̄uincias uēdiderūt:hos & q olim ſub meo regno exiſtūt: & ſi quos nūc ſupduxerūt dimittāt p ſingulo corpore accipiētes dragmas cētū uigīti:& milites qdē cū ānonis ſuis: reliquero a regali menſa redemptionis p̄ciū accipiant. Arbitror enim eos ſine uolūtate meī patris contra iuſticiā deprędatos: p̄uinciamq; eorum fuiſſe uaſtatā. Vñ & multos milites profectos eſſe cognouimus:dū ad ægyptū eos traducerent. Iuſtum ergo conſpiciens miſereri eis:iubeo conſtitutos in ſeruitute iudeos oēs dominis eorum antedictam accipientibus ſummam abſolui: nec quenquam in hac re fraudem aliquam agere: ſed his potius conſtitutionibus obedire. Diſpoſitiones aūt meas p̄cipio:ex quo miſſę ſunt p tres dies p̄poni:quatenus ad iudices domini conueniant:corpora ſtatim oſtendētes: hoc enī meo credo p futurū īperio. Contumaces uero liceat cuiq; uolenti nunciare:quatenus eorū ſubſtantię regis poſſeſſionibus ſocient. Cū hæc ſanctio regis lecta fuiſſet:& niſa eſſent oīa iuſte decreta:tantū uero deeſſe de abſolutione priorū:& horū q poſtea duēti iudei fuiſſent:ipſe de his ſua liberalitate p̄cepit. Præterea ſciens ſubitaneā diſtributionē difficilē exiſtere iuſſit rex: miniſtris & regiis cācellariis pecūias ſeponere. Quo facto intra ſeptimū diē oīa regis p̄cepta impleta ſunt:& talenta ſup quadringenta:ſexaginta p redemptione partita noſcunt:dū & p infantibus domini centū uiginti dragmas exigerent:ſicut rex pro his demandaſſet:ſcribendo pro ſingulo corpore p̄dictā ſummā exhiberi. Cū hæc ſecundū regiā uoluntatē munificenter diſpoſita fuiſſent:iuſtū uiſum eſt demetrio de iudaicis codicibus tranſcribendis:eius allegare decretū. Nā nihil fruſtra a regibus diſpenſat:ſed oīa cū multa diligentia gerunt. Quapropter allegationes:uel epiſtolarū exemplū deſignauimus:& ornamentorū tranſmiſſorū multitudinē:& qcqd in unoquoq; conſtructū eſt. Vnde poteſt optime opificū ars p̄ſpici.& uaſorū oīum excellentia agnoſci. Allegationis aūt exemplū hmōi probat. Maximo regi demetrius. Pręciente te o princeps de his q̄ hactenus ad cōſumationem bibliothecę deſunt:quatenus colligant:& de his q̄ corruerunt ut debitā diligentiā īpetrarent:oī ſtudio uſus in his: ad noticiā ueſtrā p̄duco legiſlationis iudaicæ uolumina nobis cum aliis deeſſe. Nā figuris hebraicis:& uoce gentili conſcripta: inexplicabilia nobis exiſtunt. Contigit ēt minus diligenter ea quæ habent tranſferri:dū regalē p̄uidentiā minime percepiſſent: neceſſariū tamen eſt hæc apud te cautius expoſita reponi. Nā ſapientiſſima & integra legiſlatio:ſic a deo data uideat exiſtere. Quapropter inqt Acatius abdiripetas:ſeu cōſcriptores

caſtrũ plenũ uaria materia:uel ſacris aĺalibus:& peto concedẽdũ mihi eũ dño tuo ſegregatũ:quatenus purgare tẽplũ ibi dirutũ:& edificare maxio deo poſſim mẽſura eadẽ & ſimile hieroſolymos: ꝓ te:tuaq; cõiuge:uel filiis:q̃tenus bẽant ęgyptũ habitãtes iudei: quo cõuẽiẽtes ſecundũ cõcordiã quã adinuicẽ hñt:poſſint tuis utilitatibus miniſtrare. Nã & Yſaias ꝓpheta p̃dixerat eẽ in ægypto domino deo ſacrificiũ multaq; talia de ipo p̃dicauit. Hęc qdẽ Onias regi Ptolomeo ſcripta tranſmiſit. Confiderent tñ aliqui pietatẽ eius & Cleopatræ ſuę ſororis uel cõiugis ex epiſtola quã ſcripſerũt. Nã peccatũ & legis trãſgreſſionẽ ſup caput Onię poſuerũt ſcribẽtes hęc. Rex Ptolomeus & regia Cleopatra Oniæ ſalutẽ. Legimus tuã petitionẽ in qua ſuggerebas pmitti tibi in Lenonũ ciuitate tẽplũ heliopolitanũ dirutũ purgare quod appellat agreſtis bibaſte: Quapp miramur ſi deo gratũ ſit tẽplũ quod edificaturus fis in tã luxurioſo loco: plenoq; ſacris aĺalibus. Sed quõ dixiſti Yſaiã ꝓphetã iã dudũ hoc p̃dicaſſe cõcedimus tibi: ſi contra legẽ ueſtrã nõ eſt:ut nihil uos in deũ peccaſſe uideamur. Accipiẽs igit locũ Onias edificauit tẽplũ arãq; deo ſimilẽ hieroſolymos:minus tñ & pauperrimũ. Mẽſura uero eius & uaſa minime uiſum eſt mihi nunc deſcribere. Nã in ſeptimo libro iudaicæ antiqtatis inſerta ſunt. Inuenit & Onias quoſdã ſui ſimiles iudeos ſacerdotes & leuitas ibi religionẽ colẽtes. Sed de hoc tẽplo late narrauimus. In alexãdria uero iudeos & ſamaritas q tẽplũ tẽporibus Alexandri macedonis ſup Garizi mõtẽ cõſtruxerunt: contigit contra ſe ſeditionẽ excitare:& ꝓpter tẽpla corã ipſo Ptolomeo certare: iudeis quidẽ dicẽtibus: ſecundũ legẽ moyſi tẽplũ ſe in hieroſolymis conſtruxiſſe:ſamaritanis aũt in garizi: & ſupplicauerũt ut cũ amicis rex cõſederet:audiẽs de his altercationẽ uictoſq; morte multaret: cũ pro ſamaritis Sabbeus & Theodoſius intimaſſent:pro iudeis uero & hieroſolymitis andronicus meſalmis: iurauerunt p deũ corã rege ſecundum legem dicta ſua probare: periuerunt; ptolomeũ quatenus iuſiurandi tranſgreſſores perimeret. Rex ergo multos ſecũ amicos in conciliũ congregans:ſedit ꝓtes audire. Tunc iudei alexandria conſtituti timebãt nimis de uiris q pro tẽpli hieroſolymitani pte diſſerebãt nã atrociter ferebãt:ſi hoc tã antiquũ & nobile p uniuerſum mundũ tẽplũ ſolueret. Cũq; Sabbeus & Theodoſius cõceſſiſſent ut primus Andronicus uerba faceret:idẽ Andronicus approbationẽ facere ſuã cœpit ex lege uel p̃deceſſoribus principũ ſacerdotũ qs ex quo genere honorẽ ſacerdotii a patre ſuſcepiſſet:& quõ oẽs aſyæ reges tẽplũ uariis oblationibus & clariſſimis donis honorauerũt: de garizi uero tẽplo ueminẽ ſermonẽ feciſſe. Quæ dicẽs Andronicus: & his multa ſimilia:regẽ flexit ſniam pnũciare decernẽdã:tẽplũ hieroſolymitaq; ſecũdũ leges nroiſi fabricatũ fuiſſe: Sabbeũ aũt & Theodoſiũ interficiẽdos. Hęc ſunt q̃ contigerunt iudeis in alexandria tẽporibus Ptolomei Philometoris. Cap. V.

Taq; Demetrio in pugna pempto:ſicut ſupius indicauimus:Alexander accipiẽs i regnum ſyrię: ſcripſit ptolomeo:ut acciperet in matrimonio ſuo filiã eius:iuſtũq; hoc dicebat eſſe:cũ paternũ obtinuiſſet principatũ:& p dei ꝓuidentiã in eo pductus fuiſſet poſt pditionẽ Demetrii:ſed ẽt p alia multa dignum ſe eius familiaritate:uel cognatione dicebat. Ptolomeus uero libenter ſponſalia accipiens reſcripſit dicẽs:gauiſum ſe eſſe q; paternũ ſuſcepiſſet principatũ:daturũq; ei ſuam filiã promiſit:& occurrere iuſſit eũ ad ptolomaida:quatenus ei filiã ſuã iure traderet nuptiali. Tunc ipſe puellã ad ptolomaida ab ęgypto producendã:ibiq; coniugendã eſſe conſtituit. Ptolomeus qdem hæc ſcribens:prope ad ptolomaida peruenit:filiã Cleopatrã ſecũ adducens:ubi ſecũdũ conſtitutũ:alexandrũ repperit. filiãq; ſuã ei cõiunxit:dotẽ argento uel auro ſecũdũ regiã quantitatẽ complens. Cunq; nuptiæ celebrarent ſcribens Alexander Ionathę principi ſacerdotũ:iuſſit eũ ad ptolomaida feſtinare. Qui perueniens ad reges:munificenter eis

offerẽs dona: claro apud eos honore potiebaꝰ. Tunc Alexander cõpulit eũ ꝓpria ueste exutũ purpura iniduí: simulq; sup tribunal secũ sedere: iussitq; duces cũ eo ꝓcedere: perq; mediã ciuitatẽ clamare: nemini contra eũ qcq̃ dicere uel causas licere cõnectere. Quod cum duces fecissent regis: erga Ionathæ inuidẽtes hi q parati fuerãt cum accusare: simul cũ inimicis eius ꝓfugerunt ueriti: ne qd pessimũ paterenꝰ. Tãto uero studio rex Alexãder dilexit Ionathã: ut primum eum suorum describeret amicorum. Cap. VI.

Entesimo & sexagesimo qnto ãno: Demetrius Demetrii filius cũ multis cõductis quos ei Lasthenus cretensis præstiterat a Creta ad Ciliciam nauigauit. Quod Alexãder audiens in pauore turbaq; constitutus continuo de Phœnicia ad Antiochiam festinauit ut prius q̃ huc ueniret Demetrius: eam tute dispõeret. Reliqt uero humilis syriæ ducẽ appolloniũ: cognomine Titum: qui cũ multo exercitu profectus ad Iamniam: Ionathæ principi sacerdotũ mandauit dicens. Iniustũ esse eum solũ cũ licentia uel potestate uiuere: nõ obediẽtẽ regi sibiq; dicebat hoc magnum obprobriũ ab oĩbus inferri: q; eum non subigeret regi. Non ergo te inqt in montibus abscõdas: arbitratus fortitudinem te habere: sed si confidas tuæ uirtuti descẽde: quatenus ꝓ campũ nostri milites confligant: & fortissimi belli euentus demonstret uictoriam meis uel tuis. Scito tamen optimos ab unaquaq; ciuitate mihi cõmilitones iunctos: qui semp tuos ꝓuos euicerunt. Contra nos autem in tali terra certandum est: ubi non lapidibus sed armis decet fortissime præliari: ne sit locus tibi quo ualeas deuictus effugere. His incitatus Ionathas: decẽ milia militum eligens ab hierosolymis egreditur cum fratre Symone: pueniensq; ad Ioppẽ: castra iuxta ciuitatẽ disposuit. Nã ioppenses portas cõcluserant: intus habẽtes custodias ab Appollonio cõstitutas: Cunq; Ionathas obsidere parasset eos: timentes ne suã ciuitatẽ deuastaret portas aperiũt. Apollonius uero captã audiens Ioppẽ a Ionathã: tria milia equitũ sumens: & octo milia ꝓpeditũ ad Azotũ puenit: & exinde tacite paulatimq; uiã sibi pfecit. Cũ ergo uenisset in Ioppẽ tamq̃ recedẽs: Ionathã trahit ad campũ: cõfidens equitibus & spẽ in eis habẽs suę uictoriæ. Cũq; ꝓcessisset Ionathas sequebaꝰ eũ ad Azotũ appollonium: q cũ ad campum uidisset hostẽ uenisse: conuersus pugnã cũ eo cõmisit. Mille itaq; equites appollonius ad insidias in aliquo torrẽte dispo fuerat: q retro inimicis insisterent. Quod sentiens Ionathas: nõ est turbatus: sed ordinãs in quadro exercitũ. ut p ambas partes inimicos exciperẽt: hortatus ẽ: ut fortiter ante uel retro pugnãtibus ubiq; resisteret. Prælio ãt usq; ad uesperã ꝓcedẽte dans fratri Symoni partẽ exercitus: iussit aduersarios: eũ aciẽ inuadere: suisq; ꝓcepit: testudine facta sagittas equitũ excipere. Qui cũ ꝓcepta fecisset nihil ledebãt: q̃is hostes sup eos frequẽtia tela librarent: usquequo suas euacuassent pharetras. Nã sagittæ corpora clypeis septa: minime cõtingebant: cũ cõstipatione testudinis tela uenientia refugarenꝰ. Cũ uero a primo mane usq; uesperę iaculantes aduersarii defecissent: intelligẽs Symon lassos eos: inuadit aciẽ: fortiterq; cũ suis militibus dimicans: fugauit inimicos. Vidẽtes aũt equites pedites ad fugã conuersos: & spe eorũ decepti sine decore & turpiter abscesserũt: & ꝓ oẽm campũ dispersi fugerunt. Quos secutus Ionathas usq; ad Azotũ multos occidit eorũ. Qui de sua salute desperantes: ad tẽplũ Dagonis confugerunt: quod erat in Azoto. Capiens aũt incursione sua ciuitatẽ ionathas: incẽdit eã: & oẽs circa eã uicos. neq; pepercit tẽplo Dagonis: sed ẽt flammis consumpsit: & eos q ibi confugerãt interfici. Multitudo uero q̃ in illo concidit ꝓlio una cũ illis q in tẽplo confugerant: octo milia fuerunt. Vincens ergo tantũ Ionathas exercitũ: ab Azoto discessit: & ad Ascalon uenit: & foras ciuitatẽ castra constituenti: territi ascalonite: in occursum ei exierũt dona portantes. Qui laudãs eorũ uoluntatẽ reuersus est ad hierosolymã: multã ꝓdam ferens: quã uidebatur a uictis

hostibus abstu'isse

hostibus abstulisse. Alexander aũt denictũ audiens ducẽ suũ apollonĩũ: simulauit gaudium: q; p̃ter eius sniam cũ ionatha cõflixisset: q eius amicus erat: mittitq; testimonium ionatæ: p̃bens p̃miũ & honorẽ: & torquẽ aureum: sicut solet affinibus regis dari: eiq; cõmisit Accaronis prouincię magistratum. Cap. VII.

Odem tempore rex Ptolomeus philometer dictus: nauales ducẽs exercitum & pedites ad Syriam uẽiebat Alexandro suo genero solatia præbiturus. Quem omnes ciuitates studiose alexandro præcipiente suscipiebant: & deducebant usq; ad Gazotum: ubi omnes proclamabant: accusantes Ionathan q; tẽplum incendisset & destruxisset: prouinciamq; uastasset: multosq; eorum interemisset. Quę Ptolomeus audiens tacuit. Ionathas autem in Ioppen occurrit Ptolomeo dona clarissima uel honorem ab eo percipiens: & producens eum usq; ad fluuium qui Eleutherus appellatur ad hierosolymam: remeauit. Perueniens ergo Ptolomaidem: pręter omnem spẽ paulominus habuit ĩterfici Ptolomeus insidiis Alexandri quas ei per ãmonium amicum parauerat. Manifestis autem factis insidiis Ptolomeus Alexandro scribit: ad pœnam Ammonium petens: & dicẽs insidias se ab eo passum: & uindictam sumere iustum eẽ. Alexãdro uero nõ cõcedente Ptolomeus intellexit illũ cãm insidiarũ extitisse: Quapropter ei factus est odiosus. Antiochenis aũt & prius erat odibilis Alexãder ꝓpter Ammoniũ: multa nãq; ꝓ eũ passi fuerãt: & pœnã qdẽ ab ammonio ꝓ eius delictis exegerũt: occidentes eũ qui tanq; mulier se ꝓperabat abscõdere habitu circũdatus fœmineo: sicut alibi dictũ ẽ. Ptolomeus itaq; accusans eũ ut ꝓditorẽ nuptiarũ filię sue: trãsgressorẽq; auxilii quod ei cõtra Demetriũ deduxisset: soluit affinitatẽ. Nã & auferẽs suã filiã: ad Demetriũ legationẽ direxit: amicitiã cũ eo cõponens: filiãq; daturũ se illi uxorẽ & restituere paterno eum principatui cõpromittens. Demetrius uero gaudẽs: suscepit legationẽ & nuptias. Tũ nimius iã ptolomeo labor restabat: flectere antiochenos: ut Demetriũ susciperẽt: nã inimici eius fuerunt: eo ꝙ a patre eius Demetrio multa pessima passi fuissent: & alexãdro tamen antiocheni ꝓpter ammoniũ irascebant: ut p̃diximus. Qui pulsus ab antiochia: in ciliciã usq; puenit. Ptolomeus ergo ad antiochenos ueniens: rex ab illis & militibus ordinatur: coactusq; duo sibi duodemata superposuit: unũ asyæ: alterũ ęgypti. Benignus aũt & iustus existẽs: nec cõcupiscens aliena: sed & futura ꝓuidens recusare regnũ decreuit: ne romanos offenderet: ideoq; antiochenos in cõtionẽ cõgregans: flectit eos ut Demetriũ susciperẽt: dicens eũ nequaq̃ ꝓ patre dolorẽ seruaturũ: si bene mererẽt ab eis: doctorem autẽ in bonis & ducẽ se illi eẽ: nec se fallacibus negociis immiscere: sibi aũt dicebat ęgypti regnũ sufficere. Quę differens flectit antiochenos Demetriũ suscipere. Alexandro uero cũ magna militia uel apparatu ad Syriam a Cilicia ꝓfecto: terrãq; antiochenorum prædante Ptolomeus cũ genero contra eum duxit exercitũ. nã iã filiam suã matrimoniali iure Demetrio contradiderat: & uincẽs Alexandrũ: ad Arabiam fugauit eũ. Contigit autem in p̃lio: ut equus ptolomei uocẽ elephantis audiens: ptolomeum iactaret. Quod cũ uidissent hostes: impetum super eũ fecerũt: multisq; uulneribus caput eius perforantes: ad periculum mortis eũ adduxerunt. Sed custodes corporis eius rapiẽtes eum liberauerunt: & ita per quattuor dies defectus iacuit: ut nec loqui nec ĩtelligere potuisset. Alexandri uero caput arabũ potentissimus Zabilus abscidẽs ptolomeo trãsmisit. Qui die quinto releuatus a uulnerum dolore: suauem sibi rem summũq; spectaculum alexandri morte simul & capite uidit: qui tamen paulopost uitam finiuit: pro alexandri morte gaudio summo completus. Regnauit ergo asyæ Alexãder qui dictus est Balans annis quinq;: sicut in aliis demõstratum est. Suscipiens uero principatum Demetrius qui Nicanor appellabatur: fraudibus corrũpere cœpit ptolomei militiam obli

tus:& q; ſocer eius & auxiliator fuiſſet: & affinis per connubiũ Cleopatræ. Quapro pter milites ptolomei ad Alexandriam cõfugerũt: Elephãtos autem Demetrius cõpr̃ hẽdit. Ionathas interea princeps ſacerdotũ ex omni iudea ſibi milites congregans: arcẽ hieroſolymoꝝ: obſidebat: ubi cuſtodia macedonũ: & trangreſſoꝝ multitudo locata ui debaẽ. Et hi qdẽ cõtẽnebant Ionathan faciẽtẽ machinameta: cõfidẽtes loci munitioni bus. Noctu uero qdã maliuoli iudei exeuntes: uenerunt ad Demetriũ: arcis obſidionem nũciantes. Qui nũcio incitatus: exercitũ cõtra ionathan ab antiochia eduxit. Cunq; ad ptolomaidẽ pueniſſet: ſcripſit ionathæ: p̃cipiens ad ptolomaidẽ eũ citius occurrere. Iona thas aũt obſidionẽ qdẽ minime ſoluere decreuit: ſeniores uero populi. & ſacerdotes cõ gregans: & aurũ & argentũ & ueſtẽ: cũ multitudine donoꝝ deportãs: ad Demetriũ uſq; peruẽit. Quæ cũ obtuliſſet: ira eius molliuit: & honoratus firmũ ab eo principatũ ſacer dotii ſuſcepit: quẽ a regibus ante ip̃m donatũ poſſidebat: accuſantibuſq; eũ tranſfugis: Demetrius eis nõ credidit: ſed & petenti quatenus pro omni iudea: uel tribus ꝓuinciis: Samaria: uel Ioppe: uel Galilea trecẽta tantũ daret talenta pro omnibus his epiſtolam ei p̃ſtitit: quæ uerba huiuſcemodi continebat. Rex Demetrius Ionathæ fratri: gentiq; iu deoꝝ: ſalutẽ. Exẽplũ epiſtolæ quã Laſtẽi cognato nr̃o ſcripſimus: trãſmiſimus uobis: ut eam noueritis. Rex demetrius Laſteni patri ſalutẽ. Iudeorũ gẽti nobis amice: noſtraq; iuſſa ſeruanti: pro fide decreui dona p̃bere: & tres poſſeſſiones Afferema: Belſcelida: uel Ramathe: quæ additæ ſunt iudeis de Samaria: & his attinentia: & quãtacũq; ab imolã tibus hieroſolymorũ reges accipiebãt añ me: uel q̃cũq; de fructu terr̃e: uel plãtatis: oiaq; alia quæ noſtro cõpetunt iuri: uel paludes ſalis uel pro coronis q̃ nobis offerebant eis cõ cedo: & nihil extorqueaẽ ab his ãmodo & ip̃oſterũ. Cura igiẽ ut huius epiſtolę fiat exẽ plar & deẽ ionathæ: quatẽus in nobili loco tẽpli reponatur. Hęc ſcripta fuerãt. Videns ergo demetrius pacẽ: nullũq; ſupereſſe piculũ: nec belli timorẽ: ſoluit exercitũ ſtipẽdia q; eorũ iminuit: & ſolis illis ſumptus p̃bebat: q cum eo a creta uel aliis inſulis uenerant. Vnde odiũ uel inimiciciæ militũ cõtra eũ cõflatę ſunt: qbus ip̃e qdẽ nihil p̃bebat: reges uero ante ipſum eis annonas etiam in pace ſubminiſtrabant: ut eos in certaminibus ſi oporteret ꝓ ſe fideles & pronos haberent: atq; paratiſſimos in rebellica & pacis cũ om ni haberent confidentia expetere. Cap. VIII.

Ntelligẽs itaq; odiũ militũ circa demetriũ alexãdri qdã dux: apamenus genere: diodotus nomine: qui & triphon dicebaẽ: uenit ad malchũ arabum: qui filium alexandri antiochũ nutrierat: manifeſtanſq; ei inimiciciias exercitus quas contra demetrium habebant dari ſibi petebat antiochum: nam regẽ eum facere: uel paternum principatũ ei ſe reſtituere dicebat. Qui primũ reſiſtebat: minime credens: poſt uero mul to tpe triphone petente: uinciẽ malchus: flexuſq; uoluntate ſua eſt ad ea q̃ triphon pete bat. Princeps aũt ſacerdotũ ionathas capere uolẽs arcẽ hieroſolymorum: & iudeos trãſ fugas: uel ip̃os omneſq; qui per totam prouinciam cuſtodes erant: tranſmittentes ad demetriũ legatos cum donis: rogabat ut de caſtellis iudę cuſtodes eiiceret. Cui rex non hæc tantũ ſe præbere: ſed ẽt his maiora promittebat: poſt finẽ belli quod pr̃ manibus habebat: petebat uero eũ & auxilia tranſmittere: mandans q; exercitus ſuus ab eo receſ ſiſſet. Tunc ionathas tria milia militum eligens deſtinauit. Antiocheni uero demetrium propter hęc quę paſſi fuerant abhorrentes: & ꝓpter patrẽ eius: qui multa cõtra eos ma la cõmiſerat: tempus ſeruabant quo potuiſſent eũ iuadere: uidẽteſq; auxilia ueniſſe de metrio ab ionatha: arbitratiq; q; multa congregaret auxilia niſi pręcederent eum arma ceperunt: & circunſtantes aulam obſidionis mõ: coacto exercitu parati regẽ conabanẽ opprimere. Ille ergo uidens populũ hoſtiliter ſecũ armis iuadere: colligẽs conductos &

ab ionatha trāſmiſſos iudeos: cū antiochenis cōfligit quoꝫ uim nō ferēs tinciē. Videntes autē iudei ſic Antiochenos atrociter expugnātes ſuper palacii culmē aſcēderunt. uñ illos uulnerātes ipſi qdē ꝓpter altitudinē tectoꝝ minime ledebantur illos uero telis ꝓſternebāt quę de ſuperioribus ad īferiora iactabant & ſic eos de ꝓximis domibus repulerunt Deinde igne ſuppoſito flamma totam ciuitatē ex lignis cōſtructā tectorum ſpiſſitudinē deuorauit. Antiochēi uero nequaquā ualentes extinguere ignē ad fugā conuerſi ſunt & cū iudei de tecto ad tectū deſilirēt & ita eos ꝓſequerentur āmirabilē contigit fieri antiochēſiū depulſionē. Rex autē ut uidit ātiochenos filios ſuos & uxores ſuas uelle ſaluare: quapropter & pugnā reliquiſſe: ꝓ anguſtas uias inuadit eos: & cōfligēs cū eis multos interfecit: ita ut cogerentē armis proiectis ſe demetrio: qui ueniam eis ꝓ facinoribus cōceſſit: ſeditionēq; cōpeſcuit. Donauit ēt iudeis partē prædæ. Cām itē uictoriæ ſuæ factos eos ꝓfeſſus: gratias agēs ionathæ ad hieroſolymā tranſmiſit: laudans eū ꝓ auxiliis deſtinatis. Poſt aūt maliuolus cōtra eū extitit: ꝓmiſſioneſq; fraudauit: bellūq; minatus eſt: niſi cūcta redderet tributa: quę iudeorū prioribus regibus ſyrię ꝓſoluebat. Et hęc feciſſet: niſi triphon impetū eius ꝓhibuiſſet: & apparatum eius contra ionathan: erga ſuas uertiſſet curas. Reuerſus enim triphon ex arabia cū puero antiocho: imponit ei q̄ſi adoleſcenti diadema. Cunq; oēs milites tranſiſſent ad eum: demetriū deferentes: bellum cōtra demetriū ꝓducit: & cōfligens cū eo uictoriā obtinuit: & elephantos cum antiochenſiū ciuitate ſubiecit. Demetrius uero uictus ad cilicią receſſit. Antiochus āt legatos ad ionathan deſtinans & litteras: amicū eū ſibi parauit: & principatū ſacerdotii confirmauit & quatuor ꝓuincias quæ terrę iudeoꝝ addite fuerant: inſup & aurea uaſa uel pocula: & purpureā ueſtē ei trāſmiſit: hiſq; hoibus ei uti ꝓmiſit: & fibulā aureā ei donauit primūq; amicū ſuum uocauit. Symonē āt fratrē eius ducē ſup oēm militiā a regione tyri uſq; ad ęgyptū cōſtituit. Ionathas ergo de donatiōibus antiochi gauiſus mittēs ad eū: & ad triphonē legatos: amicū ſe eis ꝓfeſſus eſt: & pugnare cū eo cōtra demetriū inſinuās ꝓ pmiſſis laboꝝ nō parua mala a demetrio ſe eē ꝓpeſſum. Cōcedēte igiē antiocho a ſyria uel phenice ut cōgregaret exercitū: quatenus cū ducibus demetrii cōfligeret: ſtatim ad ciuitates exiit. Quę cū eū ſplendidiſſime ſuſcepiſſent: exercitū dare nō diſtulerūt. Veniens autē ad aſcalonā ciuitatē: & mūificēter cū donis ſibi occurrētibus: hoſipſos petebat: & mūquāq; humilis ſyrię ciuitatē a demetrio deſiſtētē ad partes antiochi trāſire: ac ſecum bellū ꝓducere ꝓ ultiōe demetrii: ex his q̄ quōdā in eis peccaſſet: eſſe dicēs dignas occaſiōes ꝓ quas hęc cogitare deberēt. Cunq; flexiſſet ciuitates auxiliū antiocho mittere ꝓuenit ad gazā: ſperans ſe & hoꝝ fidē ad antiochū cōuertere. Multū uero p̄ter quod ſperauerat aliter gazeos inuenit: q̄ duriſſima obiectione nō eū ſuſcipere: nec demetriū relinq̄re decreuerūt. Quo dū ionathas: cōcitatus eēt: ad obſeſſionē eoꝝ & afflictionē ꝓuicię paraē. Nā partē militię circa gazā diſponēs: cū reliqua ipe percurrēs: cūcta p̄dabat uel incēdebat. Quę cū uidiſſent gazei: nullūq; auxiliū a demetrio ſibi ueniſſe cōſpicerēt: & periculū p̄ſens: adiutoriū uero lōge & incertū eē utrū ueīret, optimū eē decreuerūt: hūc dimittētes illi obedire. Faciētes igiē ad ionathā amicicias auxilia ꝓmiſerunt. Hoſes enī añ malorū peritiam utilitates nō itelligūt ſuas ſed cū in malis fuerint cōſtituti: tūc mēte percipiūt & agunt: q̄ nihil leſi facere debuerunt. Ionathas cōſentiēs eis de amicitiis: tollēſq; obſides ad hieroſolymam tranſmiſit ipſe uero totā ꝓuiciā ꝓcurrit uſq; ad damaſcū dum demetrii duces audiſſet ad cedeſſam cum multa manu ueniſſe. Cedeſſa iter tirū & galileam cōſiſtit. Nā hoc deſiderabāt duces demetrii: ut de ſyria eū ad galileā traherēt: putantes minime eū patī galileos ſibi ſubiectos affligi. Cunq; ionathas eis occurriſſet: ſymonē fratrē in iudea ducē reliquit. Qui multū exercitum de prouincia congregans:

bethsurā obsidebat:locū iudeę mūitissimū:nā tenebat eā demetrii custodia:sicut & pri⁹ a nobis demonstratū ē. Vt ergo aggerē cōposuisse symonē uiderūt: & machinamenta cōstituisse:multaq; usū industria cōtra bethsuræ obsidionē:timuerūt custodes ne capto loco interirēt. & mittētes ad symonem:petebāt fidē accipere:ne quid ab eo pessimū paterent. Qui cū fidē dedisset:illos qdem de ciuitate tulit:suāq; custodiā ibi cōstituit. Ionathas itaq; exiens a galilea ab aquis quæ gēnisaron dicunt:nā ibi sua castra posuerat:ad campū q dicit aſor puenit:nescies illic hostes existere. Demetrii uero duces cū ante unū diē cognouissent cōtra se Ionathan uenire:insidias ei per monte collocauerūt: ipsiq; cū electis militibus cāpo ei occurrerūt. Quos cū uidisset ionathas ad pugnā paratos:hortabat suos. Illi uero q a demetrii ducibus per insidias erāt locati:a retro iudeos inuadūt. Qui cū timerēt ne i medio capti perirēt: ad fugā se dederūt. Et ibi qdē oēs reliquerūt ionathan:pauci uero cū eo numero quinquaginta remanserūt:& mathathias salomōi:& iudas calsi:q duces erāt totius exercitus:Hi audacter & insperate super inimicos irruētes: atrociter eos fugauerunt. Tunc uero milites ionathæ q discesserāt:ut uiderūt hostes ad fugā uersos cōgregati pſequebant eos:& hoc fecerūt usq; ad cedessam:quo castra hostiū erāt. Victor igit ionathas in illa pugna refulsit:duo milia ꝓsternens inimicorū: & ad hierosolymā reuersus est. Qui cū uidisset oia sibi dei ꝓuidētia secūdū suā accedere uoluntatē:legatos romā destinauit:reuocare cupiens olim cū gente iudeorū amicicias celebratas:suisq; legatis præcepit:ut redeūtes ab Italia:p spartiatas trāsirēt: quos deberent ad memoriā amicitiæ uel cognatiōis reducere. Qui cū romam uenissent:& ingressi ad senatū:mandata principis sacerdotū Ionathæ dixissent:q; eos mitteret amicicias renouare: q̄ prius p senatū de iudeorū amicitiis fuissent statutæ:Senatus dedit eis reportādas epistolas ad oēs asyæ reges:& magistratus ciuitatū:quatenus p eos illesi ad ꝓpria remearēt. Reuertētes aūt ad sparciatas uenerūt:& epistolas Ionathę eis porrexerūt:cuius exemplū hmōi fuerat. Ionathas princeps sacerdotū gentis iudeoꝝ:uel curia & collegiū sacerdotū:prębidibus & senatui:& populo lacædemonioꝝ salutē. Si salus uobis publica uel priuata bene ꝓcedit:sic est ut uolumus:salui aūt sumus & nos in prioribus tamē tēporibus epistola nostro principi sacerdotū oniæ a uestro rege areo:& ab oi populo missa est de uestra simul & nostra cognatiōe:cuius exēplū subiacet epistolę:quā quidē libēter suscepimus & populo & areo fautores facti sumus:nō egentes huius rei approbationeꝝ a p sacras nostras litteras hoc esse credimus. Initio ergo recognitiōis non credidimus nos primi facere:ne ꝓripere uideremur uestrā gloriā. Multo uero trāsacto tpe: ex quo familiaritas cōmunis extitit:in sacris & cōstitutis diebus deū ꝓ uestra salute uel uictoria sacrificiis deprecamur:& cū multa nos circumstetissent bella p auaritiā uicinorū nec uobis nec aliis ꝓpinquis molestos nos esse decreuimus. Postq; aūt hostes expugnauimus: legatos ad romāos trāsmisimus:numerū antiochi:& antipatrū iasonis senatorio apud nos septos honore:qbus dedimus ēt ad uos epistolā:quatēus renouent uobiscū cognationē. Bene igitur facietis si & uos rescripseritis & mādaueritis siquid forsitan indigetis minime dubitātes:nos erga uestrū affectū impigros existere. Lacædemonii uero libēter legatos suscipiunt. & cōponentes pacta cum eis de amicitiis dimiserunt. Eodē tpe tres hereses iudeorū fuerāt:quę de rebus humāis diuersa credebant:quarū una pharisea dicebatur: altera sadducea:tertia essenorū. Igitur pharisei dicebant:fata non omnia:sed aliqua gubernare:altera uero quę accidunt p se cōsistere:genus aūt essenoꝝ omnia sub fato eē confirmat:& nihil esse: quod hominibus nō illius decreto ꝓueniat. Sadducei fatū quidē nihil esse existimāt:neq; p eū humana cōcludi:sed omnia nostrę supponunt potestati:bonorumq; nosipsos autores fatentur:& peiora per nostram eligi demētiam. Sed de

his quidem certius in secundo historiæ iudaicæ libro demonstrauimus. Demetrii aũt du ces cum uellent pugnam in qua uicti sunt restaurare: ampliores priori exercitu uires cõ gregantes: contra Ionathan uenerunt. Qui cũ audisset hoc: citius eis ad anathetidinem occurrit: neq; tardare decreuit: usq; quo ingrederetur iudeam: castraq; disponens nõ lon gius ab hostibus qnquaginta stadiis mittit speculatores qui castra deberẽt hostiũ per scrutari. Cũq; omnia enũciassent: & aliquos nocte cœpissent: q aduersarios supuẽturos ídicabant: custodias extra disposuit: & exercitũ p totã noctẽ armatũ habebat: p̃cepitq; ut forti animo essent: & si oporteret ẽt nocte pugnarẽt: ne repẽtino ípetu turbarentur. Demetrii uero duces cũ audissent Ionathan cognouisse suum consiliũ: perturbati q; ini mici manifestati fuissent: nullomõ ualebant per insidías eos iuadere. ex eo q; se credebãt nõ esse pares Ionathæ. Nã militibus fugã meditati sunt multaq; facientes incẽdia discessérunt: ita ut hęc uidentes iudei: putarẽt eos esse mansuros. Ionathas aũt cum ad castra eorum mane uenisset: iuuenit ea deserta. Cũq; intellexisset eos fugisse persequebat' quos nullatenus ualuit comprẽhendere. Nam iam liberum nomine fluuiũ transierant. Vnde reuersus ad arabiam nabutheos expugnabat multamq; eorum prędam abigens capti uosq; duces peruenit ad damascum ubi oía ille reposuit. Per idẽ tẽpus frater eius symon omnẽ peragrãs iudeã & palestinã: usq; ad ascalon muniuit castella. Quę ædificiis & cu stodiis tuta cũ fecisset: ad ioppẽ peruenit: & occupans eã: magnam introduxit ibi custo diã. Nã audierat ioppenses uelle ducibus demetrii tradere ciuitatẽ. Hęc ergo postquam Ionathas & symon tractauerunt: ad hierosolymam sunt reuersi: Cumq; oẽm populũ ad templum cõgregassent, suadebant muros hierosolymorũ refabricãdos: & dirutã partẽ muri tẽpli recõstruendã altisq; turribus muniẽdã: necnõ & ĩ media ciuitate aliũ ædifica re murũ: ut custodibus arcis alimentorũ copia negaret'. insup ẽt castella quę sunt ĩ ,puin cia facerent tutiora uel fortiora. Cui dũ & populus de bene ,ppositis cõsensisset: ipse qdẽ menia ciuitatis ædificabat: symonẽ uero misit prouinciã cõmunire. Demetrius autẽ trã siens ad mesopotamiã puẽit. Quã cũ uellet cũ babylone & superioribus ,puinciis obti nere: ut exide occasiones de toto acciperet ímperio: tunc græci uel macedoniam habitã tes ut eis prope modum cõueniret legationem ad eũ miserunt: promittentes ei subueni re si ad illos transiret: & tradere se: uel expugnare cum eo regem parthorũ arsacen. Qua spe subito egreditur ad eos: ut si parthos deuinceret: uiresq; resumeret: regẽ triphonem postea debellaret: lõgeq; eũ a syria pelleret. Quẽ cum prono susceppissent animo prouin ciales: & multos congregasset uiros: bellũq; & militiam omnẽ aduersus arsacen produ xisset ipse uiuus capitur: ficut alibi iam retulimus. Cap. IX.

Riphon aũt cũ mortẽ demetrii cognouisset: pfidus antiocho cœpit existere. Insi
t diabat' enim: qualiter eũ interficiens: ipse regnũ teneret. Impediebant uero ípctũ eius & uolũtatẽ amicicię ionathę: quas cũ Antioco habebat. Vnde primũ iona than statuit occidere: & tũc aduersus antiochum accedere. Fraudibus ergo uel dolo co gitans ionathan cõsumere: ad bethsurã ab antiochia uenit: quã græci scitopolim appel lant: ubi cũ electis quadraginta míllibus ei ionathas occurrit: putãs ad bellum cum ue nisse. Triphon uero cũ ionathan uidisset ad pugnã paratũ: donis eum pacauit: suisq; du cibus ut ionathæ obedirent præcepit: per hæc fidẽ suam uolens confirmare: cunctamq; suspitionem depellere: quatenus confidentem: & incautum: nihilq; ꝓuidentem caperet: & persuasit ei ut exercitum dimitteret: quem frustra dicebat esse fatigatum ab eo ne quaquam bello existente: & undiq; pacem rebus habentibus: sed tenere paucos & pto lomaidẽ simul uenire supplicabat: nã tradere ei ciuitatem: & omnem prouinciæ moderationẽ se uenisse ꝓfitebat'. Ionathas ergo nihil mali suspicatus: sed uera fide uel uolũtate

triphonẽ hæc ſuadere credés:exercitũ dimiſit:tria milia ſecũ ſola tenẽs.Ex qbus in galilea duo milia relinquens:cũ mille tãtũ militibus ad ptolomaida triphonẽ comitatus ſu peruenit.Vt uero intrauit ptolomaida:portas ſtatim ciues ſeruauerunt:ſecundũ q; eis a triphone erat p̃ceptũ:& ionathan uiuũ capientes:oẽs q cũ eo erant interemerunt.Miſit quoq; triphon ilico ad galileã: q relicta duo milia interficerẽt.Sed hi cũ fama peruenien tẽ captionẽ ionathæ comperiſſent:antequã uenirẽt a triphone miſſi armis circũdati p uincia ꝓceſſerunt.Tũc ſatellites triphonis cum uidiſſent eos ꝓ anima decertare: nullã eis moleſtiam inferẽtes:ad triphonem reuertunt.Hieroſolymitæ aũt cũ audiſſent iona than captum:& cum eo milites periſſe:flebant illius interitũ: & ſumma de ipſo queſtio apud omnes fiebat,magnuſq; timor eos inuadẽs:contriſtabat ne eis uirtute uel ꝓuiden tia ionathæ priuatis:uicinę gẽtes inimicæ:& propter ionathæ mortẽ iniquitate:contra ſe bellũ conſtituerẽt:& ad mortis pericula peruenirent:quę ſicut ſuſpicabant euenerunt. Nam gentes mortẽ ionathæ cum audiſſent:contra iudeos bellare cœperunt tanq; indi gentes duce.Triphon ergo exercitũ multũ congregans:ad iudeam aſcendere ſtatuit:ut hieroſolymã debellaret.Symon aũt uidens hieroſolymitas metuentes cœpit eos allocq cõfirmare quatenus forti aio eſſent:nec ꝓtimeſcerent triphone ſupueniẽte.Et cõuocans in tẽplo populum alacriorem eum ſuis uerbis effecit:hinc allocutionis initium ſumens. Pro ueſtra inquit libertate o uiri iudei me dudũ cũ patre uel fratribus mori paratũ: quis ignoret?Siquidẽ exempla mihi plurima non deſunt.Mori enĩ ꝓ legibus uel patria reli gione noſtram familiam nullus timor inuadit:qui hanc uoluntatẽ ab ãtima noſtra poſ ſit eiicere:ſed introducat magis deſiderium uitæ:uel gloriæ.Quapropter non uti indigẽ tes duce magno qui laborare:uel pati pro uobis recuſet:ſegmini me prono animo ubi cũq; perduxeritis:nec enim melior meis fratribus exiſto ut meæ peccata animæ: neq; pe ior:ut quod illis uiſum eſt optimum ꝓ patriis interfici legibus:uel pro dei religione deui tem:ſed in quibus me oportet proprium illis fratrem oſtendere:in his me demonſtrabo conſimilem.Cõfido enim in deo ultionem ab inimicis expetere:uoſq; omnes cum uxo ribus uel filiis ab eorũ uiolentia liberare:templũq; incolume cum dei auxilio reſeruare. Nam uideo gentes contẽpſiſſe uos:tanq; ducem non habentes:bellaq; pręparaſſe. Cũ hęc ſymon uerba ad plebem feciſſet:cõfeſtim depulſo populus animis metu audaciam ſumpſit: deſperãſq; ad ſpem bonam repẽte mutatus eſt:& unanimiter exclamauit nutu dei eſſe ſymonem ducẽ & iudę uel ionathæ fratrẽ principatum tenere dignum:ſe quoq; omnibus eius præceptis obſecutur; promittens:ducis ei contulit dignitatem. Tunc ſy mon congregans omnes ſui exercitus bellatores feſtinauit ciuitatis muros recõſtruere: turribuſq; altis & fortibus eam munire.Deſtinauit etiam ionathan quẽdam amicũ ſuũ: filium abſalomi cum militibus ad ioppẽ:imperans habitatores eius eiicere: nã timebat ne ciuitatem traderent triphoni:ipſe uero hieroſolymam tuebatur. Triphon autẽ exiens ab ptolomaide cum multo exercitu ad iudeam uenit:ionathan ligatũ ducẽs. Cui ſymõ occurrit ad iadam ciuitatẽ:quæ ſuper montem iacet:unde etiam iudeę campi pateſcũt. Cum uero triphon a iudeis audiſſet:ducem ſymonem conſtitutũ: direxit ad eũ: fraudi bus uel dolo cupiens hũc quoq; circũuenire:iubetq; ei ſi uellet fratrem ionathan redime re:ut mitteret argenti talenta centum:duoſq; filios ionathæ quatenus fides illi haberet poſt dimiſſionem:ne iudeam in ſua ditione redigeret:quia & tunc non pro alia re: niſi ꝓ debito uectigalium eum ſe ligaſſe conſixerat. Tum ſymon intelligens artem triphonis: quia ſi & argentum mitteret:ille tamen fratrem eius minime laxaret:ſed & filios eius ho ſti tradi fruſtra cognoſcẽs:tñ territ9 ne a populo accuſaret:ſe cãm fraternæ necis extitiſ ſe:q; nõ pecunias:nec filios pro ipo contraderet:colligens exercitum mãdata triphonis

indicauit dicens:q; hæc dolo uel insidiis plena sint:tñ optabilius eẽ pecũias:sed & filios eius trãsmittere:q̃ ꝓpositis a triphone nõ obediens.Putareť nõ uelle fratrẽ absolui:ini toq; cũ suis symon tractatu: filios ionatæ pecũiasq; trãsmisit.Quas triphon cũ accepisset:nec fidẽ seruare:nec ionathã absoluere uoluit:sed mox exercitũ colligens:ad propria remeauit:ordinatoq; itinere p idumeã ad hierosolymã ascẽdere cupiẽs:uenit ad doram ciuitatẽ idumeæ.Præcedebat uero cum exercitu symon:castra contra eum sp disponẽs. Quod cognoscẽtes hii q in arce erãt hierosolymitana ad triphonẽ dirigunt:rogantes eũ ad se ocius ꝓperare:quatenus alimenta eis præberet.Ille ergo per noctẽ illam eqtatũ parauit:quasi hierosolymã ascensurus sed niue uehementi ea nocte cadente:iter inuiũ repperit equis uel peditibus suis.Qua causa obstãte:nequiuit ad hierosolymam triphon ascendere:sed reuertẽs ad ciriẽ:& prope galaditiden ingressus:ionathan ibi perimi uel sepeliri iussit:& ita ad antiochiã puẽit.Symõ aũt ad iasca ciuitate transferẽs ossa fratris sepeliit in patria sua:luctũ maximũ oi super eum populo faciẽte.Tunc symon ingẽs mausoleũ fabricans:patri suo:fratribusq; sepulturã ex albo & polito lapide cõstruxit: opus mirabile:cõspicuũq; faciẽs:cuius & portã undiq; colũnis sustentãtibus ex uno lapide usu mirabilem statuit:insuper & pyramidas septẽ parentibus:uel unicuiq; germãoꝝ singulas superposuit:magnitudine uel decore lucẽtes:quæ hactenus seruanť.De sepultura qdem ionathæ:& de ædificatione monumentorũ:hoc studium symonis aguouimus. Defunctus ergo est ionathas:principatũ agens sacerdotii:perq; ãnos quatuor gẽtem cõtinuit iudeorũ.Et de labore quidem mortis eius in mutuis documẽtis:publicisq; monimentis primi anni symonis benefactoris:& iudeoꝝ pricipis scriptũ est.Itaq; iudei fœliciter aduersarios uicinos superauerunt:cum symon gazaram ciuitatẽ:uel ioppen: uel iamniam demãtaret:arcẽq; hierosolymoꝝ deponeret:ne forte inimicis refugiũ esset unde pcurrentes ledere eos possent.Quod cũ fecisset:optimum & utile putauit etiã montẽ super quẽ arx constituta erat destruere.Quo multitudo cũctiq; ingressi:montẽ destruebãt:& nec die nec nocte cessantes p tres ãnos:deposuerũt eum ad solum:campumq; planissimum fecerunt:ita ut eminentius templum excelleret: arce uel mõte depositis.Ea quæ temporibus symonis gesta sunt:hunc continẽt modũ. Cap.X.

Ost capiuitatẽ demetrii:nõ multo post alexãdri filiũ ãtiochũ q theos noiabatur:
p triphon iteremit tutor eius quarto impii eius ãno:amicos ãt & familiares suos ad milites trãsmisit:& multas dare pecunias pollicet:si eũ regẽ ordinarẽt.Nã demetriũ a patribus captũ nũciabat teneri:fratrem uero eius antiochũ si pricipatũ optineret: multa pessima eis factuꝝ eẽ dicebat:dũ ꝓpitionẽ eoꝝ ulciscereť.Qui cũ spassent affluentia pecuniarũ sub regno triphonis frui:principẽ eũ cõstituũt. Triphon ergo ut regni insignia susceperit:cõtinuo nequitiã suã patefecit:& inotuit oibus:qa q; priuatus humiliter multitudini obseq̃batť: nõ hoc uolũtate bona:sed ipossibilitate faciebat. Postq̃ uero regnũ adeptus ẽ:exuẽs se simulationẽ uerus triphon apparuit:coepitq; potius extraneos q̃ clientes diligere.Pro q̃re exercitus eius recedens ab eo ad cleopatrã demetrii uxorẽ cõtulit se:q̃ tunc in seleucia cũ filiis erat concluſa.Errantẽ uero fratrẽ demetrii ãtiochũ:q socher alias pius dicebať:nullaq; ciuitate eũ admittẽte triphonis timore:mittit cleopatra: ad suas eum nuptias:& ad imperiũ inuitans.Quem ad hoc inuitauit suadentibus amicis:& timore uolentibus triphoui ciuitatẽ seleuciã aperire. Cap.XI.

Vmq; intrasset selenciã antiochus:& fortitudo eius per singulos dies creſceret:
c exiit pugnaturus cõtra triphonẽ.Quẽ uicẽs:a supiore syria repulit ad phœniciã:
& i doră castello mũito cõclusum obsidebat:mittitq; ad symonẽ pricipẽ sacerdotũ iudeoꝝ legatos p amicicias uel auxiliis.Qui cũ libẽter petitionẽ suscepisset: pẽcũias

multas cū alimentis:militibus doꝝ obſidētibus large prębuit:ut antiochus eū ſter neceſſarios amicos pauco tpe pateret. Nā triphon dū a caſtello dora ad apamiā fugeret: captus in ea concluſione peremptus eſt:tertio ſui regni anno. Cap.XII.

Ed ātiochus auaritia uel prauitate ſua ſymōis obliuionē una cū miſtratis pecūiis & alimētis cōcepit:uireſq; militares cuidā cēdebeo amico tradēs:ad dēpdationē iudeę captiuitatēq; ſymōis miſit. Sed cū ſymon audiſſet ātiochi ꝓuaricationē licet ſenex eſſet:tamē eo q; nihil ab antiocho iuſtū fieri uidebat:cōcitatus ad audaciā ſup ętatē ſuā iuuenilē fortitudinē accepit:& diſpoſuit qdē filios cū bellicoſiſſima pte militū ipſe uero p aliā ptem militū cū reliqs uiribus perrexit ad bellū:multoſq; in uallibus mōtium ad inſidias locabat:nulluſq; conatus eius euaſit:ſed oēm hoſtiū uincēs exercitum ā pace reliquā tutā agebat. Nā & ipſe cū romanis de auxiliis cōpoſuerat. Cap.XIII.

Gitur ānis octo pricipatū ſacerdotii iudeoꝝ regēs:monē i cōuiuio p inſidias ptolomei generi:& uxorē eius cū duobus filiis capiēs:& uinctos habēs:miſit:ut tertiū ioānē qui & hyrcanus uocabē apphēderet. Quod cū ſenſiſſet iuuenis: euaſit piculū:& ad ciuitatē feſtinauit:cōfidēs de populo ꝓpter patris ſui beneficia:ptolomeiq; odiū. Properanté uero p aliā portā ptolomeū itrare populus expulit:nā hyrcanū receperat. Hinc ptolomeus ad aliquod caſtellū noīe dagon i hiericho diſceſſit. Cap.XIIII.

Cāpiēs āt paternū pricipatū hyrcānus deū hoſtiis placauit:& ita cōtra ptolomei militiā ꝓduxit exercitū. Et cū ad locū puēiſſet:i aliis oībus hoſtē circūueniēs ꝓualebat:uincebaē tñ matris & fratrū amore: quos ſup murū ptolomeus trahens in cōſpectu eius torquebat:& ꝓcipitare minabaē ſi nō ab obſidione diſcederet. Hyrcanus āt quātū remitteret de obſidionis iduſtria: tñ cariſſimis putabat offerre ſubſidia: nedū male paterent:eius crudelitati reputaret. Mater āt protēdēs manus petebat: ne pp eos differret:ſed multomagis īpetu caſtellū iuaderet:inimicoq; ſuę ptāti ſubacto:ꝓ cariſſimoꝝ tormētis redderet retributionē:ſibi quoq; extimans hoc eē utilliū ſi p ſuā mortē hoſtes atrocius depirēt. Hyrcanū ergo petitiōibus matris īcēſum: caſtellū capiē diſſuror tenebat. Rurſus uero cū uidiſſet matrē cedi uel diſſipari ſoluebaē:& ꝓ īgeſtis matri tormētis:īpetū deponebat obſidiōis:taliq; neceſſitate obſidiōis protractus ſeptimū ānum expleuit:in quo ſempr iudei uacant. Nā per ſeptē hunc obſeruāt:ſicut in ſeptimis diebus. Quapropter ptolomeus a bello ſolutus:occidit matrē & fratres hyrcani:& fugit ad zenonē qui cotilas appellabaē:in philadelphia tyrānidē exercētē. Cap.XV.

Ntiochus aūt infeſtus ſymoni de iteritu ſui exercitus:cōtra iudeā acceſſit quarto ano ſui imperii:primo uero hyrcani olipiade cēteſima ſexāgeſimaſecūda. Cunq; deuaſtaſſet prouinciā: hyrcanū in ciuitate iclūſit:quā ſeptē aciebus circūdedit:nihil tñ proficiebat:ꝓpter muroſ; munimina:& ꝓpter obſeſſoſ; uirtutē:necnon & aquatū inopiā:quā ꝓpter ſiccitatē domabaē. In pte uero planiſſima:turres ſtatuit celſiores: numero oētū tres:tecta unaquaq; habēte ſup quas militares ordines diſpoſuit: multoſq; quotidie labores cōgreſſus iferebat:foſſamq; latam & altiſſimam cōſtruens:muros ciuitatis depoſuit. Iudei ergo multas incurſiones cōtra moliebaē:& ſiqdē incautos aduersarios inueniſſent: peſſime eos cōterebāt ſi uero preſentes eſſe eos cognoſcerēt:innocui redibant. Vt uero noxiā multitudinē intra ciuitatem hyrcanus attendit conſumendis citius neceſſariis:nihilq; populo ꝓdeſſe cōſpexit inutilem eius partem ſecernens foras ciuitatem emiſit:quæ uero bellicoſa & fortis erat:hanc tantum tenuit. Antiochus autem proiectis egredi uetabat. Qui dū inter muros erratēt:ſeuiſſimis tormentis miſerabiliter aīas exalabāt. Cū uero feſti dies tabernaculorū uēiſſent miſerati eos itra ciuitatē denuo receperunt. Hyrcanus itaq; ad ātiochū legatos direxit:petens idutias ſeptē dieꝝ:ꝓpter

ſeſtiuitatē deiq; ſupplicationē. Qui cum audiſſet: reſpondit legatis: Immolate. Nec non ēt ad ſacrificiū magnificētiſſimum deſtinauit thaurū cornibus ſauratis & pocula plena oibus aromatibus aurea uel argentea: quod ſacrificiū adductū ſuſceperūt: q ante portas ſtabāt & ad tēplū duxerūt. Antiochus aūt iſte exercitui melius antiocho epiphanæ cla ruit: nā ille capiēs ciuitatē: porcos ſup arā īmolauerat: & ius carniū p totū tēplū ſparſe rat: ēt leges iudeorū: paternāq; religionē cōfuderat: ꝓpter q̄ gēs rebellauit: & minie recō ciliari paſſa eſt: hūc uero antiochū ꝓpter pietatē religioīs: oēs piū uocauerūt: laudātq; modeſtiā eius. Hyrcanus ēt aīaduertens ſtudiū ipſius erga deū: petiuit eū ut patriā eis cōuerſationē reſtitueret: Qui cū refutaſſet peſſimū cōſiliū: ſuadentiū gētē cape legibus diſſonātē: ad oēm pietatē flexus: legatis reſpōdit: ſi traderēt arma: ptēq; tributos: ioppe aliarūq; ciuitatū circa iudeam exiſtētiū ſoluerēt: & cuſtodias ī ciuitate ſuſciperent, cōfir mans pactū: finiret bellū. iudei uero oīa pferre ꝑter cuſtodiā cōſentiebant: quam nō ꝓp aliud niſi ꝓ diſſimili cōuerſatiōe recuſabant: ꝓ cuſtodia tñ obſides dare ꝓfitebant: & ta lēta argēti qngēta: ex qbus ſtatī trecēta cū obſidibus obtulerūt: iter quos erat & frater hyrcani. Quę cū ſuſcepiſſet rex antiochus & coronā ciuitatis depoſuiſſet: obſidionē ſol uēs diſceſſit. Hyrcanus uero ſepulchrū dauid apiens: q multo ditior quōdā regibus fuit: tria milia talenta pecūiaꝝ exinde ꝓtulit: ex qbus primus iudeorū cœpit pegrinos alere. Cōpoſuit ēt cū antiocho amicicias ſuſcipiēſq; eū ītra ciuitatē: mūificēter habūdeq; mīli tibus oīa neceſſaria miniſtrabat. Cūq; exercitū antiochus cōtra parthos duceret: cū eo hyrcanus egreſſus eſt. De his eſt teſtis Nicolaus damaſcenus: ſic in hiſtoria docēs. Tro pheū ſiſtēs antiochus iuſta fluuiū lycum: ubi uicerat dathim parthorū ducē: ibi duobus diebus remoratus ē: petēte hyrcano iudeo: aliquā patriā ꝓp iudeorū celebrationē: ī quā nō erat legitimū eos ꝓficiſci. Et q̄dē hęc nō eſt mētitus. Nā qnquageſima feſtiuitas poſt ſabbatū inſtabat: ī qua minime licet nobis uel in ſabbatis uel in feſto die uiam cōficere. Tunc enim ātiochus cū arſace pthorū rege cōfligens: & multū pdens exercitū interiit. In regno aūt ſyriæ frater eius demetrius ſuccedit: arſace eū a captiuitate ſoluēte eo tēpore quo antiochus pthorū terrā ingreſſus eſt: ſicut prius demōſtratū eſt. Cap. XVI.

Ircanus uero Antiochi morte cognita: ſtatī ad ſyriæ ciuitates expeditionē pauit: arbitratus īpatas eas & deſertas pugnatoribus defenſoribuſq; īuenire: quod ēt euenit. Nā medabā cū multū exercitus eius laboraſſet: ſexto menſe capit: poſt ēt ſamogam: uel illas quæ uicinæ fuerūt: necnon etiam ſicimā: garizim: gentēq; cuthcorū quę tēplum ędificatū ad ſimilitudinē hieroſolymitani poſſidebat: quod alexandri man dato ſanaballath dux cōdidit: propter manaſſen ſuum generū: fratrē iaddo principis ſa cerdotū: ſicut ſupius intimauimus. Contigit uero tēplū hoc dirui poſt annos ducentos. Hyrcanus ergo ciuitates idumeę aboracum: mariſſam: cūctoſq; cū domuiſſet idumeos permiſit eis prouinciam habitare: ſi circūciderent: legibuſq; iudaicis uterent. Qui deſi derio patriæ terræ circūciſionē & aliā cōuerſationē iudeoꝝ ꝓtulerunt: ideoq; ex illo tpe cœperunt eē iudei. Quo facto: hyrcanus princeps ſacerdotum ſocietatem romanorum renouare cupiens legationem ad ipſos direxit. Cūq; ſenatus ſcripta eius ſuſcepiſſet: com poſuit amicicias hoc modo. Fannius marci filius conſul ſenatum oēm octauo idus fe bruarias: in cāpum iuſſit cōuēire: pręſente Lucio manlio: lucii mētiuii filio: & gaio ſem pronio ſalernę filio: ꝓpter hoc quod legati iudeorum petiuerunt: ſymon filius doſitheꝰ & Appollonius Alexandri: & diodorus iaſonis: uiri optimi a populo iudeorū deſtinati: de ſocietate uel auxiliis exhibēdis: quā cū romanis de publicis rebus habuerunt ut iop pe: & portus: & zora uel fontes: & ciuitates: inſuper & uillas quas antiochus pugnans contra ſenatuſconſultum tenuit reſtituantur: & quatenus nec regii milites per terrā eoꝝ

eũ ſubiecti ſint trãſeãt ut ẽt illa q̃ p antiochũ geſta ſunt: cõtra ſenatuſcõſultũ cenſeant: & legatos mittãt: quatenus recipiãt q̃ ab antiocho ablata ſunt: & puinciã eſtimẽt uaſtatã: utq; eis ad reges & populos liberos litteræ darent: quatenus ad ꝓpriã domũ illeſi reuerterent. Placuit igit amicicias & auxilia cũ hoibus bõis: & a bono populo uel amico trãſmiſſis eſſe renouãdas. De rebus aũt ablatis rñderunt cõſulares: cũ a ſuis negociis ſenatus uacauerit: feſtinabit ipoſterũ nullam in eos iniqtatẽ ab aliquo fieri: decernẽtes da re cõſulẽ fanniũ publicas pecunias expẽdẽdas: dũ ad patriã remearẽt. Et fannius qdem legatos iudeoꝝ remittit: pecũias publicas eis pręſtans ex ſenatuſcõſulto: ꝓ quod debuiſſent cũ tutella ad ſuã redire patriam. In his qdẽ priceps ſacerdotũ hyrcanus erat. Interea rex demetrius cũ exercitũ aduerſus hyrcanũ colligeret: nec tẽpus ei: nec occaſio data ẽt cũ milites: & ſyri malitiam eius abhorrerent: & per legationẽ peterent ptolomeũ ſiſconẽ coguominatũ: quatenus de genere ſeleucii tranſmitteret eis: qui deberet accipere principatũ. Ptolomeus aũt cũ alexandro zebẽna exercitũ mittens: pugnaq; cõmiſſa demetrius ſupatur. Qui dũ fugeret ad cleopatram ſuam uxorẽ in ptolomaide: ab ea nõ ſuſceptus: rurſum recedẽs, tentus: multaq; paſſus ab inimicis: interiit. Cap. XVII.

Lexander aũt reguũ accipiens: & amicicĩam cum Hyrcão principe ſacerdotum
a cõponens: interfecto tandẽ tpe: expugnatus ab antiocho filio demetrii criſpi noĩe occiditur. Cũq; antiochus ſperiũ ſyrię tenuiſſet: cõtra iudeã exercitũ deſtinare timuit. Audiens uero germanũ ſuũ & ipſum noĩe antiochũ ex cadẽ matre ꝓgenitũ: multas uires cõtra ſe a cizico cõgregaſſe: eũ intra ꝓuinciã ſtatuit expectare: q̃tenus obuius incurſionibus fratris ãtiochi reſiſteret: qui cizicenus dicebatur: q; ĩ illa ciuitate nutritus eſſet: filius aũtẽ fuerat antiochi q ſother nũcupabat: & uitã bello parthico terminarat. Hic ẽt frater erat demetrii criſpi patris. Cõtigit uero ambos fratres unam uxorem cleopatram duxiſſe quẽadmodum & alibi retulimus. Cizicenus ãt antiochus ad ſyriã peruenies: diu cũ fratre bella cõmiſit. Interi Hyrcanus omni tempore illo pace fruebatur. Nã & ipe poſt mortem antiochi a macedonibus deſtitit: dum neq; ut amicus: uel ſubiectus aliqd eis præbuiſſet: Cuius res abundæ creuerũt temporibus alexandri zebẽnei: & magis tunc quando hi fratres cõtra ſe pugnabant. Nã dum bello occupati fuiſſent: Hyrcanus iudeam cũ licentia poſſidebat: multãq; pecuniaꝝ ſummã collegit: amboſq; inter ſe dimicãtes contẽnens: expeditionẽ contra ſamariã ciuitatẽ ualde munitam produxit: de qua ſuo loco referã: qualiter ab herode ſit cõdita: & ſebaſte noiata. Accedẽs igitur ad eã ſtudioſe obſidebat: meror malaꝝ quæ ſamaritæ contra mariſſenos colonos & auxiliatores iudeorũ cõmiſerunt: obedientes ſyroꝝ regibus. Cũ ergo mœnia undiq; circũdediſſet: duplici muro cincta ſtadiis octogĩta: filios ſuos obſidioni prępoſuit: antigonũ & ariſtobolum. Quibus intentibus in tantã neceſſitatẽ famis ſamaritæ inciderunt: ut ẽt illicita tãgerẽt: & uocarẽt adiutorẽ ãtiochũ cizicenũ. Qui ſtatĩ ueniẽs ad defenſionẽ: uincit ab ariſtobolo: fugatuſq; a fratribus: uſq; ad ſcitopolim curreus: euaſit piculum. Hi rurſus ad ſamaritas reuerſi: cõcludũt eos ĩtra muꝝ: ut ſecundo neceſſitate coacti ſamariteę: adiutorẽ uocarẽt antiochum: qui dũ a ptolomeo lathiro ſex milia uiros petiſſet quos ptolomeus inuita matre dimiſit: nã necdũ a pricipatu eũ expulerat: primũ ꝑdatorio mõ inuadit hyrcani prouinciã cũ ægyptiis: nõ audẽs aperte pugnã cõmittere. Nã uires ſuas ſciebat impares: ſed ſperãs populatiõe terræ cogere Hyrcanũ a ſamariæ obſidione recedere. Cũq; multos milites perderet inſidiis circunuẽtos diſceſſit ad tripolim: callimandro & epicrati bellum iudaicum cõmittẽs. Callimander ergo aduerſariis fugam ſimulãtibus: & poſt reuerſis ſtatim cõſumit: epicratis aũt manifeſte pecuniis ſeductus: ſcitopolim cũ uicinis locis prodidit iudeis: ſamariq; uero obſidionẽ ſoluere non potuit. Igitur

Taq; rex herodes ſtati principatu ſacerdotii ananelũ pter legem exuit: ſeditiões ĩ domeſticas pcãdo: nam nõ licebat aliquẽ honore ſemẽ accepto fraudari: quod prius antiochus epiphanes deſtruxit: dũ auferret ab Ieſu ſacerdotiũ: & ordinaret fratrẽ eius oniam: ſecundus ãt ariſtobolus Hyrcanũ fratrẽ ſuũ priuauit: tertius herodes principatũ ſacerdotii adoleſcenti tradidit ariſtobolo. Tunc qdẽ putabat ſedaſſe contẽptionẽ: & licet reconciliati fuiſſent: non tamen ſecurus degebat: dum alexandrã ex pteritis conatibus ne tẽpus nouarum rerũ capet ualde timeret. Quapropter pcepit eã ita in aula conuerſari ut nihil ſub poteſtate ſua haberet: diligẽter ẽt cuſtodiebatur occulte ne quid pter quotidianam cõuerſationẽ niteretur quæ paulatim magis illã exacerbabãt: & in odio ſuſcitabant: nã ſuperbia mulieris diligentiã cuſtodie indignabatur habere: dum oĩa potius uellet pati q̃ fiducia priuari: & fucoſum honorẽ cũ ſeruitute uel metu poſſidere. Ad cleopatrã igitur in quibus exiſteret frequẽter ſe lamẽtando deſtinabat: poſtulans ſibi auxiliũ præberi. Quę iuſſit ei furtim cum filio in ęgyptum ad ſe cõfugere. Cũq; hęc ei placuiſſet: tale aliquid excogitauit. Duo locula tanquã p mortuorũ exequiis parauit: in qbus ſeipſam & filiũ mitti dixit. præcipiens cõſciis famulis ea noctu deferre: & exinde uiam ad mare facere ubi nauẽ ĩ qua nauigarẽt ad ęgyptũ pręparatã habuiſſet. Hęc ſabbioni amico alexandri eſopus ſeruus eius edixit. Quod cũ ſabio audiſſet & inimicus herodis eſſet q, inter inſidiatores antipatri de ueneno conſcius putaret: odiũ lenire per idẽ cõis fauorẽ ſperauit: & regi nunciauit inſidias alexandrę. Qui cũ eã uſq; ad conatũ procedere dimiſiſſet: in ipſo facinoris opere detinuit: ſed inuitus cõceſſit culpã: dum putaret nullatenus cleopatrã ceſſare: ſi contra ſe cãm iueniſſet. Palam ergo magnanimitate uel modeſtia ueniã ei largitus eſt. Propoſuit tamen oĩbus modis adoleſcentẽ pimere: ſed tacito ꝓpter ueriſimilẽ diſſimulationẽ. Cũ ergo tabernaculorũ feſtiuitas uẽiſſet quę apud nos cũ ſumma ueneratione celebratur: tunc quidem diſtulit: & in delicĩis ipſe & reliqua multitudo morit tamen eũ feſtinare uoluntatẽ ſuã conficere inuidia. Nã cum adoleſcẽs ariſtobolus octauũ & decimũ annũ ducens ſecundũ legẽ ſup aram aſcenderet uictimas imolaturus & ornatu ſacerdotali circundatus celebraret religionis conſequẽtia: magnitudinem ſuper etatem oſtendens necnon & generis dignitatẽ: populi ſui excitauit fauorem: & ariſtoboli aui ſui pręſens memoriã eis reduxit. Qui paulatim prouocati: uoluntates ſuas iam demonſtrabant: gaudentes ſimul & letitia perfuſi: uoceſq; laudabiles in eũ orationibus mixtas emittẽbant: ut manifeſtus fieret populi fauor & temerarius: ſub regno itaq; conſtituti: cum aliorũ præterita beneficia memoraret. Inter hæc oĩa ſtatuit herodes uoluntatẽ quã in adoleſcentẽ habuiſſet implere. Celebratione ãt tranſacta dũ in hierichunte maneret: & in conuiuiũ eos alexandra peteret: herodes adulabatur adoleſcẽti: & illicebat ad affluentiã potionis: paratus cõludere: uel iuueniliter ad gratiã illius io-

tati:& loco estiuo illic existẽte: collecti simul exierũt refrigerium captantes. Cũq; fontibus assisterent:calorẽ meridianũ aura tẽperare:prius quidẽ natantes seruos & amicos ꝑspiciebant:post ãt adolescens cũ irritaretur:herodis amici ꝙbus hoc præceptũ fuerat tenebris iã tenẽtibus:sæpe eũ mergentes:tanq; ludentes non emiserunt usq;quo eũ præfocassent fontibus suffocarẽt. Aristobolus itaq; extinctus est:decimũ & octauũ annũ agens ætatis:cũ principatũ sacerdotii anno ãplius tenuisset:quẽ rursus ananelus suscepit:Quo malo mulieribus nũciato:ices labilis eas statim defuncti dolor iuasit. Ciuitas ẽt rumore delato lamentis cuncta completa sunt:oibus calamitatẽ tanq; ꝓpriã & nõ alienã dolẽtibus. Alexandra uero plus cõsumebat cõscia pemptionis: nã doloꝛẽ amplioꝛẽ ab ipso funeris actu ferebat. Sed sustinere necessariũ putauit:licet sepius sua manu uitã finire niteꝛet: desit tñ si posset uiuens sufficere ad ultionẽ insidiaq; perẽpti. Vnde potius suã uitam tenebat:ne daret suspitionẽ filiũ suũ insidiis perisse per hanc enĩ dissimulatiõem sperauit satius se oportuno tpe uindicare. Illa quidẽ sic continenter doloꝛẽ tolerabat: herodes ãt oibus uerisimilis uidebat:nõ insidiaq; adolescẽtis auctor extitisse. Nã nõ tantũ q̃ ad funus pertineꝛẽt peragebat:sed ẽt lachrymis usus alæ cõfusionẽ uerã eẽ mõstrabat. Interdũ ẽt & dolore uicẽte: eũ ex aspectu pulchritudinis plangebat:& licet adolescẽtis mors ꝑ eius tutela putaꝛet:manifestus tñ erat q; ꝑ satisfactione ista faceret. Siqdem munificẽter exequias eius honorans, multũ apparatũ circa locellos:& multũ aromatũ fecit:nimiũq; ornatũ simul sepulturæ ut doloꝛẽ mulieꝛũ plene deleret:& consolaꝛet eas ꝑ istam ꝓtem. Alexandrã tñ nihil tale deuicit:sed semp mali memoꝛẽ mestitia incitabat:& scripsit cleopatrę herodis insidias:& filii perditionẽ. Quę dũ festinaret petenti subuenire:calamitates alexandrę miserata ꝓpriã omnem causam cõfecit:& petere antoniũ uindicare adolescentis interitũ nõ cessabat:cũ diceret nõ esse dignũ herodẽ per eũ regẽ statutũ in regno: quod nõ ad eũ pertineret:in ueros reges tales iniqtates ostendere. Quibus cũ flexus antonius esset:ad laodiceã ꝓueniens mittit ꝓcipiens herodẽ ad se ꝓficisci. sibiq; ꝑ more aristoboli satisfacere:nã nõ recte insidias confectas esse si per eum extitissent. Quicũ causam timuisset:& cleopatrę cõtrarietatẽ quę nõ cessabat antonium suadere: quatenus eum damnaret:statuit quidem obedire:iam enĩ nihil aliud erat quod ageret. Cum q; patruum suum iosippum procuratorem regni & rerum reliquisset:demandauit ei secrete:ut si quid ab antonio passus esset:continuo mariãnem occideret. Nã dilexisse uxorem profitebatur:& timuisse:ne contumeliã post eius mortem pateretur: dum pulchritudo illius ab aliis desideraꝛi posset:per quę demonstrabat impetum antonii quẽ i eam habuisset:cum olim de pulchritudine illius audisset. Herodes quidem hęc percipiẽs spe incerta ad antonium perrexit. Iosippus autem cum in dispensatione reꝛ; regni statutus esset:& propter hoc frequenter mariamnem cõueniret:& de negociis honoris causa reginam percõtaretur fauorem uel amorem circa eam herodis inseruit. Mulieres autem cũ illum adulationibus emolissent:plus autem ab Alexandra seductus Iosippus:sentẽtiam regis demonstrauit:& mandatum explanauit:dum fidem illis uellet facere:q; post mortem sine ipsa non posset uiuere dum diceret ut si quid acerbum ab antonio pateretur:non sufferret ab ea nec post interitũ separari. Hęc quidem iosippus:mulieres autem non hoc amorem affectus herodis putauerũt:sed timuerunt: ne reuersus tyrannica crudelitate sibi mortem inferret:ideoq; de uerbo suspitionem non paruam perceperũt. Eodem tempore rumor in ciuitate hierosolymorum ab inimicis herodis dispersus est q; antonius tormentis eum affecisset & occidisset. Quę fama cũctos qdem in aula turbauit plus uero mulieres. Cum alexandra iosippum flectit:ut cum ipsis ad romana signa cõfugeret:nã romanũ agmen tunc iuxta ciuitatẽ sub duce iulio pro regni custodia castra

posuerat:dicēs primū siqua turba in aula cōcurreret: ipse in tuto existeret, dū romanos ꝓpicios haberēt:ꝑterea si mariamnem Antonius perspexerit:& principatum recipe sperabamus:nec i aliquod postea seruitiū de propagine regii generis descēdemus. Cū has rōnes fuge cogitasset:litteræ ab herode de oībus suis causis deportant ptiori rumori cōtrariæ. Nā cū ad Antoniū peruenissent cōfestim eum donis de hierosolymis deportatis reconciliauit:& sermonibus dicere compulit: ut nequaq̄ contrariæ quidē de se haberet:& cleopatræ uerba nihil aduersus suā satisfactionē ualere. Nā non inquit iustū est antonius: ut rex de suo principatu depositus pœnā luat:quia q honorē ei dederūt:ipsi ei uti potestate permiserūt. Quo dicto flexa est cleopatra:sciens nequaquā alienū principatum scrutari prodesse, Cū de his scriberet herodes:aliosq; narraret honores:quos ab antonio in conuentu uel in cōuiuiis quotidianis haberet:& hæc obtineret:licet in accusatiōibus cleopatra nimis molesta existeret:q̄ prouinciæ desiderio oībus modis perire illū festinasset: sed qa antoniū iustū circa se cognosceret:nihil iā difficillimū speraret:q; aūt tardaret fauore firmiore circa se ātonii speraret cleopatræ cōciliari aio posse:& se hoc facere dicebat: nā antoniū petitiōes suas adimplesse:& sibi inferiorē syriā cōcessisse denūciauit: & ꝑ hoc solatiū refutaret:uel reiiceret appellatiōes quas cleopatra ꝓ iudea fecisset:cū hæc litteræ puenissent:desierūt ab ipetu:quē tanq̄ de mortuo habuisset:ut ad romana signa cōfugerēt: nō tn latuit earū uoluntas. Nā ꝑcessit antoniū rex ad parthos euntē:& ad iudeam reuertitur:statimq; soror eius salome:materq; eorū cōsiliū quod habuisset alexandra cū suis aperiūt. Salome uero & cōtra maritum iosippum accusationē protulit dicēs:q; eū mariamne frequēter conuēisset, Hęc uero dicebat inimicitiarū causa:eo q; frequenter ignobilitatē generis eius in iurgio deprauaret. Herodes aūt callidus semp: & nimis mariānē amans licet statim cōturbatus fuisset: nō tn patiē amore mariamne aliqd temerariū in ea cōficere:sed in utroq; anxius. secrete eam inquirit utrū uera essent de iosippo q̄ audierat:an falsa. Illa uero cū iuramento affirmante & satisfaciente:q; i nullo peccato fuisset ei cōmixta:paulatim rex deflectit:& ita deleta coniugis amore superat. Et ut iam satisfactum sibi de his crederet q̄ audisset:honestati eius multas agere gratias:fauorē quoq; quē erga ipsam uel amorē haberet pandebat:uel qualia sępe amantibus contingunt:cū lachrymabant inuicē magno suo studio sese pariter diligentes. Cū uero rex suū affectū iā ꝑmissa emulatiōe firmasset:nū amantis est inqt mariānes:q; mandauèras iosippo; ut si qd patereris ab antōio molestū:ne pimeret:q̄ nihil tibi peccassem. Quod uerbū ut audiuit herodes:exardescens in furorē:statim eā ab amplexu dimisit:clamans: & suos capillos dilacerans:dicendo manifestū signū cœpisse iosippū cū ea habuisse cōmunionē:nā nullatenus prodidisset: quod secrete audierat:nisi maxima fides illis interfuisset; credensq; de crimine: pene suā interfecit uxorē:nisi uictus amore:furoris impetū refrenasset:seipsum consumens:iosippum tamen ulterius:nec ad suā faciem uenire permisit; alexandrā uero tanq̄ totius mali causam reseruari ꝑcepit. Cap. IIII.

Interea per syriam turba commouebat: cleopatra non desistente Antonium flectere:quatenus oppressis regibus potentiā singulorū ablatam sibi donaret:multumq; ualebat:desiderio sui illo inflammato:quæ cum in natura auara existeret; nihil iniustum reliquit. Siquidem fratrem suum: quem iam habiturum regnum sciret: uenenis aggressa consumpserat:quintum & decimum ętatis annum agentem. sororem autem arsionē epheſi ad templū dianę cōfugientem per Antoniū extinxit. Iā pecuniarū gratia & tēplū:uel corpora uiolabat:neq; sacrariū tā castū fuit: aut a filii priuilegiū tutū cuius ornatū ipsa nō abstulit: nec tā ꝓfanū uel incestū erat:quod solū potuisset auaritię illius satisfacere. Et cū oia expoliaret: fœmineis cupiditatibus nullatenus satisfaciebat;

ſiquidē cuncta deeſſe ſuis deſideriis ſemper putabat. Quapropter & Antoniū cōpellebat aliqd ab aliis auferentē ſibi donare. Nā cū tranſiſſet ad ſyriā cū eo: & eam cogitaret poſſidere; liſaniā qdē Ptolomei filiū accuſans: qa parthos contra rempublicam duxiſſet; occidit. Petiuit aūt ab Antonio ēt iudeæ uel arabiæ reges occidi. Antonius aūt cum ex oībus amore fœminæ uictus eſſet: ut non tantum uerbis: ſed ēt uenenis uideret obedire: manifeſtā qdē iniquitatē uidens: petebat eam: ne ſe tantum ut peccaret compelleret: ne cuncta negaret ei: & ne quanta illa prępepiſſet perficiens: palā iniquus uideret. Ideoq; partes ꝓuincię uniuſcuiuſq; retollens donauit ei præſtans ēt ciuitates q̄ intra fluuium euphratem uſq; ad ęgyptū erant: excepto tiro: uel ſydone quas a maioribus liberas eſſe cognouerat: licet multum eū illa ſibi & eas prębere ſupplicaſſet. Cū hęc cleopatra obtinuiſſet: & deduxiſſet Antoniū uſq; ad euphraten contra armenios euntem reuertitur: & intrat apamiā & damaſcum: inde etiam ad iudeam peruenit. Quam cū herodes ſuſcepiſſet: conduxit ab ea reditus Hierichuntis: nam balſamū terra illa generat: quod prętioſiſſimū eſt: & nuſq; alibi naſcit: & palmas multas: uel optimas. Et dū multū tempus faceret cū herode: tentabat cum eo concumbere: nā naturaliter & euidenter libidinibus exardeſcebat: forſitan & aliquod amatoriū paſſa eſt: ſed quod ueriſimilius ē: regno eius inſidiabat: ſi quō iniuriā a ſe factā poſſet per accuſationē adipiſci: deſiderio uero uictam ſe eſſe monſtrabat. Herodes aūt licet olim nullatenus faueret cleopatræ: dū ſciret eam oībus eſſe moleſtā: tunc tamē & ampliori odio eius detētus: q; ꝓ luxuriā uellet illa inſidias ei parare: uerba qdē eius in p̄ſenti refutauit: conſiliū uero cū amicis ſuis ſumpſit: ut eā ſub poteſtate ſua poſitā occideret: ut & ſe & multos malis eius liberaret: qbus iā grauis facta uel fieri poſſe putabat. Nā hoc ipm & antōio ꝓdeſſe: qa neq; illi fidelē cā cē dicebat. Cū hęc cogitaſſet ꝓhibebāt cū amici: primū qdē ſuggerētes: q; nō dēret maximū piculū & manifeſtū ꝓ re tāta ſuſcipere. Cūq; pmanſiſſent ſupplicātes: ne qd temerarie conaret: nā nullatenus Antoniū poſſe pati dicebāt quāuis eū muneribus redimere putaret: cū amore eius potius incēderet: & uideret uolētia: uel inſidiis illius ſe eius amore priuatū: nec mediocre qdā ꝓ ſatiſſactiōe poſſet edicere: ſi contra fœminā hoc ageret: q̄ per illud tēpus oēs dignitate ſupabat: utilitatē āt quā Antonio dicit futurā: uerēdū ē ne potius ille temeritatē exiſtimet q; affectu tali eū priuaret: uñ nō ē incertū dicebāt: q; maxis uel cōtinuis malis principatus eius uel generatio cōpleret: refutare uero concubitū: quē illa poſtularet ꝓ tpe honeſte ſuadebāt: q cū hæc deſignarēt: & picula merito demōſtrarēt: conatus eius cōpreſſerunt. Tū herodes cleopatrę donis & muneribus ſatiſfaciēs: deduxit eā ad ęgyptū. Antonius aūt cū armeniā cœpiſſet: artabazin tigrani filiū cū ſatrapū filiis ligatū in ęgyptū deſtinauit: donās eos cleopatrę: cū oī regio eoꝝ ornatu. Armeniæ uero principatū tenuit artaxias maior illius filius q tūc euaſerat. Quę cū archelaus & nero cęſar expuliſſent: tigranū nouiſſimū eius fratrē ordinauerūt. Hęc qdē poſtea cōtigerunt. Vectigalia uero quæ debuiſſet de terra donata ab Antonio cleopatræ p̄bere herodes iuſtū iudicauit: ne occaſionē ei odii p̄ſtaret. Cap. V.

Rethas āt cū herodes reditus eius cōduxiſſet: tpe qdē aliquāto reddebat duo milia taléta: poſt āt indeuotus extitit: uix partē aliquā p̄bens. Herodes qdē hoc mō defraudātē: nihilq; ſecundū iuſtitiā facere uolētē: pleq deliberauit: ſed interim pp bellū romanū hāc diſtulit exactionē. Nā dū in actiaco littore ſperaret pugna: q̄ cēteſima octogeſima ſeptima olympiade cōtigit: & cęſar cū antonio de republica decertaret: herodes ex opulēti ꝓuincia ſua multo tpe redditibus & uiribus collectis. Antonio deputauit auxilia diligēter p̄pararet. Sed antonius nihil auxilio eius egere ſe dixit: arabū autē pſequi p̄cepit. Nā iā audierat a cleopatra perfidiā eius. Petebat enim hoc cleopatra dum

ſibi putaret ꝓdeſſe: ſi unus ab altero: ſterneret. Cũ hoc ab antonio iuſſum fuiſſet: Hero des milites cõgregauit: tanq̃ cõfeſtim arabiã ingreſſurus: parataq; eqtũ & peditũ multitudine: in dio ciuitatẽ puenit. Cũq; illic & arabes occurriſſent; pugna maxia cõmiſſa eſt: in qua uicerũt iudei. Poſtea multũ exercitũ arabũ in chana uico cõgregatũ qui eſt in inferiori ſyria: audiẽs Herodes uenit ſup eos: ducẽs maiorẽ partẽ ſuæ militiæ: & ꝓpe ca lon ſua caſtra metatus eſt: uñ oportune pugnaret. Cũq; hęc diſponeret populus iudeoꝝ clamabat mora dimiſſa cõtra arabas impetũ facere: dũ crederẽt ſe in hoc paratos eẽ: qa in priore pugna uictores extitiſſent. Igit̃ ſuũ ſtudiũ milite oſtẽdẽte: rex ſtatuit magnani mitatẽ eorũ nõ remorari: dicẽs non ſe deeſſe uirtuti eoꝝ & primus ſe armãs oẽs ꝓduxit ad aciẽ. Statim aũt terror arabis incidit. Contra quos modicũ reſiſtẽtes: ut uiderũt inex pugnabiles: oĩq; plenos uirtute: plurimi fugerunt fuiſſentq; pempti: niſi athemon He rodẽ & iudeos inuaſiſſet: nã hic erat dux cleopatræ ibi cõſtitutus: & inimicus Herodis: futuraq; nõ imprudẽter ꝓſpexit: ut ſi qd clarũ agerẽt arabes: ipſe ꝙſceret: uictis aũt eis quod & cõtigit ex ꝓpriis paratis militibus inuaderet iudeos: quos tunc laſſos: & iã uicif ſe putãtes ſubito ſuperueniẽs ꝓſternebat. Nam alacritatẽ aĩ cõtra manifeſtos inimicos aſſumẽtes iudei: & poſt uictoriã remiſſiores: citius a recẽtibus hoſtibus obterunt: in lo cis aſperis & ſaxoſis: quoꝝ noticiã inimici amplius habuerũt. Arabes ergo prius uicti ſe recuperantes reuerſi occidebãt: fiebatq; diuerſa ꝓditio. Rex aũt Herodes ꝓ actione pu gnę uectus æquo ducere tẽtauit auxiliũ: ſed nõ ualuit: licet feſtinaſſet ſubuenire. Sed ca ſtra iudeorũ cũ arabes cepiſſent non mediocrẽ fœlicitatẽ & fine ſpe tenuerunt: nã uicto riã quã prius perdiderant: poſt obtinuerunt: plurimũ aduerſariorũ ꝓſternẽtes exercitũ. Exinde latrociniis utebaf Herodes: multãq; arabum terram diſcurrens: uexabat: dum ſuper montes caſtra diſponeret: & omnino recuſaret manus cum eis ex equo conferre: frequenter tamen laborũ diligentia lucrũ ſibi acquirebat: nã & proprios milites oĩbus modis fouebat ruinã cupiens emendare. Cap. VI.

Nterea acciaco bello inter cæſarẽ & Antoniũ geſto ſeptimo imperii anno hero
i dis terra iudeorũ cõmota eſt: qualiter nunq̃ animaliũ peſtilẽtia p ꝓuinciã geſta: perempta ſunt a ruinis ẽt hominũ decẽ milia. Milites uero cũ ſub diuo degerẽt: nihil ab oppreſſione ſunt leſi. Quę cũ arabes inquirerent: & pluſq̃ in ueritate erat: audi rent: q̃ facta fuiſſent tãq̃ prouincia hoſtiũ euerſa: & hominibus peremptis nihil ulterius ſibi aduerſum credebant ſurgere. Quo cũ legati iudeorũ perueniſſent: pacẽ ꝓpter hæc q̃ euenerant facturi: arabes peremerunt eos: & cũ alacritate contra milites eorũ ꝑpara bant. Qui nec inuaſionẽ arabũ ſuſtinuerũt: licet calamitatibus oppreſſi: & bellare de cernunt: dum non pares ſeſe ꝓliis eorũ putarent: neq; auxiliũ haberent rebus ſuis domi ſubuerſis. Quos ita diſpoſitos rex flectere ſermone tentauit: ut recuperaret eis antiquũ alacritatis aĩum: & exhortatus aliquos optimatũ: auſus eſt iã & ad populũ ſermocinari nã prius pigebat eũ: ne male ꝓpter calamitates ſuſciperet ab eis. Petebat ergo talẽ ora tionẽ pferens. Nõ ignoro ſocii quõ multa p hoc tp̃s facta ſunt cõtra noſtrã rempubli cã: & fortaſſe nec hi mõ de ſe confidunt: q multũ uirtute p̃cellunt: ſed quõ compellimur pugnare: nec eſt aliqd quod ſemel factũ: nõ poſſit rurſus bene tractatũ emendari: petere uos elegi ſimul & docere: p quę poſitis in proprio alacritatis aĩo ꝑmanere. Volo tamen prius uobis oſtendere: q̃ iuſte bellũ id conamur cõmittere: ꝓpter iniurias aduerſariorũ: nã maxima magnanimitatis hęc cã nobis exiſtit: poſt uero declarare q̃ nihil ſint q̃ nũc nobis mala ſuperuenerunt: ſed multas nos ſpes uictoriæ poſſidere. Exordiar aũt princi pia: teſtes uos faciens mei ſermonis. Nã arabũ iniquitatẽ noſtis: & circa alios oẽs: ita p fidã tãq̃ barbarorũ: & qa nec deũ cogitẽt: ſepius eni nos offenderũt auaritia uel inuidia

ſua. Et q̄ multa dicimus: dū imineret eis: ut a ꝓprio principatu decíderent: & cleopatrę ſeruirēt: qs alter eos de hoc timore liberauit: niſi mea amicitia q̄ cū Antonio poſſidebā. Et illius circa nos affectus nihil hos iportunū ſuſtinere dimiſit: nā Antōius cauebat ge re q̄ poſſet nobis in ſuſpitione puenire. Tā & cū uellet cleopatrę ꝑes aliquas ab utraq; ꝓuincia ꝑbere: hoc quoq; ego diſpēſaui: multaq; munera ſecretius offerēs: tutelā utriſq; acqſiui. Expēſas aūt ipſe ſuſcepi ducēta ꝑſtando talēta: duo milia uero fide dicēdo: q̄ ēt ꝓ reditibus adimpleui: unde nos nihil ab eis ſuſcepimus: & oportebat qdē nulla tributa ꝓuincię iudeos debere: quod & ſi ꝑbendū eſſet pro nobis: nō ēt ꝓ arabis daret: q nobis nec gratias aguut: nā ꝓ beneficiis iniqua circa nos egerunt: prius q̄ nos amicos nō ho ſtes reditibus priuauerūt. Nā ſi fides hoſtibus neceſſario ſeruatur: multo melius amicis: ſed nō apud nos eſt ita: q modis oībus optimū putāt iniqtatē eligere: ſi ſolū lucrū eis poſ ſit acqri. Eſt ergo queſtio nobis utrū oporteat iniuſtos punire: dū hoc ēt deus deſideret: & ꝑceperit ſemp iniqtates & cōtumelias execrari: quę nō tantū uerbo: ſed ēt iuſſit ꝑ bel lū ulciſci: nā quod uidet iniuſtū apud grecos & barbaros hoc ſi dici fas ē: i noſtros lega tos cognoſcit perpetratū. Græci ſiquidē ſacros & inuiolatos dicunt eos eē: nos āt opti mū & beatū decretū in lege a deo dicimus. Hi nāq; & hoibus deū placāt: & aduerſarios hoſtibus reconciliant. Qualis igit poſſit iniquitas peior agi: q̄ ſi legati q pro iuſtitia lo quunt intereant. Quēadmodū aūt poſſint uitā ſuā innoxiā cuſtodire: ſeu circa bellū fœ liciter agere: dū talia perpetraſſent: mihi qdē non uidetur. An forſitā rectū & iuſtū nobi ſcum eſt: illi uero fortiores ob hoc putantur. Sed primum quidem indigum eſt uos hæc credere. Nam ubi iuſtum eſt: ibi deus: deo uero preſente: multitudo cum fortitudine pre ſto eſt. Vt ergo de nobiſipſis requiramus: uicimus primo prælio: in poſteriore uero non ſubſtiterunt: ſed ſtatim ceſſerunt: non ſuſtinentes noſtrę alacritatis impetum: uincen tes nos athenis o inuaſit: bellum inferens non prædictum. In primo uero ꝓlio nomen & fortitudo noſtra apparuit: in poſteriori aūt iniquitate uel inſidiis concidimus. Cur igit minora ſapimus in his ubi maiores ſpes poſſidemus. Quō autē ſtupeſcimus eos q cum palā decertant: ſemp uincunt: cū uero ſic uincunt ab iniquitate: illis hoc euenit: Virtus ergo non in expugnatione debilium: ſed in oppreſſione fortiū appareret. Si tamen quē q̄ illa terrent: q̄ domi contigerunt: & in terremotu acciderunt primū quidē ſciat: quō hoc ipſum & arabas decepit: dū maiora quā contigerunt: putarent. Prēterea nō debent hęc aut illis audaciā: aut nobis timorē immittere. Illi namq; noſtris laboribus uel calamita tibus ſpes ſibi aſſumunt: quas nos egreſſi contra eos uiriliter auferemus. Vos aūt accipi te alacritatē pugnandi: neq; enim intantū ſumus contriti: neq; ira dei uulnerati: ut qdā putant: quę potius accidentia ſunt dicenda. Quæ ſi dei ſnia prouenerunt liquet: & iam ſecundū illius iudiciū ira deſiit: dū ſatius uindictā de factis noſtris accepit. Nam ſi uellet amplius nobis nocere: nequa q̄ flexus fuiſſet. Bellū āt qa & uult fieri: & iuſtū eſſe cogno uit: & nobis oſtendit: q̄ multis ꝑ ꝓuinciā terremotu peremptis: nullus armatus interiit deo euidenter oſtendente: q̄ ſi oēs cum filiis uel uxoribus militarent: nihil pœnitus eis inoportunū accidiſſet. Hæc ergo reputantes: q̄ in oſtpe dei patrocinium poſſidetis: ꝑſe quimini fortitudine iuſta iniquos amicos ꝑfidos maliuolos circa legatos: ſemperq; ue ſtra uirtute deuictos. Cū hęc audiſſent iudei multū audaciæ ſumentes: ad pugnā para bant. Herodes aūt hoſtiis celebratis cū magno ſtudio: eos cōtra arabas tranſiens iorda nē fluuiū ꝓduxit: & ꝓpe aduerſarios caſtra diſpoſuit. Tū uiſum ei eſt caſtellū in medio poſitū occupare: quod ſibi multū ꝓdeſſe putauit uolenti maturius preliū uel cōmittere: uel differre. nā oportuno uel munito loco cōſtiterat: Cunq; idē ꝓuiderent arabes: bellū pro caſtello cōmittit: & primū quidē protelatio: deinde uero multis ex utraq; parte ad

manũ ueniẽtibus:arabes afflicti recedũt.Quod ſtati ſpes iudeis nõ minores erexit:tũ tutẽq; accẽdit.Dũq; magis oĩa uellẽt arabes pati: quã decertarẽt: & iudei caſtra eorum ĩuaderẽt:arabes coacti recedunt:nullas uincẽdi ſpes habẽtes:ſed tantũ a multitudine audaciã ſumẽtes.Itaq; pugna maxia facta:multiſq; ab utraq; pte cadẽtibus arabes recedũt: quos; plurimis mors fugiẽdo euenit.Nã nõ tantũ ab aduerſariis terrebanť:ſed ipſi fugiẽtes: ſua multitudine cõtriti moriebanť. Vnde qnq; milia defuncta ſunt: reliq uero ad caſtra confugierũt:minime ſpes ſalutis firmas hñtes neceſſarios; inopia:& quod peius erat:aquaz; indigẽtia.Iudei aũt licet pſequerenť:tñ inuadere caſtra minime pmittebanť:ſed obſidẽtes erga uias eos; fugere uolentes arcebãt.Igitur in his arabes cõſtituti legatos ad herodẽ dirigunt:primũ quidẽ diſſolutionẽ belli petẽtes: nã ſitis eos urgebat oĩa pati:dum tãtũ in pſenti licẽtia aquas acciperẽt hauriẽdi. Qui nec legatos:nec dona ſuſcepit:neq; mediocre qdẽ pactus eſt:dum obſtinate pmaneret ulciſci trãſgreſſiones in ſuos ab illis factas.Qui ſiti cõpulſi nimia ſemetipſos tradiderũt:ut p qnq; dies quatuor milia caperenť:ſexto uero die reliq de caſtris egreſſi; decertare cũ aduerſariis nitebanť: eligẽtes oĩa pati:ne paulati ſine gloria deperirẽt.Quæ cũ deliberaſſent: nullatenus decertare uoluerunt:nã aĩo uel corpore calamitatibus afflicti pro lucro mortẽ eſſe putauerũt:ne in tribulationibus uitã extenderẽt:quos; ſeptẽ milia priori pẽlio cõſternuntur Cũ his ergo caſibus uterenť:arrogantiã priorẽ deponunt: miratiq; Herodis prudẽtiã ceſſerũt:patronũ eũ ſuæ gẽtes pnunciantes.Qui cum multa fœlicitatis gloria reuertiť: maximam acquirens ſua fortitudine dignitatem. Cap.VII.

Giť licet optime pbellũ Herodes reſ ſuas diſpoſuiſſet: tamẽ in piculum incidit.

i Siquidem pro republica decertans Auronius:in acciaco litore a cęſare uincitur.

Tum indeſperationẽ ſui Herodes uenit: dũ amici & inimici putarẽt non impune amicitias ei; puenire:quas cũ Antonio habuiſſet.Quapropter amici qdẽ deſperabant: inimici uero licet in pſpectu contriſtarenť:tamen clãnimiũ letabanť:ſperãtes meliora ſibi rerũ mutatione uentura.Herodes aũt Hyrcanũ ſolũ uidens in dignitate regia cõſtitutũ:prodeſſe ſuis rebus opinatus eſt mortẽ illius:ne iminente ſibi a cęſare periculo:ille daret occaſionẽ:q ſolus regio uidebať ex genere.Cũ hæc cogitaret:nec daret occaſionẽ Hyrcanus:nã modeſtia morũ illã rerũ gubernationẽ curabat & rebus ſtudebat boniſs: oĩa concedens fortunę:alexandra nimis pertinax:& ſpẽ rerũ mutationẽ incontinenter credens:uerba ad patrẽ fecit:ne ſuſtineret Herodis iniquitatẽ:in familiam ſuã pcederet: ſed cuſtodiret ſpes eorũ:petebat ut & malcho arabiã tenenti ſcriberet;quatenus ſuſcipere eos ad ſe refugiẽtes:nã ſi mors uenerit inimico cęſari;Herodi ad ſe principatũ uentu; rũ & ppter populorũ fauorẽ:& propter generis dignitatẽ.Dũ his eũ flectere uerbis niteretť Hyrcanus uerba depellebat.Sed pertinacia muliebri dũ illa pmanens:nec noctu: uel interdiu deſinens Herodis erga ſe inſidias accuſaret: cõpellit eũ epiſtolã dare Doſitheo cuidã amico: in qua ſcriptũ erat:ut arabes equites qui deberent eũ ad ſe perducere mitteret prope paludem bituminis q̃ diſtat ab hieroſolymis ſtadiis.cc.Credebat enim Doſitheo:dũ nimis eũ ſibi ipſe & alexandra exiſtimarent propter inimicitias: quas cũ Herode haberet:ut ioſippi cognatus quẽ ille pemerat qa & illorũ q tyro pſtrati fuerãt ab Antonio:prior frater exiſteret.Sed hęc Doſitheũ nullatenus Hyrcano fidũ in miniſterio parauerunt.Nã præponẽs illis regis amicitias:porrigit Herodi epiſtolã:q eum p fide non tantũ laudauit: uerũ ẽt iuſſit ei:ut miniſtraret reliquę cauſę:quatenus epiſtolã traderet Malcho:litteraſq; ab illo reciperet:cũ nõ illi9 paruũ putaret & ſniam cognoſcere.Quæ cũ Doſitheus alacrius miniſtraret:arabs reſcripſit & ipſum Hyrcanũ ſe ſuſcipere uel oẽs qui cũ eo uenirent.Deſtinauit ẽt qui deberent eos caute pducere. Vt uero

& hanc epiſtolã Herodes ſuſcepit: cõfeſtim uocato Hyrcano: de factis eius cũ Malcho pactis requirebat. Cũq; ille negaſſet: epiſtolas corã cõcilio demõſtrans: uirũ interfecit. Hæc nos conſcripſimus q̃ in animalibus regis Herodis continebant. Alii uero nõ ita exiſtimãt: ſed magis Herodẽ inſidias contra Hyrcanũ contexiſſe: quatenus eũ interficeret: dicunt ita ſcribentes in aliquo conuiuio ſine ſuſpitione quẽdã ſermonẽ Hyrcano intulit: ſi quas epiſtolas a Malcho ſuſcepiſſet. Quí dũ ſe confeſſus eſſet: ſalutatorios apices accepiſſe: ille rurſus interrogans: ſi qua ſup hæc ẽt dona recepiſſet: nihil amplius reſpondit quã. iiii. iumenta tranſmiſſa ſuſcepiſſe. Occaſione hac inuenta: dona eſſe corruptionis: uel proditionis uociferans: uirũ iuſſit occidi. Signa uero ſunt minime Hyrcanũ peccaſſe: quatenus termino tali occũberet: modeſtia morũ eius: q; nihil in iuuentute ſua atrocius aut acrius egiſſet: qa & cũ ipſe regnũ habuiſſet: plurimam gubernationẽ antipatro cõmiſerat: cũ iã octogeſimũ duceret annũ: & cũ multa tutela ſciret herodẽ regnũ poſſidere: & eufraten tranſiſſe: honorantes eũ: q̃ oia deſpexiſſe eum: & aliquid nouitatis molitũ: nimis ſcredibile eſt: qa nec naturæ illius aptũ erat: ſed molitiõe Herodis occiſus eſt. Ita quidẽ ſinẽ uitę inuenit Hyrcanus: diuerſas & uarias calamitates expertus. Nã in principio ut mater eius Alexandra regnauit: principatus ſacerdotii gentis iudeorum nouẽ annis honorẽ obtinuit: matreq; defuncta cũ imperiũ ſuſcepiſſet: & hoc tribus mẽſibus gubernaſſet: depellit ab Ariſtobolo fratre: reſtituit aũt iterũ a Pompeio: & .xl. annis honore uſus: ſecundo regnũ p Antigonũ pdidit: & corporis diminutionẽ paſſus: apud parthos captiuus perductus eſt: & exinde ad ꝓpria poſt tp̃s remeãs propter ſpes ab Herode promiſſas: nihil ſicut ſperauit executus eſt. Itaq; multis uitę paſſionibus involutus: & quod peſſimũ eſt ut diximus in ſenectute: nõ dignũ uitæ terminũ ipetrauit. Siquidẽ modeſtus & mediocris in oĩbus exiſtebat: & plurima ſui iperii ſub diſpenſatoribus innocẽs tractabat: neq; callidus regnũ diſponere: antipatro herodiq; uſq; ad hoc conamen aperuit iter. Herodes aũt hyrcano interfecto: a cęſare nihil optimũ ſperans de rebus ſuis propter amicitias quas cũ Antonio habuiſſet laborabat. Cunq; in ſuſpitione Alexandrã haberet ne tp̃s nanciſceret: & multitudinẽ & turbã in regno uel rebus ſuis concitaret: cõmendauit oĩa fratri ſuo ferorę: matrẽ aũt cypriã cũ ſorore: & cognationẽ cunctã in maſada cõſtituit iubẽs: ut ſi quod de ſe piculũ audirẽt: principatũ ſibi aſſumerent mariamnẽ uero ſuã uxorẽ: q; nõ potuiſſet ut inimica cũ ſorore uel matre conuerſari: in Alexandrio cũ Alexãdra matre ſua depoſuit: Ioſippum & ituraeum ſoenitum ſup eas dimittẽs fidos ſibi amicos: quos ſub ſpẽ honoris cuſtodirem mulieres reliquit. Quibus ẽt mandauerat: ut ſi qd de ſeipſo piculoſum audirent: ambas interficerẽt: regnũ uero filiis ſuis cũ fratre ferora cuſtodirent. Cũ hęc mandaſſet: ipſe Rhodo ad cæſarẽ properabat. Cũq; in ciuitatẽ delatus eſſet: depoſuit qdem diadema: aliud uero nihil de dignitate ſua diminuit. Vt uero cõmunẽ ſermonẽ cũ cęſare inſeruit: tũ multo potius ſuã magnitudinẽ: ſueq; maieſtatis honorẽ ſeruauit: dũ nec ad preces: neq; ad petitiones conuerteretur tanq̃ de peccatis ſatiſfaciens: & ratione actuũ ſuorũ confidens ſine dubitatione cæſari dicebat amicitias ſibi maximas cũ Antonio fuiſſe: oĩaq; ꝓ uirtute ſua egiſſe: quatenus ille rerũ potentiã ſortiretur: militię tamen eius nullatenus cõmunicaſſe: eo q; occupatos arabas expugnaret tranſmiſiſſe uero & pecunias & frumenta: nõ tñ minus ad dignitatẽ ſuã. Nã q fatetur amicũ uel benefactorẽ aliquẽ habere debet uiribus animæ uel corporis aut ſubſtantię participẽ ẽt ad periculũ exhibere: quod ego nõ minus inqt quam oportebat effeci. Illud uero integre geſſi: qa q̃uis uictũ in acciaca pugna nõ reliq; neq; manifeſte: tranſiui: cũ & ipſa tranſiret fortuna: ſed ſeruaui ei fidem quãq; non oportunus auxiliator: tamen conſiliarius fideliſſimus exiſtens. Nã cauſa ſalutis & retum poteſtas

qualiter ꝓdeſſet oſtẽdi:dũ cleopatrã hortaret occidi:& ſi ꝓempta illa fuiſſet:nullatenus a rerũ principatu concidiſſet: imo magis & tuas facilius indignationes euitaſſet. Equibus nihil ille agendo: ſibi qdẽ incommode: tibi uero utiliter profuturam prꝛponendo dementiã periit. Nunc ergo ſiquidẽ pro Antonii ira noſtrã fidẽ fuiſſe iudicas:non ſum denegaturus:qa pui neq; meum erga illũ fauorẽ euidenter prædicans recuſabo:ſi uero perſona ablata:qs ſim circa benefactorem: uel qualis amicus requiras:poteris a factis me cognoſcere. Nã licet nomen ablatum fuerit:nihilominus amicitiarum firmamentũ in nobis poterit approbari. Cap. VIII.

Vm hæc dixiſſet:& oĩbus ſuę animæ libertatẽ oſtẽdiſſet:nõ mediocriter Cæſaris
c liberalitatẽ:uel indulgentiã meruit:intantũ ut criminũ cauſas pro fauore eius uindicari depoſceret & tũc diadema rurſus ſibi repoſuit:Cæſare inuitante:dum nihil ſecus circa eũ:quã prius erga Antoniũ appareret. Tunc cæſar oẽm ei honorem addidit:r cęteris regibus ſcribẽs: cũ oĩ alacritate herodẽ ſibi occurriſſe. Poſtq̃ uero hãc ſatiſfactiõnẽ ꝑter ſpẽ ſuſceptã cognouit:uidẽſq; ſicut prius firmiorẽ ſibi principatũ a Cæſare datũ decretũq; romanoꝝ ſibi ꝓ ſtabilitate ſua mercatũ:ſecutus ẽ cæſarẽ ad ęgyptũ ambulãtẽ. Cũq; ſup uires ſuas amicis dona obtuliſſet:liberalitatẽ magnanimitatẽq; ſuã oſtendẽs:petebat: ne Alexãder amicus Antonii aduerſi aliqd pateret. Sed hoc nõ ipetrauit: qa iã iureiurando cęſar ꝓoccupatus fuerat. Rediit aũt iterũ ad iudeã cũ ampliore honore:& ſperantibus contraria:ſtuporẽ cũ metu incuſſit: q; clarior a piculis dei prouidentia remeaſſet. Cõfeſtim ergo ſuſceptionẽ cęſari ꝓ ſyriã in ęgyptũ cuntí parabat. Itaq; cũ eũ ſuſcepiſſet cũ oĩ regio apparatu ptholomaide:& prębuiſſet exercitui ſumptus affluẽter omnino inter fideliſſimos reputatus eſt. Dũq; expeditionẽ cæſar deputaret: in centum qnquaginta domibus ornatis:eũ cũ amicis ſuſcepit: Prębuit aũt ꝓ loca arida tranſeuntibus neceſſariã humanitatẽ ita ut nec uinũ nec aqua:quæ potius militibus acceptabilis erat:alicui deficeret:ipſi ẽt cęſari octingẽta talẽta donauit:oĩbuſq; demõſtrauit:q; plus clarior in regno ſuo remunerando eũ apparuiſſet:ut magis fidẽ eius & alacritatẽ cæſar probaret. Cui & redeũti rurſus Herodes ab ęgypto nõ minus priorẽ largitatẽ exhibuit. Tũc quoq; cũ ad regnũ ſuũ rediſſet:turbatã oẽm domũ inuenit:ac grauiter ferẽtẽ uxorẽ ſuã:& matrẽ eius alexãdrã:dũ putarẽt nõ ꝓ corpoꝝ tutela in illo oppido ſe poſitas: ſed tanq̃ in carcerẽ:cũ nihil ille neq; de ſuo neq; de alieno in poteſtate haberẽt. Mariannes qdẽ amorẽ regis:diſſimulationẽ & deiectionẽ putabat. Angebaẽ autẽ:q; ſi qd ille piculoſum pateret:nec ſpem uitæ poſſet habere:mandataq; ioſippo data recordabaẽ. Quapropter cuſtodes cũ nimia diligentia mitigabat:magis uero ſoemũ dũ illi putaret oẽm poteſtatẽ creditã. Soemus aũt in initio fidelis:nihil pœnitus de mandatis herodis palã fecit:ſed cũ ſermonibus uel donatiõibus mulierũ flexus paulatim deuictus eſſet in ultimo cuncta regis mandata dilucidauit:dũ tamen non oĩno ſperaret eũ cum eadem ptãte reuerſurũ:ſed & potius periculum fugeret:ne rediret inſignior: ideoq; non parua mulieribus putauit ꝑſtare:utiq; ampliorẽ beneficiorũ retributionẽ ſe acceptuꝝ:ſi regnarent:q; ſi proſpere cuncta gerens herodes reuerteretẽ: nequaq̃ contra uoluntatẽ uxoris eũ poſſe facere ſciret:dũ cognoſceret oĩ ratione regis amorẽ erga mariãnem ampliorẽ exiſtere. Itaq; cũ hmõi illum fefelliſſet ſpes:ſecreta oĩa indicauit. Mariãnes hęc grauiter audiens:nec finẽ ſibi de piculis herodis inuenire putans:cui & infeſta fuerat:nullatenus eũ æquitatẽ ipetrare orabat:& licet difficilẽ uitã ſuã poſt mortem illius putaret:nihil tñ de ſui animi paſſionibus cęlauit:nã cũ ille maximas res ꝑter ſpẽ impetraſſet:nauigauit. & primũ uxori ſuę de his bonis nunciauit:ſolamq; prępones oĩbus ꝓpter amorem & conſuetudinẽ quã cũ ea habuiſſet ſalutauit. Cui dũ fœlicitatẽ ſuam referret: nullatenus

gaudentē:sed & potius grauiter ferentē intellexit.Non hęc celare dolorē poterat: sed pro decore nobilitatis suæ ad oscula gemebat:narrationibus uero eius nequaq̄ letabat sed potius contristari se demonstrabat.Vt uero non suspecta tantum: sed ēt manifesta Herodē facta turbarent:contristabat:animaduertens irrationabile circa se uxoris odiū non celatū:iccirco duriter tolerabat:dūq; amorē ferre non potuisset:nec in ira:nec amore pmanebat:semp ab altero in alterū transiens:in utroq; inconstans erat.Sic ergo inter odiū uel amorē destitutus:sepius parauit uindicare in illa superbiā:sed timuit: ne p̄occupatā suā aiam cupidie debilitaret:& nullatenus occidere eā pertulit:dū ucreret ne pempta illa:maiorem pœnā pro amore illius interitus sustineret. Intelligētes ergo eū ita de mariāne soror eius & mater optimū putauerunt tp̄s pro illius odio recepisse:& loquebātur non pauca Herodē incitantes in odiū:q nec insuauiter hæc uerba attendebat: neq; facere quicq̄ in uxorē tāq̄ credulus p̄sumebat.Peius ergo dolorū passione succendebat: dū neq; illa odiū celaret:neq; iste amorē.Cōfestimq; aliquid nefandissimū actū fuisset: nisi cæsar nunciatus esset contrarios uicisse:& interemptis Antonio & cleopatra cūctā ægyptū possedisse.Quapropter festinans ad Cęsarē:reliquit domū ita dispositā.Cui p ficiscenti mariānē soemo cōmendans:multas habere gratias ei p diligētia p̄fitebat:& partē magistratus a rege p̄meruit:& ille qdē honorē hūc obtinuit. Cap.IX.

Erodes uero cū in ægyptū peuenisset:cęsari cū ampliori fiducia sermonē inseruit: h tanq̄ iā amicus.Siqdē de satellitibus gallis cleopatræ quadringentos ei donauit: & terrā ei rursus reddidit:quā p illam p̄diderat.Addidit ēt regno eius gadara:uel ioppē & Samariā necnō & maritimā gazā uel antidonē uel ioppē: & stratonis turrim. Cūq; hęc acquisisset: & Cæsarē comitatus usq; ad antiochiā esset:reuertit:& quantum res suas extrinsecus fœliciter tractabat:tantū domesticis laboribus affligebat:p̄sertim circa coniugē:de qua potius fœlicitatē quōdā uidebat habuisse:nā amorē non minorē illis p̄stitit: quos in historiis cognouimus cupidine retentos.Sed hic merito mariānem dilexit:q̄ cū in aliis casta uel fidelis esset:muliebre uel modestū quiddā naturaliter habebat.Nā dominabat marito seruienti libidini:& sepius contumeliose eum aggressa est. Quod ille dissimulans portabat blandiebat tñ licet matris eius uel sororis ignobilitatē illa derideret & detraheret.Illo uero tpe maioribus accusationibus a suspitione nutritis: anni spatiū complet ex quo herodes a cęsare reuersus erat:& cū iādudū culpa uolueret tunc erupit alia occasione data.Meridie nāq; dū uoluisset requiescere accersiit mariānē amore quē in ea semp habebat astrictus.Quę cū intrasset: non cū eo incubuit:sed festinanter eū depulit:& improperauit ei sui patris uel fratris interitū.Qui cū grauiter tulisset contumeliā:& paratus ad facinus esset:sentiens soror regis Salome paratū olim pincernā regiū intromittit:pręcipiens dicere:qualiter suaderet ei mariānes amatoriū confecisse regi:& siquidē ille turbaretur:& interrogaret quale hoc fuisset respondere:uenenum illā tenuisse:petentēq; seipsum subministrare.Si uero nullatenus de amatorio rex cōmoueretur:dimitteret uacuū:dū nequaq̄ hoc ei periculū ferret.Hæc dicens:cum hoc tpe locuturū intromittit.Qui tanq̄ uerisimilia ducturus cū studio ingreditur: asserens mariānē præmia sibi p̄stitisse dū flecteretur amatoriū regi porrigere.Cunq; ad hoc rex cōmotus fuisset: uenenū inqt erat:quod illa monebat dari.Cuius uirtutē ipse se non scisse fatebat ideoq; nunciasset:quatenus ipse requireret.Itaq; cū talia uerba Herodes audisset:& dudū iā furibundus:tunc potius excitat: & eunuchū qui mariāne fidelissimus erat:de ueneno torquebat cognoscens:q; sine illo tale aliqd non fecisset.Qui cū necessitatibus interesset nihil quidē totius de ueneno dixit uxoris aūt odiū quod in eū haberet propter sermones quos soemus explanasset:manifestauit ei.Cū hæc dixisset iratus rex

exclamauit dicẽs:nullatenus ſoemũ ſibi fideliſſimũ prioribus tpibus hęc ꝓdidiſſe mãi data:niſi quid amplius inter eũ & mariãnem ꝓueniſſet.Et ſoemũ qdẽ ꝓtinus interimi ꝑcepit: uxori uero iudiciũ colligens:familiariũ accuſationẽ parauit:ſtudioſeq; executus eſt de relationibus amatorii uel ueneni.Eratq; ſermone incontinens:& iracũda: quã ita ſentientes q̃ preſentes erant:mortiferã in eã ſniam protulerũt.Dũ hæc ſnia pronunciaretur:ſubuenit quidam ei uel aliqbus præſentibus:ne ita temerarie illã interficerent:ſed deponerent eã in aliqua regali cuſtodia.Tunc Salome eũ ſuis feſtinauit e medio mulierẽ abducere:quę potius regẽ ipulit:caue inquiens ſeditionẽ multitudinis: ſi illa uixerit. Mariãnes interea ita trahebaꝫ ad necẽ.Conſiderans aũt alexandra tps: & q̃ paruam ſpem haberet:eadẽ ab Herode paſſura:contra priorẽ ſuã fiduciã nimis ualde cõmutabaꝫ.Nã uolens oſtẽdere ſe ignoraſſe cãm exiens multa mala contra filiã uocíferata eſt: & oĩbus audientibus clamabat:malã circa maritũ:& ingratã extitiſſe.quapropter iuſte pati:q̃ audacter ei reſtitiſſet:nec retribuiſſet beneficiorũ tantorũ remunerationẽ. Inter hęc talia & inhoneſta ſimulantẽ:& audẽtẽ ẽt capillos ſuos euellere:multa qdẽ in ea ab aliis uituperatio deformis diſſimulationis apparuit.Quod potius a pereũte cõprobatũ eſt:cũ nec uerbũ in initio dediſſet:nec ad illius improperationes turbata reſpexiſſet ſed qualiter animi grauitate peccatũ matris ferret:euidenter demonſtrabat.Ipſa ſiquidẽ nõ timido greſſu neq; mutato corporis colore ad mortẽ ducebaꝫ:generoſitatẽ ſuã nequaq̃ in extremitate demutans.Et illa qdẽ ſic interiit: fœmina q̃ ad continentiã & magnitudinẽ animi optima erat:mc deſtia uero ei nõ defuit:pulchritudine aũt corporis & affabilitatis dignitate magiſq̃ ſiquis exiſtimare poſſet oẽs mulieres ante ibat:occaſio tamen exinde maior prouenit:ne cũ gratia regis uel delectatione uiueret.Nã dũ ſemp potiretꝫ illius amore:& nihil difficile ab illo ſperaret:fiduciã immoderatã habuit contriſtabant aũt eã quæ erga ſuos euenerãt. Hęc oĩa ei quẽadmodũ paſſa fuiſſet dicendo:ad ultimũ inimicas ſibi aperuit matrẽ uel ſororẽ regis:& illũ ſimul in quo tantũ cõfidẽs nihil quod moleſtũ ſibi oriretꝫ ſperabat. Poſtq̃ iteriit:regis potius deſideriũ exarſit:ut ſæpius nomẽ illius inuocaret.Moliebatur aũt oĩa facere q̃ potuiſſent ſolaciũ afferre: conuiuia: colloquia: quę nihil ei ꝓfuerunt:gubernationes ẽt regales recuſabat:& tantũ doloribus tenebaꝫ:ut aliquando mariãnem uocare miniſtris tãq̃ uiuẽtẽ ualẽtẽq; præciperet. Cum ſic haberetꝫ: ſuperuenit egritudo peſtifera:quę plures populi uel amicorũ eius extinxit: & oĩbus ꝑbuit ſuſpicari:ꝑ iram dei hęc cõtigiſſe:ꝑ iniquitate erga mariãnẽ cõfecta.Ideoq; ad peiora rex peruenit:ut ultimo ſolitudines eligeret ſub occaſione uenationis.His confectus cogitationibus:non potuit multos dies ꝓtrahere:ſed incidit in difficillimam inualitudinẽ.Nã inflammatione uel aſtrictione gutturis:mentiſq; mutatione tenebatur: & q̃ potuiſſent curã exhibere:nihil penitus ꝓfuerunt:ſed contraria inueniebanꝫ.Vnde poſtea deſperatione facta medici dũ nequaq̃ medicaminibus allatis egritudo decreſceret:& rex nihil potuiſſet accipere:oĩa q̃ ille uellet iuſſerunt ei ꝑbere deſperationẽ ſalutis caſui deuouentes.Et ille qdẽ in Samaria ſebaſta nominata inualidus iacebat:alexãdra uero in hieroſolymis habitans:cũ audiſſet ĩ qbus eſſet herodes: feſtinauit cuſtodias ciuitatis obtinere:q̃ duę fuerãt:una qdẽ ipſius ciuitatis altera uero tẽpli:quas ſiqs ſub poteſtate ſua cõprehendiſſet:oẽm gentẽ ſibi ſubdebat.Nã ĩmolationes nullatenus ſine his fiebant:quas non exercere impoſſibile iudeis uidebaꝫ:parati utiq; magis uitã amittere. quã religionis dei ſolitũ ſacrificiũ non implere.Igitur cuſtodibus earũ alexãdra obtulit: q̃ oportuiſſet ipſi uel filiis herodis eas tradere ne quis eas alter ꝓoccuparet: illoq; defuncto:rerũ poteſtatẽ teneret:dicens qa ſi a morbo quo detineꝫ euaſerit:tutius eas poterit cuſtodire.Cũ hæc uerba feciſſet:non patienter tulerunt ſed fideles prioribus tẽporibus

extiterunt:tunc magis & ꝓpter odiū Alexandrę:putātes non ſe optime Herode uiuēte deſperare. Quorū unus conſobrinus regis nomine mane:cōfeſtim nūciauit regi Alexandrę ſniam. Qui nihil remoratus:interfici eam ꝓcepit. Ipſe uero uix & multo labore cum egritudinē euitaſſet:aio uel corpore debilitatus ſimul:& faſtidioſus in omnibus cauſis factus:ad poenam peccantiū paratior erat:ideirco & amicos ſibi neceſſarios interemit cuſtodibarū:uel liſimachū:uel antipatrū:Gadiam uocatū:necnon & doſitheū:ex hac occaſione. Cuſtodibarus genere qdē idumeus:erat inter primos dignitate:q a proauis ſacerdotes uidebantur:goza:quē deū indumei arbitrabantur. Hyrcano uero rempubli cā eorū ſub iudaicas leges redigente:cū herodes regno ſucceſliſſet iudicē cuſtodibarum idumeū uel gazæ declarauit:& dat ei ſororē ſalomen: Ioſippum occidens priorem eius maritū ſicuti demonſtrauimus. Cū hęc cuſtodibarus ꝓter ſpē libenter impetraſſet:cleuatus foelicitatē paulatim excedebat:putans non eſſe bonū:ſe iudicem herodis præcepta ꝓficere neq; Idumeos ſub lege iudaica exiſtere. Quapropter deſtinauit ad cleopatrā dicens:idumeos ſemp illius maiorū fuiſſe:ac ꝓpter hoc iuſtū eſſe:ut peteret ꝓuinciam ab Antonio. Nā ſeparatū cōfirmabat trāſferre fauorē ſuū ad illā. Agebat tñ hæc nō q; po tius cleopatrā dominari deſideraret:ſed ęſtimabat:ſi pluribus uiribus Herodes priuare tur:facilius iā poſſet ſibi gentis iudeos; principatū uendicare:occaſione generis & pecuniaq; quas ꝓpterea p illicita lucra acquiſierat. Et cleopatra qdē Antoniū petēs:ꝓuinciā minime obtinuit. Nunciant' aūt hęc uerba herodi. Qui paratus cuſtodibaq; interficere: matris petitionibus uel ſororis:ueniā ei donauit:ſed non in ſuſpectū eū imposterū priorib⁹ conatibus dereliquit. Tpe uero interiecto:cū cōtigiſſet Salomen a cuſtodibaro diſcordare: mittit ſtatim ei repudiū:connubiū renuens:non ſecundū leges iudeorū. Nam marito qdē apud nos licet hoc facere: uxori uero nullatenus ſeparare & ducere aliū niſi prius a priore marito dimittat'. Salomę tñ non generali lege:ſed ptātis ſanctione cōnubiū ſeparauit:& ad fratrē Herodē dicebat:ꝓ illius fide maritū ſe reliquiſſe:dū cognoſceret eū cū antipatro uel liſimacho uel doſitheo nouis rebus ſtudentē:fidē uero ſermōi de Babe liberis imponebat' q; ſeruarent' apud eū duodecim annis:quę multū ſtuporē regi ꝓter ſpem uerba fecerūt. Nā babe liberos deſtinauit olim ꝓſequi q; inimici ſui fuiſſent: tunc uero p tpis longitudinē de memoria eius exciderant. Quoq; inimicitiæ & odiū hīc ortū eſt. Cū Antigonus regnū haberet:& Herodes ciuitatem hieroſolymorum obſideret:neceſſitate uel malis quanta obſeſſis aſſiſtunt plures inuocabant herodē: & ad illū clamabant:babe aūt filii dignitatibus ꝓcellentes & apud populū ualidi:ꝓmanebant cū antigono:& herodē accuſabant:& ſeruandū regio generi principatū ſuadebāt. Ciuitate uero capta:cū herodes rempublicā tenuiſſet:cuſtodibarus exitus ciuitatis obſtructurus ordinat':quatenus non recederent ab ea: qui ciuiū rei aut regi cōtrarii extitiſſent: ſciens in opinione uel in honore populi babe liberos eſſe: & putans magnā partē ſibi eos fore in rerū mutatione. Qui illorū ſaluti ſtudens:abſcondit in propriis ꝓſidiis:tunc qdē iurefurando herodē flexit nihil de illis ſciſſe ſe. Quare liberatus eſt a ſuſpitione. Rurſuſq; edicto a rege poſito:& oēm modū excogitante ut eos inueniret:non eſt confeſſus. Sed cū primū negaſſet:non ſine poena ſui putauit poſtea uiros oſtendere:& non fide iā tantū: ſed & neceſſitate eos celare feſtinabat. De his cū nunciatū a ſorore fuiſſet:rex deſtinans ad loca ubi cōmorabantur ſimul cū aliis accuſatis illos occidit: ut iam nihil eſſet reſidui de genere Hyrcani:ſed regnū ſuo poſſideret arbitrio:nemine in dignitatibus exiſtente:q iniqtatibus eius reſiſteret. Iccirco potius a patriis moribus excedebat:peregrinis inuentionibus ueterē ſtatū corrūpebat:q nullatenus maculari debuiſſent:unde non minora nobis imposterū Bala proſenerunt; diuerſis recedentibus maiorū pietate corruptis:&

primũ qdẽ certamen quinquẽnale cæſari conſtituit: & theatrũ in hieroſolymis cõdidit rurſum in cãpo maximo amphitheatrũ: utraq; cõſpicua: moribus uero iudaicis aliena. Siqdẽ uſus aut apparatio taliũ nequaq̃ tradita fuerat. Celebrationẽ qdẽ illã clariſſimã p quinquẽniũ conſtruebat: nunciãs finitimis: & conuocans ab oĩ gente athletas: & oĩa certamina & de tota terra inuitabat: ut ſpe ꝓpoſitoq; p̃miorũ & uictoriæ gloria conue nirent. Igit̃ collecti ſunt capitales artifices: non tantũ hii q exercitationibus corporis p̃ ualerent: ſed & muſica p̃cellentes: quos timelicos uocant: ꝓponens maxima uictorię p̃ mia: oẽſq; nobiliſſimos ad cõflictionẽ cõuenire uocitabat. Cõſtituit quoq; quadriiugis & biiugis: & unius æqui curſui nõ parua dona: & oĩa q̃ munificentia uel decore apud ſin gulos p̃fulgebant: uolẽs habere clariora: ſpectaculũ liberalitate cõpoſuit: theatrũ uero circa cæſaris imagines habebat: & trophea gentiũ quas bellando ille deuicerat: auro ſci licet uel argento puro cũctis inſtructis: & neq; de ueſte neq; de uaſis: aut lapidibus p̃cio ſiſſimũ aliqd defuerat: quod nõ certantibus offerebat. Apparatus ẽt ferarũ fuit. Nã leo nibus multis cõgregatis: & aliiſquę emineret ferocitate: & raro ſueniunt: quorũ inter ſe altercationes & pugnę cõtra hoſtes excogitabant: peregrinis qdẽ ammiratio ſumptuũ: & delectatio ſpectaculi uidebat: puincialibus aũt euidentiſſima ſolutio morũ: q apud nos coluntur. Impiũ enĩ eſt: feris hoſtes ꝓ hoĩum ſpectaculo ſubdere: iniquũ ẽt peregrinis moribus ſolita permutare: ſup oĩa uero cõtriſtabant eos trophea: dũ putarent imagines eſſe armis obſitas: quia non patriũ illis fuerat talia colere. Quod nec herodẽ latebat: neq; uiolentiã qdẽ eis inferre oportunũ nõ putauit: loquebat aũt & conſolabat ut ſuperſti tionẽ eorũ auferret: ſed nullatenus p̃ſuadebat: dũ grauiter illi tuliſſent ea quæ uidebant ſoluta lege committi. Illi uero unanimiter clamabant dicentes. Licet oĩa exiſtimemus tolerabilia: tamen hominũ imagines uel trophea non eſſe patriũ in ciuitate admitti ꝓ temur. Herodes autẽ turbatus & intelligens non facile eos reſiſtentes deuinci ſine ſola tio: aceerſit quoſdã primos eorũ ad theatrũ: & oſtendes trophea conſuluit quid illis hæc uiderent. Qui cũ clamaſſent hoĩum imagines: pręcipiens auferri ornatũ impoſitũ: oſtẽ dit ligna nuda: quę ſtatim ſpoliata riſum plurimũ ſpectantibus incuſſerunt. Tali modo multitudinis ĩpetũ mitigauit herodes: ut iã plurimi mutati nõ offenderent. Quidã uero pmanebant in difficultatibus ſuis: q; ſolita minime contuebant: & putabant initium patriis legibus deſtruendis. Vnde optimũ exiſtimauerunt magis pericula pati quã mu tatã rempublicã negligi: dũ Herodẽ ꝓſpicerent uiolenter introducere quæ non ſolita fuiſſent: & uerbo qdẽ regẽ: operibus aũt hoſtẽ oĩum demonſtraret. Vnde cõiurauerunt omne piculũ ſe ſubire decem ciues: & gladios ſub ueſtimẽto portabant. Inter quos fuit qdã oculis captus: qui per indignationem eorũ quæ audiebat fieri: ſe ipſum pati quę & illi firmabat: qui nõ mediocrẽ eis impetũ in conatibus periculoſis immiſit. Quod con ſiliũ cũ deliberaſſent: ex compoſito ad theatrũ pergebant: ſperantes non poſſe Herodẽ fugere: ſi ſubito eũ inuaderent. Cũq; parati cũ audacia ꝓperarent: unus eorũ qui perſcru tantes ſingula renunciabant regi: eorum conſpirationem intelligens: parato regi thea trum ingredi indicauit. Qui cõfeſtim ſciens odiũ quod plures in eum habuiſſent: & ſedi tiones quotidianas: diſcedens ad aulam: nominatim accuſatos uocauit. Qui cum a mi niſtris euidenter capti fuiſſent: ſcientes q; non euitarent periculũ ornauerunt neceſſariũ uitæ finẽ: nullam deponentes animi ſui fiduciam. Nec enĩm negauerunt actum ſed & demonſtrauerunt gladios: confeſſiq; ſunt bene: & pie coniurationẽ ſe feciſſe: lucri quidẽ nullius cauſa neq; pro ſuis doloribus: ſed pro cõmunibus cauſis: quas ſeruare: aut ꝓ his mori cunctis dignũ uideret. Talia quidẽ illi de uoluntate inſidiarũ fiducialiter ꝓlocuti a regalibus miniſtris circũſepti ducebantur: oẽmq; pœnam paſſi perimunt. Non mul

toplus eũ

toplus eũ qui talia nunciauit odio quidã rapientes non tantũ interfecerunt: ſed & membratim dilacerantes: canibus appoſuerunt. Videbãt aũt multi ciuium q̃ fiebãt: & nemo nunciauit: uſquequo Herodi acerbiorẽ & certiorẽ facienti inquiſitionẽ quædã mulieres torte confeſſi ſunt: quæ hæc uidiſſent. Herodes uero eos q̃ facinus commiſerunt ſimul cum tota domo remit. Concurſus uero & audacia populi quam pro legibus habebant: non remilliorem faciebãt herodem: ſed multo potius cautiorẽ qui ſtatuit undiq; ſeſe munire: ut ſiq nouis rebus ſtuderẽt: manifeſta fieret eorũ cõſpiratio: dũ ciuitas ab aula qua conuerſabat̃: & a templi cuſtodia tutaret̃ quę antonia dicebatur. Samariã quoq; deliberauit muris circundare: quã mutato nomine ſebaſtiã appellauit putans ẽt prodeſſe prouinciæ locũ munire qui de hieroſolymis aberat unius diei uia: & olim uocabat̃ ſtratonis turris ẽt eũ conſtructũ cæſariã nominauit: & in maximo campo electos equites deputans: locum ædificauit: qui in galilea gaba uocatur: & trans fluuium ſebonitidẽ. Hæc ergo paulatim ſemp pro tutela ſua molitus perfecerat: circundans cuſtodiis totã gentem ut nequaq̃ poteſtatem haberet ſeditiones promptas agere: quibus paruo motu facto frequenter urebant̃: nec laterent ſi mouerent̃: aſſiſtentibus ſemp in proximo qui cognoſcerent: & multos quidẽ auxiliatores ſuos plures aũt ex finitimis inhabitare illic fecit: dũ munificentia ductus tẽplũ cõſtrueret: quo ſimile prius nec in nobiliſſimis ciuitatibus exiſtebat: quod magis pro tutela ſua conſtruens: in honore auguſti cæſaris ſebaſten appellauit: & ꝓuinciæ partẽ meliorem quę ꝓpe fuerat diſtribuit habitatoribus: ut prono aĩo conuenientes in ea conuerſarent̃: muroq; firmiſſimo circundans altiora loca: cuſtodiis cõmuniuit: ne magnitudine minor eẽt maximis ciuitatibus. Nã uiginti ſtadia habuit intus: in medio uero mẽſura unius & ſemis ſtadii locũ ſtatuit undiq; decoratũ. In quo tẽplũ altitudine uel publica pulchritudine excellens ędificauit: paulatimq; totã ciuitatem exornans: munitioni quoq; proſpexit eius: cuius pulchritudiucm ob memoriã poſteris uoluit ſuę relinquere largitatis. Cap. X.

Odem tpe tertiodecimo anno regis herodis inſtante: magnę calamitates prouin
e ciã occupauerunt: ſiue de ultione: ſeu caſu ſic occurrente. Siquidẽ prius gelu pcuſ
ſa terra: fructus nullatenus inferebat: pręterea & ciues per inopiã frumenti mor
bus & paſſio peſtifera poſſidebat. Qui continue malorum diuerſitate compræhenſi: dũ
idigerent cura uel alimentis: plures peſte moriebantur: morbus ita pereuntium & ui-
uentiũ ſolacia auferebat. Nam corruptis frugibus terræ: horreiſq; exhauſtis: nulla ſpes
alimentorũ ꝓpter peſtilẽtię malũ ullatenus ſpectabat̃. Neceſſitas ergo plurima inopię
nõ minus ipſi regi quã populo imminebat. Siqdẽ uectigalia q̃ de terra ſolitus erat acci
pere: minime colligere pręualebat: & pecunias cõſumpſerat: largiſſime ciuitates ędificã
do: nec erat quod dignũ auxilio uideret̃. Interea deliberabat tẽpori cõferre pſidiũ quod
difficillimũ fuerat: dũ nec uiciui habuiſſent unde alimenta pręberẽt: qa nec ipſi leuiora
toleraſſent: & pecuniis deficientibus licet potuiſſent pauca plurimis cõparare: bene tñ
arbitratus: nequaq̃ auxiliũ negligere: ornatũ regium incidit: neq; præcioſiſſimis uaſis:
neq; artificio ꝑcellentiſſimis parcens. Mittebat aũt pecuniã ad ęgyptũ Petronio ꝑſidi
a cęſare cõſtituto: & cũ non pauci ad eũ cõfugiſſent ꝓpter eandẽ neceſſitatẽ: & amicus
Herodis priuatim exiſteret: uolẽs ſubiectis eius ſubuenire primis ipſis deportare triticũ
conceſſit: ꝑ oĩa eos & in emptione & in nauigatiõe releuans: ut maxima pars ipſe huius
auxilii fieret. Nã Herodes his deportatis: non tantũ ſuias inhorrere ſe prius habẽtiũ mu
tauit: ĩmo maximã oſtentationẽ ſui fauoris & patrocinii lucidauit. Siquidẽ primum his
quantũ potuiſſent ꝑ ſe panificare triticũ diuiſit. Pręterea multis exiſtentibus qui ſenio
uel altera infirmitate tenti non ſufficerent alimenta ſibi præparare: prouidebat eis con

ſtruendo piſtores q paratos panes uenderent. Diligentiã aũt ne cũ periculo hiemarẽt habuit cũ cõprehendiſſet eos ẽt ueſtiũ inopia. Nã corruptis & oino conſumptis peco-ribus: neq; lanę: neq; alioꝝ ueſtimentoꝝ copiã habuerũt. Quę cũ iã ꝓcuraſſet: & ciuitatibus finitimis conabat̃ ꝓdeſſe ſemina ſyris pbendo. Quod multũ ẽt ei ꝓfuit dũ gratiã exinde ſibi acqſiſſet. Terra enĩ poſt hæc fructus ſuos uberius oſtẽdente: non minus quinquaginta milia hoĩum quos ipſe pauerat ad ꝓpria deſtinauit. Cũ hoc modo calamitatibus oppreſſum regnũ oĩ munificẽtia uel iduſtria recuperaſſet: non parũ & in circuitu finitimos ſimilibus paſſionibus afflictos releuauit. Nã non fuit q per neceſſitatem ad cũ ueniens: nõ eius auxiliũ inueniret ſecundũ ſuam dignitatẽ. Sed & populi: uel ciuitates & priuati ad eũ confugientes ſolaciũ ipetrarunt: in tantũ ut æſtimaretur indigentibus extraneis plus decẽ milia tritici choros expẽdiſſe. Chorus aũt habebat modia attica decẽ. In ipo uero regno ſuo. lxx. milia expẽdit. Hãc eius diligẽtiã & ſolicitudinẽ apud iudeos trũ cõtigit ꝑualere & diuulgari apud alios: ut antiqua in eum odia cõmota ꝑ ꝑuaricationibus legũ: ꝑ quas ẽt regno totius gentis pene priuari putaret̃: liberalitate ſua ꝓrſus extingueret: animi ſui magnificẽtiã præter opinionẽ demonſtrans: populũ ãt in tantũ mutauit: ut talẽ eum arbitrarentur: nõ qualẽ experti ſunt dudũ: ſed qualẽ in neceſſitatibus ꝓbauerũt. Eodẽ tpe & auxilia cęſari quingentos electos ſui corporis cuſtodes deſtinauit: quos elegiſcus gallus ad mare rubrũ ꝓduxit. Poſt hæc ad meliora rebus ſibi ꝓuenientibus palacia in ſuperiore ciuitate cõſtruxit: magnas exigens domos & ornatu ꝑcioſiſſimas ut plures uiros ammiratione ſui capere potuiſſent: ſecundũ menſurã aũt & appellatões eis ipoſuit: nã una cęſaris: alia agrippæ uocabat̃. Deſiderio deide cõmotus: cũ nihil ꝑponeret ſuæ libidini filiã ſymonis ſibi cõiunxit: q hieroſolymita filius buti cuiuſdã alexandrini ſacerdos iter nobiliſſimos cũ filiã haberet optimã: & tũc in hieroſolyma noiata: huius pulchritudo aĩum Herodis inflammauit & ne ſuſpicaret̃ uiolẽtia uel tyrãnide: hoc agere melius arbitratus eſt nuptiis puellam ducere. Ideoq; ſymonẽ dignũ regia cognatione iudicãs: dũ ſuũ deſideriũ cõplere uellet per honores eucxit: ſtatimq; Iesum ſoabetis filiũ a pricipatu ſacerdotii depoſuit: & ſymonẽ ordinauit: atq; affinitati ſuę cõiunxit. Cũ uero nuptiæ ꝓfectæ fuiſſent: ædificauit caſtellum in loco quo prius iudeos cũ a principatu ꝑ antigonũ pene decidiſſet̃, euicerat: quod eſt ab hieroſolymis ſexaginta ſtadiis natura munitũ: ad ædificationẽ oportuniſſimũ: inſtar collis manu factum: ut eẽt in rotundo circuitio eius. Cõcludit̃ aũt ĩ circuitu turris: rectũ habens ſcenaſum ducentis gradibus ędificatũ: intus aũt domus regię ꝑcioſiſſimę & ad munimẽ & ad ornatum ſimul effectæ. Circa initiũ ergo collis habitacula conſtructiõis perſpicuę: & aquæductus fecit: nã nõ ille locus ꝓprias habuit aquas: ſed longe pplurimis ſumptibus deductas. Circa campũ uero ciuitas erat ędificata: quæ collẽ pro arce habebat. Cũq; oĩa ei ſecundum ſpem euenirent: ſeditiones cõtra regnum nequaq̃ ſperauit oboriri duobus modis ſubiectos regens: timore quidem: q; eſſet ad pœnam non meritis diligentia uero q; in neceſſitatibus magnanimus appareret. Circundedit autem tutelam extrinſecus tanq̃ murum ſubiectis parans: nã & ciuitates extraneas diuerſarũq; regionũ reges patriis muneribus ad amicitias ſuas flectebat. Vnde magnificentia ſua cęſarẽ: & romanoꝝ potẽtiſſimos placabat: tranſgrediẽdo leges: dum tẽpla erigeret rituí noſtro cõtraria. Nã nobis interdicta ſunt delubra uel figuras more paganoꝝ honorare: q̃ foras prouinciã iudæ ꝓ cæſaris fauore faciebat in ciuitatibus: pro quarum cõſtructiõe multas pecunias expẽdebat. Attendens uero prope mare locum oportunum ciuitati: q quondã ſtratonis turris dicebatur: non qualemcũq; urbem illic ſed lapide albo palatiiſq; præcioſiſſimis ciuitatẽ conſtruxit. Portum quoq; triquillum magnitudine ſimilẽ pireo totiũq; cõfugiũ nauibus ꝑ-

bentē cōſtituit. Quæ ciuitas iacet in fœnice ſecūdū pelagus ad ægyptū interioppen: & dora oppida maritima: q̄ ſtationē nauiū difficilimā habent ꝓpter africi procellas. Cui difficultati remediū p̄ſtans: decripſit in circuitu portū: q ſufficeret maximis claſſibus locū p̄bere refugii: lapides ingentes in altū ulnis uigintiquinq; deponēs: quorū lōgitudo xxy. pedū erat: altitudo aūt nō minus decē & octo: latiudo nouē: ſup quos turres diſpoſuit: quarū maxima druſus nominat a druſo cęſaris priuigno: oſtia uero portus cōtra aq̄lonē extabāt: in medio aūt turris erat ſup quā tēplum cæſaris poſitum nauigātibus appārebat: habēs ſtatuas: unā qdē romę: altera āt cęſaris. ciuitas uero cæſarea uocabatur: quę ſubtus cloacas nō miores ſuperioribus ędificiis habet: quarū alię quidē modicę ſpatio nō longo ad portū & ad mare fundunt: una uero media eſt: omniū receptaculū purgamentorū: q̄ hymbribus & mari influente diluuntur. Edificauit etiam theatrum ab auſtrali latere portus: amphiteatrū quoq; multa milia hominū capiens: in conſpectu pelagi cōſtruxit. Itaq; perfecta ciuitate: duodecio āno: cū nec ab re laſſaretur: neq; rex ſumptibus deficeret: deliberauit filios ſuos romæ tranſmittere ad cęſarē: alexādrū uel ariſtobolum. Qui cū aſcendiſſent: & in domo pollionis: uiri nimis ſtrēnui: & herodis amici cō uerſarentur, cæſar eos cum omni humanitate ſuſcepit: pollicitus licētiā herodi præſtare: quē uellet ſibi ſucceſſorem relinquere: inſup & prouinciā draconē & bataniam uel auranitē ei cōceſſit: hmōi occaſione. Zenodorus quidam cōductor domus liſaniæ fuit. cui dū reditus non ſufficerent: de latrociniis p traconē amplius acquirebat. Quæ loca habitāt latrones damaſcenorū prædā agentes. Hos zenodorus minime prohibebat propter cōmunionē lucri. Cum ergo mala paterentur finitimi: uarronē tūc præſidē interpellabāt: rogantes: ut cæſari patefaceret iniquitatē zenodori. Cęſar aūt delata ſuggeſtione reſcripſit latrocinia exterminari: prouinciam autem deputari herodi: tanq̄ illius diligētia indigentē: qa difficillima domicilia & aquarū receptacula: & depoſita frumenta habentes; poſſent diu ſuſtinere pericula: mūiti ſpeluncis. Cū hęc gratia cęſaris herodes accepiſſet: ad prouinciā traconē pgens: maliuolos latrones oppreſſit: & in circuitu deſideratā pacem oībus p̄buit. Zenodorus aūt contriſtatus: primū q̄ a magiſtratu depoſitus fuiſſet: magis aūt inuidia: q̄ præfectura herodi tradita eſſet: aſcēdit romę accuſaturus eū unde nihil agens reuerſus eſt. Interea agrippę ſucceſſori cęſaris trans ioniū miſſo: circa mitilenē locuturus herodes occurrit: priſtinaq; amicitia renouata rediit ad iudeā. Gadarenſiū āt quidā ad agrippā peruenerūt accuſantes herodē: quos ille nullo reſponſo dato: ligatos regi trāſmiſit. Arabes quoq; iā dudū infeſti principatui herodis: ſeditionē conabantur rebus eius inferre occaſione hmōi nata. Zenodorus enī cū iā de ſe diffideret: prefecturæ ſuę ptē aliquā auranitidis: qnquaginta talētis uendidit: quę cū i donatiōe cęſaris haberet: tanq̄ iniuſte ea ſublata contēdebant ſepius qdē incurſionibus uiolētiā iferre: necnō & iopes milites flectebāt expectātes rebellionē quā deſiderant: q ſtudent male uitę ſuæ cōſulere. Quæ cū cognouiſſet herodes de ꝓuincia ſua ſeditionū auferebat occaſiōes. Igit septimodecio anno regni herodis: cęſar ad ſyriā puenit: ubi gadarenſiū plurimi herodē: accuſabant: grauē eū ſibi: & tyrannū in p̄ceptiōibus intimantes. Hęc aūt dicere cōpellebat zenodorus: cū iuraſſet: nullatēus eos reliquere: uſq; quo ab herodis iperio eos auferret. Quibus cōmoti gadarēſes: & cōfitētes q̄ nihil paſſi fuiſſent ab herode: cui eos agrippa tradidiſſet: q crudelis qdē i ꝓprios: humāus aūt erat i alios; peccatis: accuſabāt rapinas & cōtumelias: ꝓbātes & euerſiōes tēplorū. Et herodes qdē idignatus: paratus erat ſatiſfacere: cæſar āt āplectebat eū: nihil de fauore ſuo dicēs p ſeditionē multitudinis cōmutādū. Et i prio qdē dic de his ſermōes ꝓlati ſūt: iposterū uero nulla ꝓceſſit cognitio. Siqdē gadarenſes uidētes cæſaris & cōcilii itentionē: timore territi: ne regi traditi affice

rẽtur:qdã ſeſe noctu gladio pcuſſerũt: alii p̃cipites ſeſe dederũt:qdã i fluuio ſponte ſub-merſi defecerunt:q̃ uidebãtur temeritatis:non peccati fuiſſe ſupplicia. Quapropter ne-quaq̃ cæſar remroatus:herodẽ a reatu ſoluit necnõ occurrit ẽt nõ mediocris ei fœlicitas Nã zenodorus p̃cordiis ruptis malo ſanguine ꝓfluẽte:in antiochia ſyrię uitam finiuit. Cęſar aũt & huius poſſeſſionis partẽ nõ paruã herodi cõceſſit: quę inter draconẽ & ga-lileã erat:ulatha:uel paniada: & in circuitu terrã. Dimiſit aũt eũ:& curatoribus ſyrię p̃-cepit:ut ſecũdũ illius ſniam omnia tractarẽtur:& in tantũ fœlicitatis proceſſit: ut cum duo iſti romanorũ iperiũ regerent: cęſar uel agrippa:tertiũ ſibi amicũ cõiunxerũt hero-dem. Qui cũ in tanta fiducia conſiſteret:fratri ſuæ ferorę petiuit tetrarchiã a cęſare:cẽtũ talentorũ fideiuſſor exiſtens:ita ut ſi quid ille patereť filii eius immunes euaderent. Sed cũ cæſarẽ comitatus eſſet uſq; ad mare:rediẽs in terra zenodori pulcherrimũ ei tẽplum cõſtruxit iuxta paniada ubi ſpelũca pulchra in monte conſiſtit:ſub qua terrę altitudo inacceſſibilis eſt aquis imobilibus plena:indeq; fontes iordanis fluuii naſcunť. Quem locũ tẽplo conſtructo:cæſari deuouit. Tunc ẽt tertiam partẽ tributorum conceſſit ſubie-ctis ſuis occaſione ſterilitatis:plus autẽ reconcilians eos: ne aduerſarenť ulterius. Nam in talibus operibus pietate ſoluta moleſte de p̃uaricatis legibus referebãt adinuicẽ. Qui dũ his incitarenť:diligentiam habuit hæc ſedare:auferẽs quidẽ otiũ:& præcipiens ſem-per in laboribus eos occupari. Nã neq; cõmunis deambulatio fiebat:neq; cõuentus i ci-uitate:ſed omnia cuſtodiebanť:& ſeuiſſima torméta captis inferebanť:cũ multi palam uel furtim in carcerẽ Hyrcani tracti illic extingerentť:& intus i ciuitate piter & in uiis. nã erãt q cõuenientes i unũ ſpeculabanť eos. Dicũt ẽt:nec ipſum hoc neglexiſſe:ſed ſe-pius priuatũ accipiẽs habitũ:nocte cũ populis cõuerſabatur:experimentũ faciẽs quid de principatu ſuo ſentirent: & ſi quos omnino atroces:nec approbantes ſua opera inue-niſſet:oĩbus modis perſequebatť:& reliquã multitudinẽ ſacramentis impellebat ſibi fi-delẽ exiſtere:& cogebat fauorẽ cũ iureiurãdo ſibi:uel principatui cuſtodire. Quoꝝ mul-ti placãtes eũ:uel timentes:ueniebant ad quod poſtulaſſet:alios uero ſeruantes ſuã opi-nionẽ:& grauiter ferẽtes q; cogerẽtur, modis oĩbus occidebat. Flectebat aũt & pollio-nẽ grauiter phariſeũ:& ſameã:ſocioſq; illorũ ſibi iurare. Qui licet non obtemperaſſent: tamẽ nõ ſunt torti, dum ueneratiões eius per pollionẽ impetraſſent. Liberati ſunt ẽt de hac neceſſitate hii quí dicũtur apud nos eſſeni. Genus aũt hoc eſt:quod cõuerſatiõe uti-tur:quã apud græcos pytagoras tradidit. De his itaq; i aliis certius explanabo. Eſſenos aũt ex hac cã ſic honorabat:quia maius quiddam de his ſentiebat: q̃ de mortali natura dicere puto. Nã non inhoneſtus ſermo uidebitur: i hiſtoriarũ genere de his talibus inti-mare. Quidã eſſenoꝝ noſe manaemus fuit:p oẽm uitã benigna uolũtate ꝓbatus p̃ſcien-tiã a deo futurorũ habẽs. Is dum adhuc herodẽ puerũ ad doctorẽ euntẽ uidiſſet:ut regẽ iudeorũ ſalutauit. Qui illuſum ſe reputans cõmonebat eũ ſermonẽ adhuc priuatus. Ma-naemus hic ridẽs:& feriens manu poſteriora eius:regnabis inqt fœliciter:nã iam a deo dignus iudicatus es:recole manaemi plagas:ut hoc tibi ſit ſignũ de peccatis i regno cõ-mittẽdis. Iã optima eſt ratio:ſi iuſtitiã & dei pietatẽ dilexeris:& modeſtiã circa ciues ha-bueris:ſed non talẽ & futurũ intelligo dum oĩa cognoſcã. Fœlicitate nãq; oẽs p̃cellis:& habebis gloriã eternã:obliuionẽ uero pietatis uel equitatis poſſidebis. Hęc nõ latebunt deũ in ultimo uitæ ꝓ tuo facinore. Quibus nullatenus aĩum intẽdit:dũ ſpes herodi de-eſſet: paulatim uero:cũ elcuatus uſq; ad regnũ fuiſſet:& fœliciter principatum ægiſſet: accerſiit manaemũ:& de tpe quantũ regnaret cõſuluit eũ. Manaemus aũt cũ oĩno nihil dixiſſet:ſed tacuiſſet: interrogauit ſi decẽ tantum anni regni ſui eſſent: reſpondit:& .xx. & .xxx. ſed ſinẽ nõ addidit. Herodes aũt iſtis cõtentus:manaemũ cũ honore dimiſit: &

ões essenos ꝓpter illũ honorabat. Hæc sibi licet mirãda legẽtibus demonstrare festina uimus: & ostendere: multos apud nos talẽ diuinatiõis habuisse noticiã. Cap. XI.

Interea decimo & octauo anno regni herodes post p̃dicta ędificia: opus nõ mini mũ inchoauit. Siqdẽ dei tẽplũ maximũ cõstruere: & murũ altũ & decorũ erige re iudicauit: dũ putaret id nobilius oĩbus suis factis perficere: & ad eternã memo riã peruenire. Sed dũ nõ facile populo persuaderi cognosceret: ꝓpter operis magnitudi nẽ: conuocans eos hac oratiõe mulcebat. Alia q̃ a mei regno sunt facta o uiri eõtribuli ut de his laudẽ proferã: credo superfluũ tanq̃ mihi qdẽ minorẽ: licet uobis utilitatẽ ma iorem ferre uideant. In difficultatibus enim nec neglexi quæ ad uestra cõmoda pertine rent: neq; in extructionibus mihi magis: quã uobis oĩbus festinaui tutelã impendere: & puto q; dei cõsilio ad hanc fœlicitatẽ euectus sum: ad quãtã non prius gens iudeorũ ali quãdo peruenit. Constructæ nãq; sunt per prouinciã ciuitates: quas habitatoribus ple nas: munitiõibus ornãtes genus nostrum exaltauimus: quas operosum uidet mihi sciẽ tibus enumerare. Quod aũt nitor efficere oĩ pietate p̃cellentius: explanabo. Bene enim nostis: q; istud maximo deo tẽplum nostri patres ædificauerunt: cũ a babylonia remeas sent: & quia desunt ei ad magnitudinẽ in altum cubiti. lx. secũdũ instar illius: quod salo mon cõstruxerat. Nemo negligentiã pietatis parentum nostro; accuset: nõ culpa illo; factum est breuius tẽplum: sed cyrus & Darius idaspe filius huiusmodi mensurã ędifica tionis fieri p̃ceperunt. Quibus illi seruiẽtes: uel successoribus eorũ: & post illos macedo nibus: non habuerunt aptum tps quod ad eiusdẽ antiqui formã istius mensurã perduce rent. Nunc autẽ qñ nutu dei principatui meo pax larga concessa est: & diuitiarũ possessio: & multitudo reddituũ: & quod maximum est: amicitia fauorq; romanorũ: qui oĩum rerum domini existũt: cur nõ studemus relictũ necessitate seruitutis tpe opus corrigere: & integrũ deo p̃bere pro beneficiis eius in meo regno collatis. Talia cõcionãte herode: multis ammiratione sermo pronũciatus p̃ter opinionẽ imposuit: nec aliqua desperatiõe cõmoti sunt nisi q; anxiabãt: ne eo soluto aliquid emergeret: & opus moraretur ad finẽ usq; pduci. iccirco maior illis & difficilis putabat magnitudo conaminis. Quos cũ he rodes cerneret dubitãtes: adhortabatur eos dicens: se non prius deponere tẽplum: nisi oĩa prępararent: quæ ad perfectionẽ eius pertinerẽt. Nã neq; mentitus est: ex hoc quod promiserat. Ille enim plaustra parauit: quæ lapides ueherẽt: decẽ milia elegit peritos ar tifices & mille numero sacerdotes: qui & stolas secundũ eorũ honorẽ habitũq; parauit: sed & quosdam cementarios: alios aũt fabros: alios lignarios eruditos ad tẽpli fabricam hortabatur. Cũq; oẽm apparatũ alacriter aggregasset: antiquis fundamẽtis solutis no ua imposuit: super q̃ templũ erexit: longitudine centũ cubitorũ: latitudine centum cubi torũ: altitudine centũ uiginti. Qui uiginti cubiti: per tps fundamentis deiectis resede rũt: quod post hæc tpibus Neronis renouare deliberauimus: Edificatũ est uero tẽplum ex lapidibus albis & tenacissimis: quo; magnitudo i longitudine uigintiqnq; cubito; altitudine octo: latitudine duodeci erat. Totius Nãq; tẽpli circuitus & porticus undiq; humillima: altissimũ uero mediũ fuit: ut a multis stadiis cõspiceretur & i ꝓuincia cõsti tutis: & cõtra habitãtibus aut accedẽtibus cerneretur: ianuas aũt itroitus & suplimina ria: necnõ & uela: iuxta tẽpli magnitudinẽ uario ornatu decorauit. Aureos flores ãbiẽ tes colũnas fecit: sup quas capita uitis tẽdebat: botros aureos habẽs pẽdẽtes: q mirã dã magnitudinẽ & artificii claritatẽ uidẽtibus exhibebãt propter materiei pulchritudi nẽ. Circundedit ẽt & porticibus maximis oẽ tẽplum: & secundũ quãtitatẽ uniuscuiusq; rei sumptibus oĩa priora superauit. Porticus uero duę maximis parietibus fulciebantur: ipsi autem parietes opere inaudito cõstructi erant. Nã collis erat saxosus: paululum ere-

ctus a parte orientali ciuitatis pronus ſuper arcem: quē dudū rex ſalomon p dei puiden
tiā magnis opibus muro circūdederat: ab inferioribus partibus incipiens: quē uallis al-
tiſſima circūdabat. Saxa uero ab affrico expoſita plumbo ligauit: ut iteriora loca cōple
cterentur multū ſpaciū ſtructura cōprehendēte: & in alto quadrangulo facto: ut uaſti-
tas lapidū a fronte uidereē: ab iteriore uero parte ferro ligati: cōpagmē munirēt īmobi-
lē per oīa tēpora. Cunq; ita factū opus cōtinuaret uſq; ad ſummitatē collis perduxit: &
foſſas circa murū poſitas cōplens: planū ſuper equalēq; confecit: quadriporticus i circui
tu: unaquæq; porticu longitudinē ſtadii concludēte: & itra hanc porticum: circa ipſam
ſummitatē alius murus ſuperius ſaxoſus ambiebat oīa. Ad oriētali uero parte pari lon-
gitudine porticū duplicē habebat cōtra tēpli ianuas cōſtitutā: quā multi reges priores
conſtruxerant circa oēm uero ſacrarii orbē ſpolia barbarorū fixa: q̄ rex herodes deuouit
addens ēt quę & ipſe a barbaris cœperat. Per latus aūt aquilonis turris alta: anguloſa:
munita ualde fuerat quā ante Herodē reges & ſacerdotes generis Aſamoneorū cōſtru-
xerunt: & Barin denominauerant: ut illic ſacerdotalem ſtolā deponerēt: qua cum opus
habuiſſet ut īmolaret princeps ſacerdotū īducebatur. Hāc rex herodes ſuo loco reſerua
uit: poſt cuius obitū: ſub romanis fuit uſq; ad tēpora tyberii cęſaris: ſub quo uitellius ſy-
rię ꝓcurator cum profectus hieroſolymis: & ſuſceptus a populo clariſſime fuiſſet: uolēs
eis uices retribuere: ut ſacerdotalē ſtolā ſub ſua poteſtate haberent: ſcripſit Tyberio cęſa
ri: & ille cōceſſit. Et ꝑmanſit ſtola ſub poteſtate iudeorum: uſq; quo obiſſet rex agrippa.
Poſt quē caſſius longinus cui tūc ſyria parebat: cū cuſpio fado iudeæ ꝓcuratore īpera-
uerunt iudeis ī antoniānā turrim eam deponere: dicētes: romanis oportere dominos eē:
ſicut & prius. Deſtinauit igiē legatos ad cladium cęſatē: ut de his peterent. Qui cū pue
niſſent: iuuenis agrippa romę rex conſtitutus: petens ab īperatore poteſtatem eius acce
pit: ſcribēte uitellio ſyriæ procuratore. Prius aūt ſub ſygillo principis ſacerdotū: & cuſto
dū pecuniarum fuerat: qui ante unū diem celebratiōis ad principē cuſtodiæ romanorū
aſcēdentes: & regrentes ſuum ſygillum ſtolā tollebāt: tranſeuntc uero feſtiuitate in eo-
dē loco deportantes: & principi cuſtodiæ oſtendētes: ſimiliter cum ſygillis deponebat.
Hanc aūt barin: ideſt turrē: iudeoꝝ rex Herodes munitiorē conſtruens pro tēpli cuſto
dia ad gratiā Antonii amici qdem fui: principis uero romanoꝝ: antoniam nominauit. A
parte aūt occidētalis muri quatuor porte ſtabant: quarū una ad aulā tendebat interpoſi
ta ualle quę erat ī medio eius uię: die aūt ad ſuburbana: quarta uero ad ciuitatē: multis
gradibus ad inferiorē uallē tendentibus: & exinde rurſus ad ſuperiora aſcēdētibus. Nā
ex aduerſo tēpli ciuitatis in modū theatri iacebat: circundata ualle altiſſima: p oēm au-
ſtralē tractum. Quarta āt frons q̄ ad meridianū ſola poſita erat: habuit & ipſam qdem
in medio portas ſup quas regia porticus triplici longitudine terminata: ab oriente ualle
incipiēs: ad occidentalē finita amplius tendi non potuit. Opus autē fuerat dignū narra
ri omnibus q ſub ſole ſunt. Siqdē altiſſima uallis ſic erat: ut nullatenus uideri potuiſſet:
ſiquis eius altitudinē attendiſſet: ſup quā porticus ille ſteterat. Ex qua ſiquis a ſummo:
ideſt a tertio tecto notaſſet: & profunditatem edificioꝝ uidere uellet: tenebris profunde
batur: ita ut non poſſet uiſus ad immenſam altitudinem peruenire. Columniarum autē
ordines conſiſtebant in quadra longitudine nā quartus paries colligebatur pariete lapi
deo: groſſitudo uero uniuſcuiuſq; columnæ tres cōiunctas ulnas habebat: lōgitudo au
tem pedes uigintiſeptē: duplici ſpina ſuppoſita: multitudo autem omnium centū ſexa-
ginta duæ fuerunt. Capita uero columniarum ſecundum modū corinthium ſculpta am
miranda propter magnitudinem operis. Cūq; qnatuor ordines fuiſſent: tres qdē media
loca tenebāt: quoꝝ duo eodē mō facti: latitudinē habebant pediū triginta: longitudine

ſtadia tres altitudine qnquaginta pedibus tẽdebãt: medius uero ordo latitudinẽ uigin ti pedũ habebat:altitudinẽ centũ:nã dupla ſup utrũq; fuerat. Tecta uero lignis ſculptis ĩ figuras diuerſas apparebãt:mediq; uero porticus altitudo in imenſum tendebat:habẽs colũnas cõpoſitas politas undiq; quarũ cõpago incõpręhenſibilis oĩbus uidebat. Talis q̃dẽ primus murus fuerat:a medio uero nõ multũ ſecũdus diſtabat:gradibus paucis aſcẽdẽdus:quẽ paries circuibat lapideus:titulũ habẽs: q̃ phibebat alienigenas ingredi morte interminata. Interior aũt murus p auſtralẽ partẽ & aq̃lonis tractũ:tres in pariete ianuas habebat a ſeſe diſtantes:per orientalẽ uero unã maximã per quã tranſiebamus: purificati cũ mulieribus. Inacceſſibile aũt ſacrariũ fuit:intra quod tertiũ erat:ubi ſacerdotibus ſolis ingredi licebat. Ante quod ſacrariũ ara erat:ſup quã ĩmolationes & holocauſta deo ĩponebant. Horũ atriũ nullomõ rex herodes intrauit, cũ utiq; prohiberetur q̃ ſacerdos non exiſteret:ſed operibus muros & porticus exteriores curabat. Quę cum octo ãnis edificaſſet:tẽplo p ſacerdotes ĩ uno ãno:& q̃nq; menſibus peracto:oĩs populus letitia cõpletus eſt:& primũ q̃dẽ pro celeritate gratias deo agebant:deide de alacritate regis quã ĩ dedicatiõe habuit laudibus eũ extollebãt. Rex aũt trecẽtos boues optulit deo:& alii ſecũdũ uires ſuas:quorũ numerus nullatenus ęſtimabat. Nã cũ occurriſſet tẽpli dedicatio:regiſq; natalitius dies quo principatũ aſſumpſerat: inſignis eſt celebrata feſtiuitas. Cõſtruxerat & effoſſam uiã ad aulã ab Antonia intra tẽplũ ducentẽ p ianuã orientalẽ:ſuper quã & turrẽ ędificauit:quatenus & ſubterraneũ haberet aſcenſum: ꝓpter populi ſeditiones. Dicitur aũt p illud tp̃s dum templum cõſtrueretur:quia in die quidẽ non pluerct: nocte uero hymbres deſcẽderent quatenus tẽpli cõſtructio nõ phiberetur. Quod uerbũ noſtri patres tradiderunt:nec eſt incredibile:ſi & aliã dei ꝓuidentiam aliquis conſideret. Tẽplum quidem hmõi conſtructione finitũ eſt.

INCIPIT LIBER.XVI.ANTIQVITATIS IVDAICAE. CAP.I.

IN amminiſtratione rerũ ſtudium Herodes habens rex oẽs iniquitates ꝓhibere quæ per ciuitates & ꝓuincias fiebant: legem ſtatuit nullatenus priori ſimilem in qua ipſe firmauit fures uẽdi. Quæ res non pœna tãtum grauis: ſed ad cõfuſionẽ patriæ: ſolutionẽq; conſuetudinis exiſtebat. Nam alienigenis & non eundem uitæ modũ habentibus ſeruire in his quæ imperaſſet:peccatum in religionem non pœna excedentium erat:dum ĩ prioribus cautum fuiſſet de hac pœna. Nam iubebant leges quadruplum fures reddere:non habentẽ uero tantum uenundari non tamẽ alienigenis:neq; imperpetuũ ſeruire iudeum:ſed ſexto anno abſolui. Ergo preter conſtitutionem & preter legem reddi hanc pœnam ſuperbum uidebatur:nec regis ſed tyrãni in uniuerſos ſubiectos tormẽtum atrociſſimum excogitatum:quod populi parabat diſcordiam. Eodẽ tempore herodes ad Italiã nauigauit Cæſarẽ deſiderans ſalutare: & uidere filios ſuos romæ degẽtes. Cæſar quidẽ amicabiliter eum ſuſcipiens:pfectos ei doctrina filios reddidit:quos & ad propriam domum reduxit. Cum uero ab Italia rediſſẽt ſtudium populi circa iuuenes erat:& pſpicuos eos omnibus fecit magnitudo corporis: & regius ornatus forma nõ deficiente. Et inuidioſi ſtatim uiſi ſunt Salomæ ſorori regis: & illis qui accuſationibus matrãnem damnauerant:dum putarent:ſi pręualerent ultionem exigerent de his quæ ĩ matrem ſuam cõmiſſa uidebantur. Cauſam uero timoris ad illorum criminationẽ tranſferebant: dum dicerent:non libenter cũ patre eos commorari propter matris interitum:& quia iniuſtum eis uideretur ſimul cum interfectore ge-

nitricis mãere:& ex ueritate ſumẽtes initiũ ad ueriſimilitudinẽ deſcẽdẽtes affligere eos tentabãt:& fauorẽ patris quẽ erga filios habebat auellere. Quod non manifeſte ei dicebant:ſed in multitudinẽ rumorẽ ſpargẽtes:Herodi nũciari credebant:unde odiũ in eos patris exarſit. Interea omni ſuſpitione uel accuſatiõe prætermiſſa:rex amore filiorũ honores largitus eſt & uxores eis nobiliſſimas iunxit. Ariſtobolo qdẽ filiã Salomę beroni cẽ; Alexãdro uero Archelai regis capadocũ filiã Glafiram. Cap.II.

Vm hæc diſpoſuiſſet:& audiſſet Marcum agrippã nauigaſſe rurſus ab Italia ad aſyã:feſtinauit ad eũ:a quo petiit: ut ad regnũ eius accederet:ut obtineret q̃ oportebat ab hoſpite uel amico. Qui cũ flexus eẽt:lætus ad iudeã pueuit. Herodes autẽ nihil quod ei placuerit reliqt: in nouis ciuitatibus eũ ſuſcipiẽdo: ędificia demonſtrando ampliſſima:& omni deliciarũ apparatu reficiẽdo eum cũ amicis in ſebaſtia:uel cęſarea portu a ſe conſtructo:& in oppidis Alexandrio: & Herodio uel Hyrcanio. Ducebat etiã ad eũ ad ciuitatẽ hieroſolymorũ:occurrẽte cũcto populo cũ laudibus. Agrippa aũt deo qdẽ cẽtũ boues imolauit: pauit ẽt magnifice populũ. Qui licet multos dies illic uellet remorari:tñ ꝓpter tẽpus nauigationis feſtinauit rurſus ad Oniã: muneribus ab Herode multis donatus:una cũ ſuis amicis nobilibus perueuit. Cap.III.

Ex aũt poſt hyemẽ ueris tpe ꝓperauit rurſus ad eũ:ſciens exercitũ ad boſphorũ ꝓducturum. Cunq; per rhodum & choo nauigaſſet: putauit eum in leſbo iuenire. Flatu uero aquilonis in chio remoratus eſt:ubi multos ſibi occurrẽtes donis regalibus honorabat. Cunq; ciuitatis porticum uidiſſet dirutam: quã i bello mitridatico depoſitam:non facile ꝓpter magnitudinẽ & pulchritudinẽ reſtaurari contigerat:pecunias prebens quãte ſuperabũdare potuiſſent ad operis perfectionẽ:præcepit ciuibus:ut non negligerent: ſed citius ornatũ ſuæ ciuitatis erigerent. ipſe uero ceſſante procella:ad mitilenã acceſſit:& exide ad bizantiũ profectus: cum audiſſet ultra cerulas cautes iam agrippã nauigaſſe: feſtinauit & ad ſinopẽ ponticam deſcẽdẽs:ſubito illi inſperatus apparuit:a quo libẽter exceptus:honoribus fruebatur. Cũ quo & totius expeditiõis tẽpore labores partitus eſt. Cunq; prouincias ponticas ordinaſſent:per paflagoniã & capadociã:& exinde per maximã phrygiã profecti:epheſi peruenerunt:unde ad ſamũ nauigauerunt. Multa uero per ciuitates ſingulas beneficia regis ſecundum petitiones iterpellantium fiebant:dum largitionibus minime parcerent: ſed & ſi qui aliquid ab agrippa petiſſent: arbitrio ſuo poſtulata cõplebat. Cũq; bonus & largus præſtando petentibus eſſet:nullũq; cõtriſtaret:agrippã ſimiliter ad bñficia ꝓuocabat. Nã ilienſibus & militenſibus eũ reconciliauit iratum:perſoluit & pecunias quas ꝓcuratoribus cæſaris chii debebant:aliorum quoq; petitiones munificẽter complebat. Cap.IIII.

Vmq; ad oniam pueniſſent:iudeorũ populi p ciuitates habitantes:tẽpus & fiduciã nacti uiolentias referebãt quas paticbãtur dũ & legibus ꝓpriis uti nõ ſinerentur:damnata etiam calũnia exactorũ in feſtis diebus darent & pecũias quas ad hieroſolymam trãſmittebant:& multis calamitatibus opprimerentur:romanis ſemper pręcipientibus eis ſecundũ ꝓprias leges uiuere. Quæ cum ſuggeſſiſſent herodi:pręſentauit eos ut audiret agrippa eorum allegationes:Nicolaum autẽ quendã ex ſuis amicis dedit: q pro eis peroraret. Agrippa uero romanos nobiliſſimos:& reges & potentes q tunc præſto erãt cum ad conciliũ ſecum ꝓduxiſſet:Nicolaus ita pro iudeis locutus eſt. Omnes quidẽ o maxime agrippa indigentes oportet pro neceſſitate confugere ad eos: q uiolentiã poſſint auferre. Hi uero qui nunc interpellant:fiduciã prius a uobis datam quã ſepius optauerunt:nullatenus ſe ꝓdere p uos poſtulant qui dediſtis. Petũt enim ut hęc quę acceperũt a uobis qui ſoli poteſtis pręſtare, ſeruent. Nã damnis afficiuntur:nõ

ab aliquo meliore:ſed ab his quos pariter ſecum ſubiectos uobis eſſe cognoſcunt.Et ſiquidē maxima ſunt quæ a uobis meruerūt laudabiles uidenť:q; ita ſe probauerunt bñſi ciis dignos:ſi uero minora ſunt:inhoneſtū eſt: ſi nec hæc firmauerunt q̄ p̄ſtiterūt. Hiq uiolentiā iudeis ingerunt niſi putarent bonos eos eſſe:q; a uobis talia meruiſſent:nō eis inuideret:& ueſtra beneficia ceſſare niterentur.Quod ſiquis interroget:utrū uelint patriis legibus ipſi priuari.i.īmolatiōibus & p̄pis quia factis diis offerūt:ſcio libēter eos omnia pati:quam patrias leges amittere.Nā & bella propter hoc multi amplectuntur uerētes:ne tranſgrediātur patrias leges:& libertatē qbus nūc uniuerſum hoium genus per uos potitur: quod nos ēt petimus ut liceat nobis per ꝓuinciam ſeruare ſolēnia.Cur ergo hi quæ pati uolunt:in alios cōmittunt.Illud uero conſideremus, Nūquid eſt populus:aut ciuitas:aut gens aliqua hominū: quibus maximū bonū apparuit cōtinentia ueſtri imperii:uel potētia romanorum: uel audet aliquis eorū beneficia infirmare: licet ſit amens.Nā nemo eſt:qui nō horum particeps:uel publice uel priuatim exiſtat.Quod & ſiqs auferat quæ uos donaſtis:nihil firmū:neq; ſibi quod per uos habuerit obtinebit.Veſtra enim beneficia qs enumerare prævaleat.Si recordatus fuerit regnū antiquū & modernum imperiū:multa exiſtunt:quę a felicitate ueſtra conceſſa ſunt.Noſtra uero licet clara ſunt:nō tamen inuidioſa: ꝓpter uos qui donaſtis.Hoc tantū perfrui poſtulamus: ut ſine impedimēto patriam religionē ſeruemus.Quod & per ſe inuidioſum eſſe nō debet:ſiquidem deus letatur honoratus.Ex noſtris uero ſolēniis nihil ihumanū eſt:omnia enim religioſa & iuſtitia ſalutari deuota.Neq; celamus mandata:quibus utimur monimentis pietatis & humanarū ꝓfeſſionum.Septimū uero remittimus doctrina noſtrorū ſoléniū ibuti.Quapropter nullatenus peccamus:bonę nāq; probanť leges quas colimus ſiquis per ſe eas reqrat:& antiquæ exiſtētes:licet & aliquibus non ſic eſſe uideanť: ut earum honor p longitudinē tēporis non facile repellať ab his qui & eas caſte cuſtodiunt:quibus nos priuant uiolentiā.Pecunias nāq; quas deo cōferimus: rapiētes manifeſtum ſacrilegium cōmittunt.Vectigalibus uero grauantes nos i feſtis diebus:ad iudicia & ad mercemonia nō neceſſaria nos pertrahunt:pro contumelia religiōis quā nos colere cognoſcūt: de qua non iuſtum odiū habēt.Siquidē ueſtrum imperiū q; omnibus dominatur probitatē quidē laudat:cōtumelias autē fortiter abhorret. Poſtulamus igitť maxime agrippa uiolētias auferri:ut non prohibeamur legyptimis noſtris in ſolēnitatibus perfrui:& ne ſubſtantiæ noſtræ rapiant ab his quibus nullam uiolentiā inferimus. Nā petimus non tantū iuſta:ſed ēt a uobis primo donata:poſſumuſq; pro his ſenatuſconſulta:& tabulas in capitolio poſitas legere quas certum eſt experimento noſtræ circa uos fidei datas.Et ſi nullatenus fideles uobis apparuiſſemus:deberent tamen firma eſſe quę donaſtis:& nō tantū nobis:ſed etiā oibus hoibus p̄ſtatis: eos beneficiorū largitionibus ampliantes:quos; ſingula ſiquis enumerat poſt immenſam orationem longo ſermone cōficere.Nos uero hæc iuſte impetraſſe ſi uelimus oſtendere:ſufficiat nobis ut priora taceamus hic noſter rex:q uobiſcū p̄ſens reſidet. Qualiter eius fides erga ueſtrā familiā claruit.Quis enī fauor eius:aut quis i uos nō cogitatus eſt honor:aut cauſa qua defuit.Quis cohibet ueſtra circa nos numeranda beneficia explanare. Sed bonū puto: prius patris eius antipatri res geſtas explicare.Qui cū ęgyptum cęſar intraſſet: cū duobus milibus armatis ei auxiliaturus occurrit:nec in terreſtribus certaminibus:neq; naualibus minor apparēs.Et qd oportet dicere:quantū profecit illo tpe:tot donationibus cęſaris accumulatus.Singulas uero mēorare cęſaris epiſtolas qs tūc ſenatui ꝓ ipſo deſtinauit: publicos ēt honores:q; ciuē romanum ordinaſſet:ſupfluum puto referre. Sufficit enim me demonſtrare:iuſte nos beneficia ueſtra poſſediſſe:quę per uos poſtulamus

confirmari: quę et ſi prius nō extitiſſent ſperabamus affectū circa uos noſtri generis: & ueſtri erga nos acqrere. Nunciat̃ .n. nobis ab hieroſolymorū iudeis: qualiter ꝓuinciam ingreſſus eſſes: & deo pfectas imolationes: honorādo eū integris ſupplicationibus pſoluiſſes: & qūo populū pauiſſes & ab illo munera ſuſcepiſſes: quæ ꝑ gētes & ciuitates ſigna uel iudicia hoſpitalitatis & amicitię ueſtræ putantur: quę meruit iudeorū gens per herodis prouidētiam. Hæc admonētes una cū iſto tibi confidēte rege: petimus te nihil ſupfluum: ſed ut quæ uos dediſtis ne concedatis ab aliis auferri. Cum hæc Nicolaus diſſeruiſſet: nulla eſt facta a gręcis controuerſia. Non enim in iudicio hęc: ſed in conuentu uentilabantur: hac tamen occaſione proſatiſfactione uſi ſunt dicentes: q̃ inquilini ꝑ ꝓuinciam iudei uiolentiam habitatoribus eius ingererent: dū illi indigenas ſe demonſtrabant: & licet ſuis ſolēniis uſi: tamen nihil lederent eos. Cap. V.

Rgo intelligēs agrippa uiolentiā eos pati: hæc reſpondit: propter herodis amici
e ciam uel fauorē: paratum ſe eſſe cuncta iudeis concedere. Tamen iquit quę poſtu
lant ꝑ ſe iuſta pſpiciuntur: & ſi amplius petiſſent: non me piguiſſet: quę nō lede
rent romanū imperium eis concedere. Sed qūo hęc & prius acceperunt: infirmari nulla
tenus concedo: quos uolo ſine moleſtia propriis ſolēniis potiri. Cū hæc iterlocutus fuiſ
ſet: concilium dimiſit. Herodes autem affectui eius gratias exoluebat. Ille pariter eum
amplectabatur: & ita tunc diſceſſerunt. Cap. VI.

Ex aūt domi reuerti uolens: nauigauit: & ad cęſarem ductus: non multis diebus
r ꝓſpero flatu uētorū ad hieroſolymam ꝓuenit. Vbi cōciliū totius populi congre
gans: cū multi ex ꝓuincia cōueniſſent: cōtiōe habita: oratiōnē totius ſuę pfectio
nis explanauit: & q̃ iudeis in aſya per eū ꝓueniſſent: ut ſine uiolētia iposterum poſſent
degere. Narrauit ēt quæ fœlicitas uel gubernatio ſui principatus eis profuiſſet: necnon
& quartam partē fiſcalium pręteriti anni conceſſit. Qua illi oratiōe uel gratia lætati: cū
ſumma exultatione: bona orantes regi receſſerunt. Cap. VII.

Rocedebat aūt ſeditio domeſtica: & acerbiorē accipiebat prouectum: cum tanq̃
p hereditarium odium ſuſcepiſſet circa adoleſcētes ſalome: & ſumpſiſſet de matris
eorum morte audaciam: dumq; uellet neminē illis relinquere: qui poſſet mortē
eorū uindicare. Cūq; adoleſcētes a genitore diſcordarent: memoria matris quę falſis ac
cuſationibus fuerat interempta: & imperii cupiditate: rurſus ſimile malum priori ortum
eſt: dū derogationes ab illis circa Salome & ferora fierent: inſidiæ uero ab his circa ado
leſcentes. Nam odium par pro alterutris fuerat: modus autem odii non ſimilis dum illi
qdē manifeſte detraherēt: inhōeſtū putantes ita celare: illi uero nō tali mō: ſed callide &
maliuolis accuſatōibus uterētur: ſeducētes: ſemp adoleſcētes quorū audaciam putabāt
ad necem poſſe fieri genitoris. Qui nullatenus pro matris flagitio confundebantur: nec
eam credebant iuſte periſſe: immo magis feſtinabant in auctorem homicidii uindicare.
Deinde cuncta ciuitas iſtis ſermonibus completa miſerabatur innocentiam adoleſcen
tium: diligentia uero Salome creſcebat: & ab illis occaſiones accipiebat: dum ſic cōtri
ſtarentur propter indignum matris interitum. Dicebant enim: miſere quidem cōtigiſſe
matris obitum: ſe uero miſeriores: qui compellerentur cū interfectoribus matris cohabi
tare. Hæc autem ad peiora abſentia regis procedebant. Cap. VIII.

Vm ergo herodes rediſſet: & populo iterlocutus eſſet ſicut p̃diximus: ſtati ſermo
c nes ad eū ꝑ ferorā & ſalomen ꝓferebant̃: magnū ei ab adoleſcētibus periculum
iminere: q; minime ſuſtinerent inultū matris interitum. Addebant ēt: q; archelai
capadocis ſpe niterentur: tanq̃ per illum ad cęſarem profecturi: & patrem herodem ac
cuſaturi. Per quæ confeſtim conterritus herodes obſtupuit: quod & alii eadem nuncia-

ſet. Recordabatur aũt priſcas calamitates: q; nec uxore priuatus: ſeditionibus liberata domus eius fuiſſet: quę priorũ grauiora & peiora pateretur. Quapropter contriſtabat: q; oĩa præter ſpem fœliciter ei forinſecus deus pręſtitiſſet: & domeſticis calamitatibus mínceret. Turbatus ergo & hmõi calamitatibus afflictus: in deiectione adoleſcentium antipatrũ filiũ ſuum ante principatũ ſibi genitũ de priuata uxore illis prępones: oĩa in eũ tranſtulit: dũ putauit ſic conterere filiorũ fiduciã mariamne: & temeritatẽ eorũ dam nare: dũ illi crederent aliũ præter ſe patri ſuccedere: depoſitoq; de antipatris ꝓuectione ſupcilio poſſet eos ad meliora cõuertere. Quod non ſicut putauit euenit: nã pueris oĩno ſua deiectio grauis apparuit. Qua antipater fiducia potius quã prius non habuit feſtinauit fratres affligere: eorũq; accuſatoribus cõſentire: q; bus pater facile credebat: alienatus a filiorũ amore. Sodalibus ergo miniſtris uſus ne ipſe in ſuſpitionẽ ueniret: patris animũ in fratres accẽdebat: nã multos iam acquieſcerat ſuę uoluntatis miniſtros ꝓpter ſpem quã de regno iã habuit: fide uero patris putabat hęc facere: unde plus triſtitię adoleſcẽtibus occaſiones creſcebãt. Nã ſæpius ab eis lachrymæ ꝓ contẽptu ſuo & matris recordatiõe fundebant: patremq; manifeſte apud amicos tanq̃ iniuſtũ accuſabãt. Quæ malitioſi ꝓ antipatrũ herodi renunciantes: non paruã in aula ſeditionẽ cõmouebãt. Quare exacerbatus rex accuſationibus humiliare nimis mariãne filios uolens: maiora in honorẽ antipatri excogitabat: adeo: ut & matrẽ eius dudũ contemptã reduceret: & cęſari ſępius ꝓ eis ſcriberet. Agrippa uero poſt diſpenſationẽ decẽnalẽ aſyæ romam aſcendẽte: rex a iudea nauigans ad eũ ſolũ antipatrũ ſecum duxit. Cui eũ cũ multis donis cõmendauit: quatenus romæ cæſari amicũ faceret: ut iã oẽs crederent contẽptis adoleſcẽtibus in illũ regnũ patris tranſferri. Ipſe quoq; ſcribens romę multis amicis antipatrũ cõmendabat. Qui contriſtabatur: q; abſens fratres ſuos ſolite accuſare minime ꝑualeret: timebat enim: ne mutatus pater: modeſtius filios mariamne diligeret. Cũq; hæc cogitaſſet: ſua maligna uoluntate uſus: exinde incitare patrẽ ſperabat: unde cõtra fratres frequẽter ſcribens: uereri patris interitum fimulabat: uſquequo herodẽ ad tantã irã uel furorẽ perduxiſſet: ut iã a patre cõtra filios uiteret. At ille ne tãtũ facinus perpetraret: melius putauit romã nauigare: & filios apud cæſarẽ accuſare: nihilq; ſibi tale pmittere: quod ꝓpter magnitudinẽ impietatis piculoſum exiſteret. Cũ uero romã perueniſſet: & ad aquileiã ciuitatẽ prexiſſet: cęſarem compellare feſtinãs: tpe apto de maximis ſuis calamitatibus intimauit: filioſq; ſuos præſentans: inſolentiã & audaciã eorum accuſauit: q; feſtinaſſent patrẽ ſuũ pimere: regnũq; tyrannico more inuadere: dũ ipſe licentiã haberet non neceſſitate: ſed recto iudicio tradere regnũ pmanenti filio circa paternã pietatẽ quã a cæſare pręcepiſſet: ut quẽ uellet ſibi ſucceſſorẽ relinqueret: eũ illi nõ ſolũ regno ſed & uita mererent priuari: qui tale facinus in patrẽ moliti ſunt: quorũ temeritatẽ diu portans: nunc cogeretur cæſaris aures talibus uerbis polluere: cũ nihil paſſi ſint moleſtũ aut grauate a patre: cur uero iniuſtũ eis uideret: ſi principatũ quẽ multis laboribus uel periculis ſuis acquiſiuit concederet & ꝑberet ei quẽ meritũ eſtimaret. Nã hoc inqt ꝑmiũ cũ aliis iuſtitiæ donis exiſtit: ſi meritis quiſq̃ gratiã ꝑcedentẽ recompenſauerit ei q talẽ diligentiã habuerit: ut retributione tanta dignus exiſtat. Impiũ enim eſt uel de hoc ipſo cogitare: dũ nõ poſſint ad regnũ niſi patre perempto accedere: q bus hactenus pater honores uel dignitias adminiſtrauit: cõiugeſq; nobiliſſimas genere copulauit: ariſtobolo qdẽ filiã ſuæ ſororis: alexandro uero filiã archelai regis capadocũ. Pro q bus cõmiſſis dũ talia feciſſent: poteſtatẽ habens nõ in eos ſe uindicaſſe dicebat: ſed ad cõem benefactorẽ cæſarẽ adduxiſſet: & auferens a ſe totũ quantũ aut pater ieſus: aut rex inſidiatus potuiſſet agere pariter eos in iudicio ſecũ fecit aſtare: & reliquũ eſſe: aut eos occidi: ne cũ timore maximo

ipſe uiueret: aut ſe opprimi: quatẽus utriq; fabula hoium uel obprobriũ foret. Cap. IX.

Vm hæc herodes apud cæſarẽ filios ſuos accuſando dixiſſet: iuuencſq; eo dicente lachrymarent: & confuſi de tali accuſatione licet liberũ ſermonẽ ac fidelẽ a conſcientia poſſediſſent: tñ patris criminationibus difficilẽ ſatiſfactionẽ putabãt fore: dũ arbitrarent honeſte & cũ fiducia patrẽ redarguere. Erat ergo eis inopia dicendi & lachrymę cũ gemitu: dũ timerent: ne putarent mala cõſcientia ſatiſfactionẽ non inuenire. Turbationẽ aũt eoꝝ cęſar attendens: ſicut erãt innoxii: credidit: q; conſcientia non facinoroſa: ſed iperita modeſtia minime ſeſe pręualerẽt purgare. Vnde ẽt facti miſeratione digni cũctis præſentibus patrẽ cõmouerũt ad uerã miſericordiã: uidẽteſq; ꝓpitiũ eũ & cæſarẽ: & alios preſentes: unus eorũ alexander accuſationes diſſoluere niſus eſt. Pater inqt: tuus qdẽ erga nos affectus euidenter manifeſtus: ex ipſo iudicio apparuit. Nã ſiqd in nos crudele recogitaſſes: nõ nos ad oium ſeruatorẽ cęſarẽ deduxiſſes: dum tibi quod uelles liceret ut patri. Nemo enĩ quẽq; uolens interficere: ad tẽpla eũ ſacrariaq; producit: unde uita conqriẽ: quæ morte nobis peior exiſteret: ſi tale aliqd in patre cogitaſſemus. Siquidẽ ſermonẽ fiducia ueritatis inuenit: cũ beatos nos fore ſciamus: te mitigantes: & picula fugientes: ſi uero accuſatio prævaluit: ſolẽ iã uidere ſupfluum iudicamus. Quod ergo dicis: regnũ deſiderare nos uerſimilis contra iuuenes cã uideꝫ: & q; de miſere matris interitu ſubiungis: a priori calamitate argumenta percipiens: nobis ingeris crimen. Conſidera tñ: quia nec cõmunia cunctis exiſtunt: & ſimiliter in aliis dici poſſunt: dum nihil prohibeat: ſi regis: filii ſint iuuenes: & matre eorũ defuncta: oẽs in ſuſpitione patris eſſe tãq; inſidiatores. Sed opinio eorum ad talẽ crudelitatẽ nõ ſufficit. Dicat uero qſquã ſi tale aliqd præſumptũ eſt a nobis: unde credibilia hæc appareant. Nunquid hoc manifeſtis indiciis poterit approbari: aut ueneni cõfectio: aut equaliũ cõiuratio: aut ſeruorũ corruptio: aut litterę contra te deſtinatæ: dũ & hæc poſſent licet nõ facta criminationibus confingi: domo regia non cõcordante. Principarũ ẽt quẽ tu dicis pręmiũ eſſe pietatis: ſæpius euenit cãm fieri malignę rei. Culpã nãq; noſtrã nullus probabit. Accuſatiões uero quẽadmodũ ſoluat: q excuſatiões non uult audire. Locuti ſumus quiddã: ſed non contra te: nã hoc iniuſtũ eſſet: ſed in eos: q ſiqd dictũ fuerat minime tacuerunt. Matrem uero qdẽ noſtrã planximus: non q; defuncta eſſe: ſed quia derogabatur ei ab indigniſt uolẽtibus principatũ inuadere. Scimuſne patrẽ poſſidere qcquã & nos nõ poſſidemus. Et dũ regis honoribus fruamur: fruſtra feſtinamus: ſi te occidendo regnũ tenere uolueri mus: qbus pro hoc facinore nec terra peruia: nec mare nauigabile uideꝫ. Nunquit ſubiectorũ pietas: & gens religioſa concedere habuit parricidas rempublicam obtinere: aut ſanctiſſimũ a te confectum ingredi templũ. Vt uero hæc oia omittã: homicidiũ multũ uiuente cæſare poſſet dimitti. Sed neq; filios impios creaſti: neq; ſtultos: ſed infœlices: teq; indignos. Si uero neq; cauſas habes neq; inſidias iuuenis: qd tibi ad fidẽ ſufficit: in tali crudelitate. An putas de matris interitu coniecturã ſumere: q; nos non incitare: ſed magis mitigare poſſet. Amplioré qdẽ ſatiſfactionẽ uolebamus ſermone inſerere: ſed nõ recipiunt prolixioré orationẽ: quæ minime cõmiſſa cernuntur. Quapropter ante oium dominũ cæſarẽ ꝑſenti tpe paciſcimur: ſi ſine ſuſpitione tua cũ ueritate circa nos tuũ affectum oſtendis: pariter poſſumus uiuere: licet non fœliciter: qa maxima mala ſæpius ex falſo crimine generant ꝑmanente utiq; in te aliquo merore culpę noſtrę. Nã nobis uita iocunda non uideꝫ: ſi tu eã ut imeritis largiaris. Cũ hęc dixiſſet: & cęſar: nec prius magnitudinẽ criminationis crederet: tũc magis placabaꝫ: & frequenter Herodẽ attendẽs: uidebaꝫ mitigare. Cũq; ꝑſentiũ miſeratiõe rumor in aula diuulgatus eſſet: regẽ faciebat inuidioſum incredibilis accuſatio. Nã adoleſcẽtũ ætas: corporis pulchritudo mirãdũ eis

auxiliū conferebat:plus uero:qa oratio cōueniēter & ſapienter in alexandri uerbis occurrerat.Cæſar autē modicū remoratus:ad adoleſcentes qdē licet ab accuſatione extranei uiderent:hoc ipſū tñ peccaſſe eos ꝓnunciauit:qꝫ nō tales ſe patri ꝑbuiſſent:ut nō darēt crimination occaſionē.Herodē uero petebat:ut oēm opinionē abiiciens reconciliarēt cū filiis:dū non eſſet credibile ab eis ſcelus hoc potuiſſe cōmitti.Cum hęc perſuaſiſſet: iuuenibus innuit ad ueſtigia patris ſeſe proiicere.Qua ſupplicatiōe pater eos lachrymabiliter & flebiliter eſt amplexus:quod cernentes qꝫ aderat flexi miſeratiōe in lachrymas facile proruperunt.Illi aūt gratias cæſari agentes pariter diſceſſerūt:& una cū his antipater ſimulans letitiā ꝓ eorū reconciliatione celebrata.Poſtero die Herodes qdē cęſari donauit trecenta talenta:ad ſpectacula & munera populo romano tribuēda.Cæſar aūt metalli ei ęris cyprii dimidios reddidit:& dimidiā ꝓcuratiōnē ꝑbuit:& hoſpitalitatibus eū & muneribus honorauit:& de regno poteſtatē conceſſit:quē uellet filiorū ſucceſſorē relinquere:uel partiri unicuiqꝫ regnū:ut ad oēs ꝓueniret:illo tñ uiuente hoc agere non ꝓmiſit dicens:oportere eū dū uiueret & regni:& filiorū donationē poſſidere.Hæc dum ordinaſſet rurſus rediit ad iudeā.In cuius abſentia nō parua pars regni defecerat tracotidis:quos relicti iudices iterū ſub impiū eius redegerunt.Herodes aūt cū filiis dū nauigaret:& ꝓueniſſet in eleuſiā cilitię:quę poſtea ſebaſte dicta eſt:inuenit cappadocię regē archelaum expectantē:& de filiorū reconciliatiōe gaudentē:& qꝫ alexander q filiā eius habuit ab accuſatione ſolutus eſſet:donationeſqꝫ ſibi inuicē ut reges dederunt.Vnde cū herodes ad iudeā ꝓueniſſet:& ingreſſus in templū fuiſſet:de ſuis proſperis actibus allocutus eſt populū cæſaris in ſe munificētiā explanans.In fine uero ad perſuaſionē filiorū ſermonē conuertit:ut in aula:& in aliis cunctis cōcordarent:quos & poſt reges futuros demonſtrauit:primū antipatrū:poſtea uero filios mariāne:alexandrū & ariſtobolum:hortabaturqꝫ eos dū ipſe uiueret ſibi in oībus obedire:qa nec ꝓ ætatē impedirēt:nec ꝓ ſenectutē ſuā rempublicā gubernare.Cū hæc dixiſſet:contione dimiſſa multi ſub expectatione filiorū eius nouis rebus ſtudebāt. Cap.X.

Odē tpe pfecta eſt cæſarea:quā edificauit decennali tpe:uicesimooctauo anno regni ſui:olympiade cēteſima:& nonageſimaſecūda:cuius in dedicatiōe celebratio uel apparatus munificentiſſimus fuit.Nā ꝓceperat carmina muſica uel paleſtras conuenire.Prępauerat ēt feras:uel gladiatores:curſuſqꝫ equorū:& reliqua mirāda ſpectacula in honorē qquennalis cæſaris.Cui cæſar cū ſua uxore iulia ꝓ dedicatiōe ciuitatis maxima liberalitate ſummū direxerāt apparatū:quoꝝ ſumma qngentis talentis eſtimata eſt.Cūqꝫ multitudo ad ciuitatē cōueniſſet ꝓ ſpectaculis & legatiōes quas populi deſtinauerant beneficiis eius gratias agētes pariter occurriſſent:cūctos ſuſcepit in diuerſoriis & conuiuiis ꝓ dies quindecim:ac ſpectacula uel delitias miniſtrauit:unde inſignis eius magnanimitas potuit diuulgari.Quapropter perhibent cæſarē uel agrippā ſæpius dixiſſe:qꝫ magnitudini Herodis iperium eius deeſſet:& dignū eum eſſe ſyrię uel ægypti regnū poſſidere.Poſt huius urbis dedicationē in campo q caſarſalam uocabat loco aquoſo & optima terra arboribus:& fluuio circundata ciuitatē edificauit:q̄ nomine antipatri antipatridā nuncupauit:pulchritudine uel amenitate decoratā:necnon & nomine matris locū iuxta hierichuntē ędificans munitiōe uel domiciliis optimū cyprū nominauit:imo & nomine fratris faſelī:ꝓpter amorē quē in eum habuerat conſtruxit turrim in ea ciuitate:non minorē faro alexandrino ꝓ munitione ciuitatis:quā in fratris memoriā faſelū uocauit.Appellatiōis uero eiuſdē & ciuitatē circa hierichuntē cōdidit. Beneficia ipſius q̄ aliis ciuitatibus ꝓ ſyriā & ellada uel apud quos cum contigit ꝓficiſci donauit,minie poſſumus explanare:nobiliſſima uero uel maxima facta eius in rhodios

extiterunt. Siqdē pithiū ipſe ſuis ſumptibus conſtruxit: & p̄buit multa talenta ad nauiū confectionē. In nicopolitana ēt ciuitate quā in acciaco cęſar edificauerat: multa publica loca condidit. Antiocheuis magnā ciuitatē ſyrię habitātibus plateā longā in media ciuitate poſitā ex utraq; pte porticibus ordinauit: & uiā lapide polito ſtrauit: ad ornātū & uoluptatē habitantiū: necnō & olympiacū certamen appellatione dignū ꝓpter pecuniarū inopiā melius reddituris deputatis effecit: & immolationibus uel reliquo ornatu celebrationē eius inſignē reddidit. Pro qua munificentia perpetuus agonitheta nominatus eſt. Aliis qdē mira uidet̄ differentia uoluntatis naturę eius. Nā ſi largitiones cōſideret̄: quas oībus donauit hominibus: quis p̄t negare munificentiſſimę naturę eū fuiſſe. Si uero tormenta & iniquitates in ſubiectos uel domeſticos eius attendant̄: duriſſimus & ferus oīq; pietate alienus putat̄. Vnde inconſtantē & ſibi cōtrariā eius uoluntatē eſtimabant. Quod ergo minime puto: dū unā cām in utroq; dominantē cōſidero: nā dū ad imenſam largitionē munificentiāq; ꝓduceret̄: ſi alicubi præſentis gloriæ ſpes occurriſſet uel futuræ: ſumptibus ꝓfuſis alacriter eā emere feſtinabat. Quapropter cōpellebat̄ ſeuus in ſubiectos exiſtere: dū p̄ſentibus cōſumptis pecuniis: alias uellet acquirere. Cūq; cognoſceret ꝓpter uiolentias ſuas ſe ſubiectorū odio teneri: corrigere qdē uitia nō facile poterat: conabat̄ aūt odiū ſuū occaſione pecuniarū ulciſci. Familiariū uero q eū uerbo nō placauiſſet: ſe ſeruū dicēdo: aut ſi ſuſpicatus fuiſſet aliquē de principatu cogitare: nullatenus ſe poterat moderari: ſed p̄ſequebat̄ & cognatos & amicos: tanquā hoſtes. Et dū uellet ſolū ſe honorari, talibus delictis ſuccubuit. Teſtimoniū & enim p̄hibēt hmōi paſſionis eū fuiſſe: in cæſarē uel agrippā: uel in alios amicos honores exhibiti. Nā qualiter ipſe adulabat̄ maioribus: ſimiliter ſibi a ſubiectis fieri expetebat. Sed gens iudeorū lege hoc agere ꝓhibet̄: & cōtēpta inani gloria: ſolam expectat iuſtitiā. Vnde rex eos exoſos habebat: q; nō potuiſſent eū tēplis uel imaginibus honorare. Huius rei gratia arbitror in ſuos qdē ſeuiſſimū: in extraneos uero munificū paruiſſe. Cap. XI.

Interea iudei p aſyā & libiā atrociter affligebant̄: dū non eiſdē legibus ſicut ſub antiquis regibus uterent̄: ſed uiolentia paganorū opprimerētur. ut pecūias ſacras uiolenter amitterēt: ideoq; ad cæſarē ꝓ his legationē deſtinauerūt. Qui ſcribens p ꝓuinciā: ſuis eos legibus uti præcepit: quarū exēpla ſubiungimus q̄ demōſtrant uolūtatē quā ab initio ꝓ nobis romani iperatores habuerūt. Cæſar auguſtus pontifex: tribunitię ptātis dicit. Quō gens iudeoꝝ fidelis non ſolū præſenti tpe: ſed ēt priori: & magis patri meo dictatori Cæſari populoq; romano: & princeps Hyrcanus apparuit: placuit mihi & ſenatui: cum ſnia populi romani iudeos ſuis legibus: & patrio iure frui ꝓmittere: ſicut ab Hyreano principe ſacerdotū altiſſimi dei: & ſacraria eorū inuiolata ꝓmanere: & pecunias ab eis ad hieruſalē trāſmiſſas reddi cuſtodibus pecuniarū: neq; uadimonia ſabbato uel ſexto die ab hora nona exigi. Siquis aūt inuētus fuerit auferens ſacros eorū codices: aut pecūias a ſynagogis: hmōi ſacrilegiis teneat̄: & ſubſtātia eius publico romę deputet̄. Suggeſtionē uero eorū ꝓ pietate mea quā habeo ſup oēs homines: p gaiū marciū cenſorinū mihi porrectā: & hoc decretū p̄cipio ꝓponi in nobiliſſimo loco: quē oīs aſya meo nomini dedicauit. Siqs aūt tranſgreſſus fuerit hanc conſtitutionē: non mediocrem pœnā exſoluat. Scriptū ē in tēplo cęſaris. Cęſar norbano flacco ſalutē. Iudei q antiqua conſuetudine ſolent pecunias ſacras ad hieroſolymā tranſmittere ſine impedimēto hoc faciāt. Hæc qdē cęſari uiſſit. Agrippa uero ſcripſit ꝓ iudeis hoc mō. Agrippa magiſtratibus: ſenatui: populoq; æpheſiorū ſalutē. Pecuniarū ſacrarū q̄ in hieroſolymorū tēplū tranſmittūtur: diligentiā & cuſtodiā in aſya iudeos habere p̄cipio: ſecūdū patriū morē. Hos aūt q ſacras pecunias iudeorū auferūt: & ad aſylū cōfugiūt iubeo retrahi: iudeiſq;

tradi:quos iure ēt sacrilegii retrahunt.Scripsit uero silano magistratū gerenti ne sabba
to iudei cōpellant uadimonia p̄bere.Marcus agrippa:eirenensium magistratibus:sena
tui & populo salutē.Iudei qui p eirenē habitant:p qbus iam augustus scripsit in libia
fabio magistratū gerenti:aliisq; ibi ꝓuinciæ ꝓcuratoribus:quatenus sine impedimento
pecuniæ hierosolymis secundū morē suū transmittant:nunc me interpellauerunt:q ab
aliqbus calūniatoribus affligunt occasione tributorū q̄ nequaq̄ debent: & ꝓhibeutur
solēnia sua pagere:quod nullo mō impedire admoneo Sed & si quas sacras pecunias ci
nes ab eis abstulerunt:has ipsis reddi p̄cipio:& in reliquo corrigi:ne talia cōmittantur.
Gaius norbanus flaccus ꝓconsul:sardinensiū magistratibus & senatui salutem.Cęsar
scripsit mihi pręcipiens nequaq̄ iudeos ꝓhiberi patria cōsuetudine pecunias colligēres
ad hierosolymā transmittere.Scripsi ergo uobis: ut sciatis: quoniā cęsar & ego sic uolu
mus.Nihilomnius & iulius ꝓcōsul scripsit ita.Ephesiorū magistratibus:senatui & po
pulo salutē.Per asyam iudei habitantes idibus februa.ephesum mihi iudicanti: demon
strauerunt cęsarē augustū:& agrippā eōcessisse eis ꝓpriis uti legibus: imo & primitias
qua singuli eoꝝ sua uoluntate: pietatis cā quā in deū habent solent trāsmittere:habeāt
licentiā sine impedimento hoc agere.Petierunt aūt ut ego similiter cū decretis a cæsare
uel agrippa meā sniam cōfirmare.Volo igitur uos cognoscere: quō decretis augusti &
agrippę parēs:pręcepi eos uti & seruare sine ipedimento sua solemnia.Hæc ideo expla
nauimus:quō conscripta nostra amplius apud græcos uentura sunt: ut demonstrē eis:
qa cūctū honorē ab initio ipetrantes:nihil ex patriis legibus ꝓhibiti sumus a magistra
tibus agere:sed & defendebamur religionē & honores in deū seruantes quorum factio
sæpius mentionē: ut mutatis seculi odiis causæ q̄ nobis ob hoc uel illis irrationabiliter
insertę sunt euellant.Nā legibus hisdē nulla gēs semp utit:dū & p ciuitates multa reli
gionis differentia seruet iustitię uero a cunctis hominibus similiter studeat:q̄ cōmoda
grecis uel barbaris existit:de q̄ nostræ leges multā rationē habētes oēs homines debēt
nos ut amicos: & hospites amplecti.Nā oportet non differentia religionū nos alienos
facere:sed non seruatus benignitatis affectus:q̄ oium hoium cōem uitā poterit custodi
re.Redeo uero ad reliqua monumenta cōscriptionis. Cap.XII.

Gitt herodes sicut p̄dixi consumptis suis pecuniis audiens Hyrcanū ante se regē
i apuisse tumulū dauid:& tria milia talēton; inuenisse:multoplus credēs depositat
q̄ ad oēs sumptos suos sufficerent tumulū ingredit noctu:dū nequaq̄ uellet hac
ciuitatē sentire.Vnde fidelissimos amicos tantū ducens:pecunias qdem depositas sicut
Hyrcanus nō inuenit:ornatū uero:& uasa aurea plura tulit.Dūq; oē studiū poneret:&
inq̄sitionē diligentiorē faceret:ac uellet interius ingredi ad urnas:in qbus dauid uel salo
monis corpora posita erāt:duo eius satellites flammis exusti sunt ab interiori pte occur
rentibus.Tūc ille timore pterritus egredit:& ꝓ piaculo monumentū ex laide candido
ante ianuā magnificentissimus construxit expēsis.Cuius & Nicolaus historiographus
meminit:sed descensum regis obticuit:dū inhonestū hoc factū cognosceret:quod semp
in suis egit conscriptis.Nā uiuēte rege: & cū eo degēs ad gratias eius & fauorē illa tan
tūmō dicebat q̄ ad gloriā eius ptinebant:multas uero iniquitates eius mutabat:& cum
multo studio celabat quæ ad gloriā eius pertinebāt: multas uero iniquitates eius muta
bat:& cū multo studio celabat . Nā mariāne filiorūq; eius mortes crudeliter factas ad
satisfactionē cupiens pducere ut luxuriosam illā:& adolescētes patris insidiatores accu
sauit.Rex gestas aūt regis:amplioribus laudibus extollēs:delictis eius studiose satisfe
cit.Cui uenia danda est:qa non historiā:sed laudē conscripsit.Nos uero genere asamo
neorū regū propinqui:& cū honore sacerdotiū habētes:aliqd mentiri fœdū putauimus

ideoq; cũ ueritate gestorũ memoriã recensemus. In domesticis uero malis Herodes cõ
stitutus affligebat: nam multi ex regis ira capientes audaciã: accusabant ꝓpinquos &
amicos eius. Quibus ita inter se dispositis nulla requies erat. Siqdẽ salome inimica filiis
mariãne: aristobolo suã filiã coniunctã nullatenus fidẽ eius seruare dimittebat: dũ flecte
ret eã ut qcquid locutus secrete fuisset nũciaret sibi: & in altercationibus q̃ inter coniu
gales sępius contingũt: cogebat puellã dicere: q̃ de marito sciebat. Illa uero dicebat: q;
sępius memoriam suæ matris mariãne faceret: & q; patrẽ odio haberet: frequenter aũt
interminaret: quia si principatũ obtineret: filios quos herodes ab aliis uxoribus habe
bat traditos magistris litterarũ: in agris cõstitueret: dum magis apti eẽnt ad hoc opus:
quã haberent circa studia diligentiã: uxores uero si quando uideret maternũ indui orna
tũ: ꝓ ꝑsentibus ornamẽtis cilitiis intercludi: ne solẽ uiderent. Quę cõfestim ꝓ salomen
regi nunciata: dolorẽ eius inflammabant. Vrgebaẽ uero multo peius oibus credens: &
inuicẽ se accusantibus. Tunc aũt filiis interminatus: satisfactionibus eorum ad ꝑsens
molitus: imposterũ atrocius exarsit. Nã ferora cũ ad Alexandrũ uenisset filiã Archelai
Glafirã sicut ꝑdiximus habentẽ Salomen inqt dicentẽ audiui: q; Herodes in amorem
Glafiræ suę nurus incidisset: & minime desiderii solaciũ possit iuenire. Quod ille audiẽs
adolescentia uel emulatione cõmotus: q̃ honoris cã circa puellã ab Herode fiebant: ꝓ-
pter amorẽ hęc eũ facere suspicabaẽ. Dolorẽ ergo minus tolerans: patri nunciauit cum
lachrymis: quæ ferora dixisset. Herodes aũt multomagis feruens: & mendaciũ impudi
ce criminationis nõ ferens: turbabaẽ: & sæpius exclamans maliuolẽtiã familiariũ, qua-
lis ipse erga eas fuisset: & quales eos inuenisset cõuocauit ferorã. Quem hmõi aggressus
pessime inqt oium: in quo ad tã imensã uel infandã indeuotionem peruenisti: ut talia de
nobis existimes aut loquaris. Nonne uideo tuã uoluntatẽ: quã non in meã iniuriam te
talia uerba ꝓducere: sed insidias & uenena imittere filio ꝓ mea ꝓditione festinasti. Quis
enim alter nisi bonitate dei retentus quã hic puer in se habet: portare potuisset in patrẽ
non uindicare tã crudelẽ opinionẽ. Primus enĩ gladiu in dextra: quã hoc uerbum in aio
eius debebas imittere cõtra patrẽ. Quid aũt canis male loquendo de me: nisi ut eorum
fauorẽ fraudibus tibi concilies. Nã talia dixisti: q̃ tuæ tantũ impietati fuisset cogitanda.
Abscede iã pessime circa fratrẽ ac benefactorẽ: & tecũ qdẽ hæc malitia conscientię cõui
uat. Ego uero uindico sicut solco in meos: nec uindicans merito in eis: sed magis benefi
ciis exornans: qbus indigni esse noscunẽ. Talia qdẽ rex. Ferora statim mestitia plenus:
Salomen inqt hęc ꝑsuasit: & ab illa sermões audiui. Quę mox ut audiuit nã ꝑsens erat:
exclamauit: q; nihil tale ab ipsa dictũ fuisset: & q; festinarent oẽs ad odiũ regis eã ꝓduce
re: cunctisq; modis eã occidere: ꝓpter fidẽ quã erga eũ semꝑ habere cognoscerent in ꝑ-
senti sibi insidiari: qa sola reflecteret fratrẽ: ne uxorem quã nunc haberet repudiaret: re-
gisq; filiã in matrimonio sibi cõiungeret. Quapropter me falsis inqt accusationibus est
aggressus. Cũ hæc dixisset: crines suos dilacerans: & pectora manibus tundẽs uerisimi
lis ad negationẽ esse cõstabat: maliuolentia uero morũ: dissimulationem redarguebat.
Ferora aũt in medio restitit: nullã habẽs satisfactionẽ. Nã Alexãdro se dixisse cõfessus
est: audisse uero a Salome minime cõprobauit. Vnde diu cõfessione sermonũ inter eos
facta: rex fratrẽ uel sororẽ auersatus: filiũ ꝓ constantia laudauit: q; sibi sermones ferorę
nunciasset: Hac lite facta. Salome ut accusationis cõmotæ caput oium odio ternebaẽ:
quã uxores regis ut maliuolã abhorrebant: q; natura malignã eã cognoscerent. Occa-
sione ergo data. semꝑ eã accusabant Herodi: quarũ fiducia ex hmõi cã magis ac creuit.
Rex arabũ oriadas nomine naturaliter regnis & regni negociis pene inefficax: habe-
bat dispensatorẽ regni sui astutũ iuuenẽ: & in oibus nimis ornatum: cuius edictioni oĩs

arabia subiacebat. Is pro cã quadã cũ ad Herodẽ peruenisset: & coenaret cũ rege: uidit Salomẽ: & desiderio eius captus est: audiens pstim q̃ uidua esset: amplius inflammatus loqtur de nuptiis eius. Salome uero male tũc a fratre tractata: iuuenisq; accensa decore: libenter consentit ad nuptias. Et cũ rursus ad coenã conuenissent: monstrabant non mediocria signa cupidinis eorũ. Quæ mulieres regi nunciauerunt: deridẽtes ipudentiã illius. Herodes uero cũ ferorã interrogasset & obseruare pcepisset in coena qd illi facerent inter se, nunciauit ei q̃ nutibus uel oculis nõ laterẽt de suo pudore. post hæc arabs qdẽ in suspitionẽ ueniens recessit. Cũq; tribus mẽsibus remoratus esset: rursus rediit ad huc ipm sermonẽ Herodi facturus: postulans dari sibi matrimoniali iure Salomen: dũ nõ incõmoda ei foret affinitas eius: cũ arabũ principatu: quẽ iã sibi nunc adesse: magis uero futurum ex plano credebat. Cũq; hũc Herodes sermonẽ sorori retulisset interrogans: si ad nuptias cõsentiret: illa sine mora cõsensit. Tũ illũ quoq; inquirit: si uellet inscribi legibus iudeorũ & circuncidi: eo q̃ aliter non posset Salomę pœnitus sibi iungi, Ille respondit: nullatenus ista cõsentire: quia si actũ fuerit: se ab arabis nõ solũ regno: sed & uita priuari. Quo dicto recessit. Salomen aũt ex illo die feroras iã de luxuria criminari cœpit: nec tñ tantũ quantũ regis uxores: quæ dicerent eam adulteria cõmisisse. Puellã nãq; quã fratri suo ferorę rex desponsauerat: ipse qdem non accepit uictus amore: sicut p̃diximus: uxoris absentis. Salome aũt rogabat filio suo decustobaro nato eã cõiunge re: & disuadet rex a ferora: dũ adolescentẽ suspectũ haberet ꝓpter patris interitũ: iustius aũt esse: ut duceret eã filius suus: q magistratus tetrarchiæ successor extabat. Cũq; prio re pacto soluta puella ducerẽt a filio ferore: pstitit rex dotẽ centũ talenta. Itaq; dissensiones familiares nõ cessabant: sed maiores ei turbę crescebant: & incidit tale aliqd ex causa nõ honesta: & citius ad difficultatẽ usq; ꝓcessit. Fuerũt enĩ eunuchi regi propter pulchritudinẽ nõ mediocriter acceptabiles: quorũ unus pincerna: alter infertor: alter uero lectuli regis creditarius qui & cõsilio eius intereãt. De qbus nunciauit qdã regi: q̃ hii ab alexandro multis pecuniis corrupti essent. Qui requirenti regi de facta qdẽ cõmunione uel pmixtione cõfessi sunt: aliud uero nihil acerbũ scire de patre dixerunt. Cunq; magis torquerent: & in necessitatibus essent: semperq; ministri atroces in eos insisterẽt ad gratiã antipatri: hoc cõfessi sunt: quod odiũ circa patrẽ & inimicitias Alexãder haberet: & persuaderet eis Herodẽ spernere: uelut superfluũ: & cooperientẽ senectutis suæ tpa: dũ annos ætatis celaret: & ad se iã recipire: tãq; regnũ habẽtẽ inuito patre: & quod alii nullateuus sed sibi citius primus locus uenturus esset: non ꝓpter genus tantũ: sed ꝓparationibus patratã ei dominationẽ esse q̃a plures ex ducibus & amicis secũ haberet: q̃ cũcta ꝓ se pati uel facere essent parati. Hęc cũ Herodes audisset: totus in furore metuq; tractus: ea q̃ ad contumeliã dicta cognouit moleste tulit. Aliã uero suspitionẽ periculosam suscepit. Vnde ex utrisq; incitatus timebat: ne ꝓ ueritate cõflata fuisset in eũ coniuratio fortior priore: & custodias undiq; cõmuniens: secrete quæstionẽ fecit. Speculatores aũt eis de qbus suspicabatur oppositi: & dũ in opinione uel odio cunctos haberet: arbitriũ ꝓ tutela concipiens: multũ cõtra insontes acerbus factus est. Sed magis ac magis ualidi uidebantur ei & terribiles: quos non frequeneer nominabat: ꝓpter insolitã cõuersatiõnẽ: & si forte uocasset: statim de interitu suo securi nõ erant. Postea uero oẽs propinqui dũ nihil habuissent firmũ ad spẽ suæ salutis: contra se conuersi existimabant utile: siqs anticipans aliũ accusasset: & hoc sibi salutẽ posse cõferre: si suis facinoribus alios onerarent & eo cadebant in quo cæteros insidiabãtur imittere. Nã regis penitentia ne filios occideret q̃ non manifeste peccassent intercedebat: ipsi uero quod peius est non desistebant similia cõmittere: sed ad pœnã currebant parem: dũ ulciscerẽtur in eos q̃ prius eos

accuſaſſent. Talis ergo cũ fuiſſet in aula turbatio: multis amicis rex palaciũ interdixit. Quã interdictionẽ maxime cõſtituit his: q fidutiã potiorẽ habebant. Siqdẽ Andromachũ & Gemellũ uiros ab initio amiciſſimos: q multũ in republica eius legationibus & conſiliis domeſticis ꝓfuerunt: eiuſq; filios docuerant: & q præ filiis primũ fiduciæ locũ haberẽt recuſauit ſuſcipere: Andromachũ qdẽ: q; filius eius Demetrius amicus Alexandri eſſet: Gemellũ uero fidelẽ illi ſciens: qa & in conuiuiis & in ſtudiis romæ cũ ipſo degebat. Quos honeſte qdẽ expulit ne indecens aliqd contra uiros nobiliſſimos conſtituere uideretur: ſed caute agens: fiduciã eorũ cũ honore amputauit: ne ꝓ potentiã aliqd in eũ cõmitterent. Horũ aũt oĩum malorũ auctor erat antipater: qui patris inconſtantiã intellexerat: cũ iã dudũ ei conſediſſet. Vnde magis ſuadere uidebatur: ut auferetur unuſ quiſq; potentiũ. Tunc ergo rex Andromacho cũ cęteris expulſo de colloquio uel fidũcia: reliquos fideliſſimos Alexandri cũ tormentis interrogabat: ut ſiqd contra ſe cõflatũ ſcirent, ediceret. Eqdẽ moriebanꝫ dũ nõ haberent quod dicerẽt. Ille uero cõſumebaꝫ: qa tales quales exiſtimabat nõ inueniebat. Callidus aũt antipater: q; ex ueritate ad cõſtantiã & fidẽ deducere nõ ualebat: plus incitabat requirendo a pluribus latentẽ coniurationẽ. Proinde cũ aliqui ex pluribus retuliſſent: q; cognoſcerẽt adoleſcentẽ cũ laudare tur corporis ſui magnitudo: uel ſagittãdi ꝑtia: cũq; alia quę ad uirtutẽ ſup oẽs haberet: hæc ſibi dixiſſe potius bona naturę officere: dũ pater inuideret: & iccirco ambulãdo cũ eo ſeſe humiliare: ne longior appareret: in uenationibus uero cũ ſagittarẽt illo ꝑſente nõ recte iaculari ꝓpter genitoris inuidiã: quã de gloria ſua haberet. Cũq; uerbũ ſcrutaretꝫ: & remiſſio pœnarũ corporis interueniſſet: addebat: q; fratrẽ Ariſtobolũ conſciũ haberet: ut in uenatione patrẽ ꝑimentes: ad romã cõfugerent: regnũq; peterẽt: repertas uero & litteras adoleſcentis ad fratrẽ Ariſtobolũ: in qbus patrẽ accuſabat nõ iuſte feciſſe: dũ terrã tribuiſſet antipatro ducentoꝝ talentorũ reditus. Quibus dictis putauit Herodes uerũ exiſtere: quod de filiis ſuſpicabaꝫ: & ſtatim appræhendens Alexãdrũ ligauit. Deinde uero remiſit ſuã atrocitatẽ: dũ nec q̃ audiſſet crederet: & ęſtimaret nihil dignum pro inſidiis ex his cõflatũ apparuiſſe: ſed querela eſſet uel iuuenilis temeritas: & q; eũ manifeſte interficientes romæ confugerent: non ueriſimile uidebaꝫ. Et maius aliquod ſperãs inuenire iniquitatis filii ſignũ dicebat nõ ſibi placere temerarie filiũ colligaſſe. Torquẽs aũt amicos nobiliſſimos Alexandri nõ paucos: nihil pœnitus de qbus ſuſpicabaꝫ confeſſos inuenit. Cũq; in hoc multus apparatus exiſteret: & terrore uel turba palaciũ plenũ eſſet, unus qdã iuuenis: ut in neceſſitates puenit: romã dixit tranſmiſiſſe Alexandrũ & petiſſe: ut citius euocaretꝫ a cęſare: habere ſe manifeſte cãm ſuggerere contra patrẽ q; regẽ parthorũ mitridatẽ contra romanos ſibi reconciliaſſet: addens qa uenenũ ẽt Alexander in Aſchalonæ ei paraſſet. Tũ Herodes hæc audiens: & credens q; ſolaciũ temeritatis inueniſſet: ſtatim de ueneno pręcepit inquiri quod tñ nullatenus potuit inuenire. Magnitudinẽ ergo malorũ Alexander uolens cõfirmare: negare qdẽ diſtulit incitando temeritatẽ patris ad multo maiora delicta: forſan aũt & ꝑ hoc amputare uolens fœlicitatẽ eius q̃ in accuſationibus credendis habebat: tamen nullatenus obtinuit: dũ omne regnũ cõcutere uoluiſſet. Siquidẽ litteras in quatuor libris deſtinauit dicens: q; nõ oporteret torqueri quẽq̃: nec ulterius hoc ꝓcedere: qa reuera inſidię factæ eſſent: in quas cõiurraſſe ferorã uel fideliſſimos amicos eius aſſerebat: ſalomen aũt noctu ſup ſe igreſſam: & cũ inuito cõcubuiſſe: cũctoſq; ſimul illic cõtra eũ iure uenturos: q̃tenus eũ occidẽtes: ꝓficerent: quod ſemp inexpectatione meditaſſent. Inter hos ẽt Ptholomeus & ſapinius fideliſſimi regis accuſantur. Nã nihil aliud uidebaꝫ: quã ſi rabies quædã incidiſſet belluaꝝ more: aut amiciſſimi cõtra ſe armarentꝫ. Iccirco nec ſatiſfactio ueritatis habebatur

ſed indiſcrete pditiones ꝓnunciabant. Cūq; aliqbus uincula: & aliis mortes: aliis uero inſperatos dolores intligeret: turpiter regnū a priore felicitate dehoneſtatū eſt. Et ſæuiſſima erat Herodi uita: dū turbatus nemini crederet: magnūq; expectationis tormentū haberet: quod ſępius ſuperuenturū ſibi filiū crederet. Itaq; noctu uel die turbatus: in furore & infamiā pœnæ lapſus eſt. Cap. XIII.

a Archelaus aūt rex cappadociæ: cū hæc de herode audiſſet: territus ꝓ filia: uel de adoleſcente cōtriſtatus: ꝓ tantis amici turbationibus in iudeā uenit: nec in contu q̄ contigerat ponens diligenter prius cūcta percunctatus eſt: nec tñ in aliquo quaſi culpans Herodē: qꝝ temerarie feciſſet aggreſſus: uerens ne ꝓ reconciliatione ad furorem eū pduceret: ſed aliū ordinē tenens: emendare quæ acciderant cœpit. Nā iuuenē interminabat: Herodē aūt mitē dicebat: dū nihil temerarie feciſſet: matrimonium quoq; filiæ ſoluere ꝓmittens: & nec ipſi parcere: ſi in aliquo reperta illi conſcia nō iudicaſſet. Cū talē pręter expectationē Herodes Archelaū uidiſſet: & qa plus ipſo furorē ſuū demonſtraſſet: rex mutatus ab iracundia ſua: dū putaret iuſte acta q̄ feciſſet: paulatim ad patris affectū rediit. Miſericordia ergo inter utroſq; apparuit: cū aliq ꝓ iuuene ſatiffeciſſent: & Herodes ab ira mutaret. Tū Archelaū ſimiliter increpantē attendens petit ne nuptias ſolueret quod minatus eſſet: qa q̄uis parū irę adhuc habebat in his quę iuuenis cōmiſerat Archelaus tñ ut modeſtiorē eū faceret: criminationes in amicos referebat: dicens illorū eſſe: quod iuuenē malignitate ſua corrumperent: fratremq; regis in ſuſpitionē mittebat. Nā dū Herodes iram cōtra ferorā habuiſſet: & ferora indigeret regis reconciliatione: ſimulq; credens: quā eū Archelaus flectere potuiſſet: acceſſit ad eum cū ueſte nigra petens: ut tratrē ꝓ eo peteret. Quē Archelaus nec ſpreuit: nec confeſtim ſe Herodi ſuadere poſſe ꝓmiſit: immo hortatus eſt ad regē eū accedere: & ſupplicādo confiteriſe oīum malorū auctorē extitiſſe: quia ꝓdeſſent hæc ad eius indignationē mitigandā pluſq̄ ſua ſuggeſtio. His flexus ferora q̄ inter ſe ambo conſtituerant: ꝑterſpē adoleſcentis accuſationes abſoluit. Cūq; & ferorā Archelaus reconciliaſſet: ad cappadociā reuertit: gratus tāq̄ nemo alter illo tpe factus Herodi. Quapropter & muneribus eum munificentiſſimis ornauit præ oībus magnifice: & inter neceſſarios amiciſſimū arbitratus eſt. Conſtituit & romā proficiſci: quō de his cæſaris ſcripta ſuſceperat. Et uſq; Antiochiā eis ſimul eūtibus ſyriæ procuratorē ticiū: inimicū Archelai: ei Herodes amicū fecit Cūq; romæ fuiſſet: & inde reuertit: factū eſt bellū inter ipm & arabas ex hmōi cā. Quī traconē habitant regionē: quā Cęſar a Zenodoro tollens: Herodis prouincię addidit, latrocinādi licētiā nō habebāt: ſed agrū colere: uel ſub qete uiuere cogebant: qd illis minime cōmodū erat: multaq; Herodi gloria ꝓ hac diligētia ſua ſurrexerat. Cap. XIIII.

i Git quādo nauigauit romę: ut filiū Alexandrū accuſans: cæſari antipatrū cōmēdaret: fama uulgauit mortuū eū eſſe. Qua cōperta traconitide habitantes ſubtrahentes ſe ab eius principatu: rurſuſq; ad ſolitū reuerſi morē finitimos agros depopulabant: cōtra quos egreſſi ꝓcuratores regis: oēs domuerūt. E qbus q̄draginta principes latronū cū cognatiōe ſua a tracōe ꝓuincia ad arabiā receſſerūt: ſylleo ſuſcipiēte eos ꝓ cā ire quā habebat negatis nuptiis Salomæ. Quibus cū locū munitū dediſſet: illi nō tantū iudeā ſed & inferiorē ſyriā deprędabant: refugia ſibi pſtante ſylleo. Cap. XV.

h Erodes aūt roma reuertēs: cōperit plurima regni ſui a latronibus male tractata: nec poſſe duces ſuos latrones cōpræhendere nec habere qualiter tutelā ſuā munirent: illis arabū patrociniis fultis. Cūq; grauiter ferret: ipſe tracōnē pueniēs familiares eorū peremit. Vnde illi potius ad iracundiā incitati: legēq; habentes ut in eos uindicarent: q familiares eorū occidiſſent, cūctā herodis terrā uexabāt: & deprędabāt.

Ille uero referebat hęc Cęſaris ducibus ſaturnino & uolũnio: uolens latrones ad pœnã petere. Nã illi fortiores & plures facti: oia pturbabant: affligendo regis Herodis: ꝓuinciã: & uillas depręd ando: & captos homines interimendo: ut bello ſimilis eſſet uiolẽtia quã faciebãt: nã iã plus mille extabant. Herodes aũt latrones quidẽ petebat: & debitũ quod p Sylleũ mutuaſſent Obado talenta qngenta: iã conſtituto die tranſacto: in quo ſtatutũ fuerat pecunias reddi. Sylleus aũt obadũ deſpiciẽs: dũ ipſe gubernaret: latrones qdẽ denegauit p arabiã eſſe: de pecuniis uero differebat. Quapropter cognitiones corã ſaturnino uel uolũnio ꝓcuratoribus ſyrię cõmittebantur. Qui ſtatuerũt intra triceſimũ diẽ Herodẽ pecũias debere recipe: & eos q de utroq; regno cõfugiſſent inuicẽ reddere. Et apud Herodẽ qdẽ arabũ nullus pœnitus eſt: nec p affectionem: nec alio mõ tentus. Arabes aũt paſſi ſunt latrones apud ſe teneri. Cũq; conſtitutus dies tranſiſſet: nec ſylleus de quo ſtatuerat aliqd cõpoſuiſſet: romã abſcedit. Redditionẽ uero pecuniarũ uel latronũ Herodes exequebatur. Cũ ſaturninus & uolũnius pcepiſſet indeuotos ꝓſequi exercitum aſſumens herodes: arabiã ingreſſus: tribus diebus ſeptẽ manſiões fecit: Cũq; ꝓpe caſtellũ ubi latrones erant perueniſſet: cœpit qdẽ oẽs eos inſidiis: euertit uero caſtellũ quod Repta uocabat cũ neminẽ penitus leſiſſet. Itaq; arabis ad auxiliũ uẽientibus cũ nacebo duce pugna cõmittitur in qua pauci qdẽ Herodis nacebus autẽ dux arabũ cum uigintiquinq; ſuis ceciderũt: reliq uero ad fugã cõuerſi recedunt. Puniens aũt horũ rex tria milia circa traconẽ idumeoꝝ locauit exercitũ: & latrones ibi cõſtitutos arcebat: & de his ducibus circa fœnicem exiſtentibus mandauit demonſtrando: quia nihil amplius in indeuotos executus arabas quam oportebat egiſſet. Quæ illi quidem requirentes: inueniebant nequaq̃ mendacium eſſe. Cap. XVI.

Vncii uero Sylleo cum romæ geſta indicaſſent: & magis ſingula exaggeraſſent
n & ille in aula permaneret tũc iter cæſaris amicos ſtatim hęc audiẽs: mutata nigra ueſte ad eũ ingreſſus: ſuggeſſit q; bello cũcta arabia conflicta: totũq; regnũ cõmotum ab Herodis exercitu fuiſſet: & lachrymis ſuſis: qngentos quidẽ cum duobus milibus arabum primates piſſe dicebat: interfectũ aũt & ducem eorũ nacebũ ꝓpinquũ & affinẽ ſibi: diuitias aũt reptis caſtello cõſtitutas depdaſſe: dum pro egritudine cõtentus obadus ei non ſuffeciſſet occurrere: quia nec ipſe nec exercitus arabum interfuiſſet. Talia ſylleo dicente: & inuidioſe inſuper addẽte: & nec ipſe rediret ad ꝓuinciam: niſi crederet: quia cęſar de pace oĩum cogitaret: neq; ſi pſens fuiſſet cõmodum eſſet cũ Herode bellum cõmittere: his dictis cæſar irritatus: pſentes herodis hoies percõtatus eſt: q tunc a ſyria ueniſſent ſi exercitũ Herodes ad Arabiã deduxiſſet. Qui cũ ei hoc dicere cõpellerentur nec cauſam facti ſuggererent ira cęſar cõmotus ſcripſit: Herodi cũcta quidem grauia: ſumma uero ępiſtolę huius erat. Olym amico nunc uero ſubiecto. Scripſit autẽ de his ſylleus arabis. Qui releuati neq; latrones ad ſe fugientes reddiderũt: nec pecũias reſtituerũt: ſed ẽt & paſcua quę mercede tenebant minime ſolito reditu poſſidebant: iudeorum rege cęſaris furore humiliato. Tunc quoq; traconitide habitantes cum arabis aggreſſi cuſtodiam iudeorũ: afflixerunt eos: non tantũ pro ſua utilitate: ſed & memoria prioris belli: per Herodem ſibimet irrogati. Quę rex ferebat perdita fiducia quã in cæſaris amicitiis habuerat: dum ſecũdo legationes ſuas ſatiſfacturas pro culpis non ſuſceptas cognoſceret. Eſtuabat etiam de ſylleo: cui credebatur a cęſare: qui pſens romæ conabatur defuncto obado rege arabum in regnum ſuccedere: multis cęſari ꝓmiſſis pecuniis: aliiſq; in aulę potentibus. Interea obado moriẽte: dinea: qui poſt arethe dictus eſt: regnum arripuit. Cæſar autem arethę minabatur q; regnare preſumpſiſſet: priuſq̃ ſibi de hoc ſcriberet. Ille uero cum donis multis Cęſari coronam auream multorum talentorũ deſtinauit:

torũ deſtinauit:& æpiſtolã p quã ſylleũ crimínabaſ ut maliuolũ ſeruũ:& obadũ uenẽis eius pemptũ:uxoreſq; arabũ ab eo adulteratas: dũ cauſas reipublicæ rege uiuente gubernaret:ímo & ere alieno ſibí uellet p pecunías príncipatũ acquirere. Quibus nullatenus aío ceſar intendens:remiſit dona. Arabía uero uel iudea pluribus malis affligebantur:dũ regũ unus qdẽ qa nec dũ firmũ iperiũ habebat p̃datores nullatenus prohiberet: Herodes aũt íratũ ceſaré p ſua uindicta uidens:oẽs illorũ iníquitates portare cogebatur. Deinde tantis circũ inſtantibus malis:iudicauit iterũ romam tranſmittere:ſi poſſet mediocriter p amícos cæſarẽ placare. Direxit aũt Nicolaũ damaſcenũ. Domus aũt eius uel filíi ſui multo peíus íllo tempore erant diſpoſiti: & licet ſine ſuſpitione nunquã fuiſſent:malũ tñ ex huiuſmodi cauſa præualuit. Cap. XVII.

Acedonius euricles:nobilis domí:malus autem animo luxurioſuſq; ad herodem
m ueniẽs multis donis eius fauorẽ cõparauit:ut ínter neceſſarios amícos eius deputaret. Quí manens apud antipatrũ:aditũ uel conſuetudinẽ cũ alexandro habebat. Nã archelaí cappadocí ſeſe dicebat hoſpitẽ:& ideo per glaphirã ualde honorabat eũ:cunctíſq; blandiebaſ. Semp aũt dicta uel facta notabat: ut exínde poſſet accuſationibus conſertis gratías Herodis conquírere:unde ſinguli exiſtímabant multũ ſibí fidelem exiſtere. Quapropter Alexander ut adoleſcens & dolẽs de his quæ paſſus fuiſſet, narrauit quam pater alienatus fuiſſet:& mater ſua interfecta ab eo periſſet:antipatrũ aũt ſibí p̃poſuiſſet:quẽadmodum ille íntolerabilía de eo patrí dixiſſet:& ad odiũ illũ íncitaſſet:ut nec ín conuíuiís cum nec conuentu dignaret adeſſe. Cũ uero talía dolens defleuiſſet:ſtatím euricles antípatro oía nunciauit dícens. Non pro mea utílitate tíbí hęc nuncio:ſed tuís ía uictus honorĩbus & rei magnitudíne:prẽcípio cauere Alexandrũ. Nã hæc non ſine dolore dícens:ineſſe ſuis uerbis audacíã demonſtrabat. Igiť antípater cũ eũ ſibi fidelem eſſe exiſtímaſſet:magnas ei donationes optulit: & deínde flectit herodí eadẽ explanare. Quí non ſicut ab Alexandro audiuerat íntímauit:ſed uerbis ſuís alíquã ueritatẽ accuſatíoní addens:animum regis jmmutabílí odío filiorũ compleuit. Quía a rege donatíonem quínquagínta talentorum accípiens ad archelaum regẽ cappadocię profectus: Alexandrũ modeſtum:uel bonum referebat:multũq; laboraſſet quatenus eũ recõcíliaret patrí. Quapropter ab íllo quoq; multa dona ſuſcipiens receſſit. Quí nec ín lacedemõía talía facere deſiſtẽs:multís iníquitatibus ímerſus:patría príuatus exceſſit. Rex aũt iudeorũ non ſicut príus contra Alexandrũ uel Arístobolum tantũmodo accuſationes audiebat:ſed & ſi nullus alíqd eí nunciaſſet:ipſe perſcrutabaſ licentíamq; dedít uolentíbus quíddam contra eos referre. Tũ uero euaredum quendam licet uellet tamẽ non líbenter accuſantẽ audíuit:qa & ipſum ut conſcium abhorrebat. Superuenít autẽ contra adoleſcentes alíquid peíus dũ omnes p̃miorũ promíſſione dícerentur:alíquid acerbum contra hos nunciare:& tãq; pro ſalute regís dicentes:etíam falſa ſuggerebant. Duo enim fuerunt Herodí fortitudíne uel magnitudíne corporís præcellẽtes: iocũdus & tyrannus noíe. Quí cũ offendíſſent regẽ expulſi:Alexandrũ ſecutí in exercitatíonibus ab eo honorabanť:pecuníaſq; & donatiões accípiebant. Quoq; ſtatím rex in ſuſpitione ductus:torquebat eos. Quí cũ multo tpe ſuſtentaſſent: poſt uicti dicebant: q; eís ſua ſiſſet Alexander Herodẽ ín uenatõe feras ſequentẽ ab equo deíicere: ut ita facíle cũ í ſuís pfoderent. Quod olím eí contigebat. Demonſtrauerunt ẽt aurũ in oppído celatũ:& p̃poſitũ uenatíonís conuincebant q; ſibí tela regalía Alexandri iuſſíonibus dediſſet. Poſt hæc princeps cuſtodię Alexandrí oppídí apprẽhẽſus torquebať: quaſi uellet ſuſcípere cuſtodíã adoleſcentium: & præbere eís in caſtello poſitas regales pecunías. Et ille quídem níhíl tale confeſſus eſt:filius uero eius iſta facta ſuiſſe dicebat:

litteraſq; porrexit: quaſi manu Alexandri factas: q̃ ita continebant. Cũ dei auxilio quę propoſuimus oia confecta ſunt, Ergo ueniemus ad dos: ſed ſicut promiſiſtis in caſtello nos ſuſcipite. Poſt hanc æpiſtolã: Herodes qdẽ de filiorum inſidiis credidit. Alexander aũt dyofantũ inquã ſcriptorẽ imitatũ ſuã manũ: & has ꝓpter antipatrũ litteras aſtute ſcripſiſſe. Diofantus enĩ talis erat. Quapropter in hmõi & aliis rebus cõiunctis interiit. Rex aũt cũ coram multitudinẽ ꝓduxiſſet in hierichunte filios & accuſatores eorũ: hos qdẽ multi manu iaculantes interemerunt. Cũq; impetũ & ſuper Alexandrũ occidendũ feciſſent, rex eos per Ptholomeũ & ferorã prohibuit. Cuſtodiebantur autẽ: ne qs ad eos ingrederetur & ſpeculabant' ne quid facerẽt uel dicerẽt. Et quid amplius. Cum dãnatorum infamia tenerent' horum unus Ariſtobolus: exiſtimas ſuã ſocrum cõdolere ſuis calamitatibus: & regẽ in odio habere: & tu inqt periculo pditiõis cõicas: dum accuſata de nuptiis ſyllei cuncta putaris ꝓdere. Hęc aũt illa ſtatim fratri nũciauit. Qui nullatenus ſeſe continens ligari eos & diſtractos ab inuicẽ quę male de patre ſenſiſſent: ſcripto porrigere præcepit. Qui pręceptis coacti ſcribũt: inſidias quidẽ cõtra eum nec cogitaſſe nec inſtruxiſſe: fugã uero meditatos: & hãc ꝓpter neceſſitatem: dũ in ſuſpitiõe uel difficultate uitã ſuã haberent. Eodem tẽpore cum ab archelao de cappadocia legatus mela nomine nobiliſſimus perueniſſet: Herodes uolens erga ſe perfidiã archelai manifeſtam facere: uocauit Alexandrũ ſicut in uinculis erat: & rurſus cõſuluit de fuga qualiter: & ubi ſtatuiſſet diſcedere: cũ Alexander ad Archelaũ dixiſſet: & ab eo ꝓmiſſum ſibi fuiſſe: ut romę deſtinaretur: nihil uero aliud neq; importunũ: aut acerbũ in patrẽ cogitaſſe: nec ea quæ per maliuolentiã aduerſariorũ cõficta eſſent uera exiſtere: ac uelle ſi adhuc tyrãnus uideret: ut q̃ſtione cautiore facta ueritas appareret: ſed hunc citius periſſe: antipatro per amicos populũ incitante. Cũ talia retuliſſet: iuſſit melam cum Alexandro ſimul ad Glafirã duci: ut interrogaretur: ſiquid ea cognouiſſet de inſidiis in Herodẽ conſtructis. Qui cũ ueniſſent: ſtatim Glafira ligatũ Alexandrũ uidens: caput ſuũ percuſſit: & ſtupefacta nimis ingemuit. Fuerunt aũt adoleſcentis & pręſentium lachrymę: & ſpectaculũ dolore plenũ: nec diu potuerunt interrogare uel reſpondere. Dein multo poſt Ptholomeo q iuſſus erat eos perducere interrogante Glafirã: ſiqd de his q̃ fiebant cognoſceret: Alexander reſpõdit. Quid nualũ hæc ignoraret q̃ aĩa mea plus mihi diligit': dum & cões filios haberemus. At illa clamauit: q; nihil cognoſceret importunũ: ſi tñ aliqd ſaluti eius ꝓdeſſet non recuſaret ẽt mentiendo cõfiteri. Alexander ãt nihil impiũ inqt: nec quod pater ſuſpicabat': qa nullatenus hoc ipſe cogitaui. Tu uero mulier: qd aliud ſciſe niſi q; ad archelaũ fugere deliberauimus: & exinde romã aſcendere. Eadẽ & illa cõfeſſa eſt. Herodes aũt in archelaũ de pfidia ſuſpitionẽ habuit: deditq; olympho & uolũnio litteras: pcipiens eas tranſmittendo per Eleuſiam ciuitatẽ cilitiæ archelao tradere: culpãs eũ q; inſidiarum particeps cũ filiis ſuis eſſet: & exinde romã nauigarent: ubi ſi Nicolaũ inuenirent aliquid ꝓfeciſſe: ne Cæſar in eadem difficultate permaneret: darent litteras uel argumenta: quæ contra iuuenes conſtructa deſtinauerat. Archelaus antem litteras accipiens: ſuſcipere ſe qdem adoleſcentes confeſſus eſt: qa prodeſſet eis uel patri: ne qd per eius diſcordiã eueniret: ad Cæſarem autem tranſmittere: uel aliud perfidum contra illum agere: nihil adoleſcentibus penitus ꝓmiſiſſe. Legati uero cum hæc audiſſent: & romam perueniſſent: litteras porrexerunt: qa cæſarẽ placatũ inuenerunt. Nam de legatione Nicolai taliter euenit: ut hic ad aulã aſcendit: primum quidem non pro quo uenerat: ſed ſylleũ accuſare deliberauit. Quod multi intelligentes: Nicolaũ adeuntes: iniqtates oẽs ſyllai nunciabant: & q; multos obadi peremiſſet: Quorũ indicia manifeſta ex litteris eius demonſtrabantur. Cap. XVIII.

Icolaus fœlicitatẽ quãdã ſibi exiſtimãs oblatã: moliebat̃ ꝑ accuſationẽ ſyllei cæ
n ſarẽ Herodi reconciliare. Sciebat enĩ: qa ſi uellet ſatiſfacere de factis eius non ꝑ
mitteret̃: ſi uero ſylleũ accuſaret: tp̃s ꝑ Herode dicẽdi poſſet iuenire. Cõſtituto er
go Nicolaus p̃ſentibus legatis arethę accuſabat ſylleũ & cum cęteris addebat regis
multorũq; arabũ ſimul iteritiũ: & pecũias quas mutuas accepiſſet ꝑ nullo reipublicę cõ
modo: necnõ & adulteria: nõ tantũ per arabiã: ſed ẽt romanaꝝ mulierũ. Addebat aũt:
quod acerbius cõcitaret regis aĩum: nihil ueꝝ docuiſſe de factis herodis. Cũq; ad hũc lo
cũ puẽiſſet: cæſar qdẽ iterrogauit: ſi Herodes exercitũ cõtra arabiã nõ duxiſſet: nec duo
milia qngentos occidiſſet: nec captiuos traxiſſet: ꝓuinciãq; deuaſtaſſet. Ad quẽ Nico
laus mñdit: ꝑ his magis ſe uelle ſuggerere: q; nihil: aut multo minus ut audierat factum
fuiſſet. Sed tu inqt ut iuſtus hæc atrociter eſtimaſti. Quod cũ ꝓter opinionẽ cęſar audiſ
ſet: & iuſſiſſet ut diceret: Nicolaus ſatiſfaciẽdo: qngẽtoꝝ talẽtoꝝ cõſcriptionẽ ꝓduxit.
In qua cautũ fuerat: licere herodi cõſtituto die trãſacto pecũiiſq; nõ redditis totã arabiã
iuadere. Introductã uero ꝑ ꝓuiciã militiã: nõ expeditionẽ dicebat: ſed multitudi
nẽ ſuas pecũias uolentẽ exigere nec cõſtituto die: ſed multo poſt itroductã. De qua re cũ ſępius
quidẽ ſaturninũ & uolũniũ procuratores ſyriæ interpellaſſet: deinde corã illis in berith
cũ ſylleus ꝑ tuã fortunã iuraſſet: itra triceſimũ diẽ pecũias ſe p̃bere: necnõ & eos q a re
gno Herodis tranſfugiſſent: nihil horũ eo faciẽte: rurſus ad ꝓcuratores herodes uenit.
Cui cũ p̃cepiſſent pignora ſumere: ſtatim ꝓuinciã cũ ſuis ingreſſus q; iſtu bellũ dicit ad
inuẽdiã ꝓcuratorũ tuorũ q hoc fieri denũciauerunt ſecundũ cõſcriptionum ſtatuta. Iſte
uero inqt non tantũ deos: ſed & tuũ numen piurans decepit. Reſtat mihi iam de capti
uis diſſerere. Latrones traconẽ habitantes: quadraginta primũ: deinde multi tormenta
factoꝝ timẽtes: refugiũ ſibi fecerũt arabiã: quos ſylleus cũ ſuſcepiſſet: cõtra oẽs hoſes ua
ſtabat terrã: quã eis habitãdã: dẽrat & lucra latrocinii cũ eis ꝑticibat̃. Spopõdit ãt ꝑ ea
dẽ ſacramenta & eos reddere: die quo ꝓmiſerat ſe debitũ ſolutuꝝ. Quid ergo? Poteſt ne
monſtrare in præſenti queq̃ aliũ ex arabum prouincia quã hos abſtractos quos refero:
nec cunctos ut ait: ſed q nequaq̃ latere potuerunt. Ita ergo. calumnia de captiuitate de
clarata: maximũ cęſar intellige mendaciũ: & falſitatẽ ad tuã excitandã irã ab iſto cõfi
ctã. Nã cũ ingreſſus arabiã noſter exercitus fuiſſet: & unus uel alter de ſociis herodis cõ
cidiſſent: coactus reſiſtere: nacebũ ducẽ eoꝝ: cũ uigintiquinq; proſtrauit. Quorũ ꝑ uno
quoq; centũ iſte referens: duo milia quingentos periſſe dixit. Hac oratione cęſar ꝓmo
tus: & ad ſylleũ cõuerſus: furore plenus: interrogauit quanti arabũ periſſent. Qui cõtur
batus: erraſſe ſe dixit. Deinde pacta debiti legunt̃: litteræq; imperatoꝝ & ciuitatũ quæ
latrocinia criminabant̃. Mutatus ergo cæſar: ſylleum qdẽ mortis ſententia damnauit:
Herodi uero reconciliat̃: ſatiſfaciens: q; ex falſa criminatione atrociter ei ſcripſiſſet. Nã
ita ſylleo reſpondiſſe perhibet̃. Quis eſt iſte: qui me ĩpulit mendoſa ſuggeſtionẽ uirum
mihi amicũ offendere. Sylleus qdẽ pecũias creditoribus redditurus & poſt puniendus
deſtinatur. Cæſar aũt adhuc iraſcebatur arethæ: qa principatũ non ſuis p̃ceptis: ſed ꝓ
pria p̃ſumptione cœpiſſet. Cogitabat ergo & arabiam Herodi tradere ſed impedierunt
litterę quas rex miſerat per olymphiũ & uolũniũ. Qui cũ cęſarẽ audiſſent placatũ: ſta
tim præcepto herodis litteras uel probationes quas de filiis miſerat porrexerunt. Quas
cũ cęſar legiſſet: princpatũ alium addere ſeni & male ſentiẽti de filiis nõ ęſtimauit. Vi
dens ergo legatos arethæ: & ĩproperans q; temerare niſus eſſet nõ ab ſe regnũ accipere:
dona ſuſcepit: & principatũ ei firmauit. Cap. XIX.

h Erodi uero ſcripſit: q; placatus ei fuiſſet & de filiis eius contriſtaretur: p̃cipiens ut
ſiqd acerbum contra eum pręſumpiſſent: perſequeretur tanq̃ in patris pręuarica

Vibuſdā aūt iudęorū uidebatur ideo periſſe Herodis exercitū q̄ in eū ſatis iuſte indignatio diuina cōmota ſit: p uindicta iohannis: q uocabatur Baptiſta. Hunc enim Herodes occidit: uirū ualde bonū q̄ præcipiebat iudęis uirtuti operā dare: iuſtitiā colere: in deū ſeruare pietatē: & p baptiſmū in unū coire: tū demū eni baptiſmū acceptabile fore: ſi non ſolū ad abluenda peccata ſumatur: uerūēt ad caſtimoniā corpis atq̄ ad aīæ iuſtitiā purificationēq̄ ſequetur: oīumq̄ pariter uirtutū uelut ſignaculū & cuſtodia quędā fidelis habeat. Quæ cū ab eo p̄cepta hmōi docerentur: atq̄ ad audiēdū eū p plurima multitudo concurreret: ueritus Herodes: ne forte doctrinę eius perſuaſio ne populi a ſuo regno diſcederent: uidebat enim: q̄ pręceptis eius ac monitis parata eēt plebs in oībus obedire melius credidit priuſq̄ noui aliquid fieret: pręuenire hoīem nece: quā poſtmodū turbatis rebus: ſerā pœnitudinem gerere. Ex ſola hac ſuſpitiōe Herodis uinctus in caſtellū macherunta abducitur iohannes: ibiq̄ obtruncatur. Iudęis aūt ſicut iā diximus uidebat pro eius ultione interitū illius exercitui deū importaſſe quo herodes ſumpſiſſet digna ſupplicia. Vitellius uero cœpit oīa pręparare: ut bellū cū Aretha peragere. Sumens igit duas legiones: & peditum & equitum uniuerſam manum: cūctoſq̄ auxiliarios ex regibus qui ſub romanis erant ſimul adducens: pergebat per iudeam tranſitū facere. Sed uenientes in occurſum eius primates iudęorum: poſtulabant ne per corū regionem iter ageret: ne compellerentur contra legē ſuā imagines & ſigna ſuſcipere. Quibus auditis ille perſuaſus: mutata ſententia quā ante conſulto prouiderat: per cāpū magnū ire p̄cepit exercitū: ipſe aūt cū herode tetrarcha & amicis aſcendit hieroſolymā de hoſtias immolaturus. Nā dies feſtus iudęorū propinquus inſtabat. Ad quā feſtiuita tē occurrens: fauorabiliter ac decenter ab omni multitudine iudęoꝝ exceptus ibiq̄ per ea gēs dies feſtos: iōathan pōtificali remouit officio: quod theophilo eius fratri cōtradidit. Quarto aūt die allatæ ſunt illi litterę: in quibus ſignificabatur mors tyberii: & ut oēm multitudinē cōgregās: ad deuotionē Caii: iurare compelleret. Milites quoq̄ & auxilia cuncta ad loca propria dimittebat: q̄ bellū iā gerere nō ualeret neſciens Caii ꝓpoſitū: in quē poteſtas rerū tranſlata cōſtaret. Dicebatur ēt q̄ hoc arethas ex augurio antea cognouiſſet. Nā cū ad eū uitellius nūcium belli miſiſſet: fertur uitellii miſtibus reſpondiſſe: impoſſibile eſſe prorſus: ut ad petreos romanus exercitus aduenerit: antea enim unū ex principibus moriturum: uel eum qui bellum imperauiſſet: uel illum qui imperantis propoſito miniſtraret: uel illum aduerſus quem prœlium pararetur. Vitellius interea in antiochiam repedauit. Agrippa uero Ariſtoboli filius: anno anteq̄ tyberius moreretur romam uenit: uolens apud imperatorē agere: ut ſibi aliquam tribueret poteſtatem. Volo igitur plenius explicare: de uniuerſo Herodis genere: qualiter fuerit propagatum: ſimul enim & ſermo ad hanc hiſtoriam pertinens amplius enitеſcet: per quem probabitur nihil prodeſſe uel exercitus uim: uel corporis ualitudinem: uel alia quæ uidentur mortalibus appetenda: ſine pietate qua colitur deus. Siquidem intra. c. annorū ſpaciū præter paucos: nā admodū plures erant: cuncta Herodis origo conſumpta eſt. Super hæc ēt ad humilitatē & modeſtiā hnmanum genus adducitur: cum illius familię calamitates audierit poſtremo etiam: omnis res agrippæ declarabitur: digna maiore miraculo: qualiter & priuatus & abiectus ad tantā magnitudinē poteſtatis aſcendit: quod nullus ſcientium eum de illo homine aut ſperare poſſet: aut credere. Dixi quidem etiam antea de his: tñ nūc quoq̄ diligentius explanabo. Herodi maiori fuere ex mariāne hyrcani filiæ duę: ex quibus una: ideſt Salome nupta fuerat faſelo nepoti ſuo: filio faſeli fra

tēplum & cū cœnasset:tēpusq; quiescendi ueniſſet uniuersæ ianuæ a ſacerdote claudun tur.Cūcta quoq; lumina ſubtrahuntur:mundus aūt intro latebat occultus.Qui poſtq; factū ſilentiū eſt ad mulierē deuenit.Illa aūt exiſtimans deū eſſe reuerenter accipit:atq; ita cū ea mundus pnoctans:circa uicinū lucis abſceſſit.Illa aūt mane facto cōſurgens: atq; ad ſuū uirū ueniens:aduentū ad ſe numinis enarrauit.Similiter ēt loquitur ad ami cas:magnā ſibi ex hoc glorificationē reputans ꝓueniſſe:& qa uerba quoq; ad illā feciſ ſet: anubius indicabat.Sed ex audientibus alii non credebant:naturā inſpiciētes rei:ps aūt credebat: qa dū uerū ad miraculū ducebant:pudicicią attendentes:dignitatēquoq; referebant. Tertia uero die poſtq; factū eſt occurrens ei mūdus:o paulina inquit: ſalua ſti mihi.xx.miriadas:quas poſſes familiaribus tuis rebus adiicere:nūc aūt nec meis po ſtulationibus defuiſti:& damnificatione liberaſti.Nā in tēplo tota nox a te cū mundo peracta eſt:nec mei nominis ītereſt uoluptate ꝓcepta.Nihil ad pficiendū negociū ob ſtat:q; anubius uocitatus ſum.Et ille qdē talia locutus abſceſſit: illa uero in mentē ſuā rediens:tunc primū illud facinus intellexit:& ſciſſis ꝓtinus ueſtimentis ad uirū cucurrit:factionēq; aperuit:tā magni facinoris deprecata:ne ſuā iniuriā negl exiſſet.At ille i peratori cuncta denunciat. Tunc tyberius diligenter cauſam examinans:uniuerſum ſa cerdotū ſcelus ĩuenit:& ipſos qdē cū ipſa q̄ cā totius iniquitatis extiterat: adegit in cru ces:tēplū aūt ipſum funditus euertit:ſtatuamq; iſidis in tyberim fluuiū iactari ꝓcepit: mundū aūt exilio condemnauit:dignū eū maiore pœna non iudicans:q; amoris uche mentia deliquiſſet.Et ea qdē q̄ in templo iſidis ꝓuenere:tali fine cōcluſa ſunt . Nūc ad rem redeo:ut explicē q̄ iudeis romę eodē tpe contigerunt:ſicut ēt ante ꝓſtrinxi.Erat q dē uir genere iudeus: de ſua patria ꝓfugus:accuſabaē aūt legaliū tranſgreſſione ꝓcepto rū:unde apud ſuos quoq; reus habebaē: ēt malignus in oībus.Iſte ꝑ multos dies legē ſe moſi exponere ſimulabat:& tres uiros in omnibus ſimiles ſibi conſocians:ſeducunt Fulniam quandā unā de cetu nobiliū ut legi iudaicę animū ſuū dederet . Cui perſuade bāt:ut oſtri & auri plurimū in hieroſolymā mitteret:tēpli ornatui ꝓfuturū . Quod illi ſumentes ꝓpriis uſibus abſumpſere:ꝓpter quod ēt argumētis & fallaciis antea cuncta peregerant. Tunc tyberius:nā & totū negocium ſaturninus inſinuat:uir Fuluię pariter amicus & curator iubet roma cunctos iudeos excedere . Cōſules uero quatuor milia ex iudeis militantes mittunt in ſardorū inſulam:plurimos aūt militare nolentes ꝓpter le gis paternę cuſtodiā affecere tormentis:atq; hoc mō ꝓpter nequitiam quatuor horum uniuerſa multitudo pellitur ex urbe.Sed neq; ſamareos; gēs turbis fuit exps:uel tumul tibus aliena.Hos.n.puertit uir qdā mentiri ꝓculdubio iudicās caphedon noīe:q oēm plebē ſuaſionibus artificioſis induxerat ut in montē garizim oēs accurrerent:q; eū ſan ctum haberent ac uenerabilē.Pollicebaē enim ſe aſcendentibus oſtenſurum uniuerſa uaſa:q̄ ibidē a moſeo fuiſſent obruta.At illi perſuaſi uerbis illius armantur: & cōfidūt in quodā uico:cuius eſt nomen tirathua:atq; hincinde plurimos cōgregabāt:ut cū ma xima multitudine montē aſcenderēt.Sed hos in ipſo aſcenſu pilatus occupat:oēm equita tū ꝓcedere iubēs:& ductu uelociſſimos:atq; ibi circa memoratū uicū pugna cōmittiē: & alios obtruncāt:pleroſq; in fugā uertunt:maximā partē capiunt:quos; ſeditioſis prin ceps uel eos q in fugiendo tunc plurimū ualuerant:pilatus interfecit. Cap.XI.

Ed ex hoc ſameos; gente turbata cuncti priores ad uitelliū ueniunt:q ꝑ id tps ge
§ rebat principatū ſyrię:atq; apud eū pilatū accuſant:q; iniuſte tantos occiderit,

Non enī a rōanis diſcedendo: ſed iniuriā Pilati declinando:in tyrathua cōgrega tos eſſe promebant. Tunc Vitellius marcelliū unū ex ſuis amicis q curaret in iudæa cō ſtituit.Pilatū aūt romā pergere: ut de his quę a iudęis accuſabaē:ſe in iudicio Cæſaris

expurgaret. Tũc Pilatus postꝙ in iudęa decimũ cõpleuit annum: pergit romã Vitellii iussione cõpulsus: nõ enĩ posset eius dispositionibus reluctari. Sed anteꝙ pilatus romã ueniret: Tyberius ex humanis rebus abscessit. Cap. XII.

Itellius aũt ueniens in Iudęam: ascendit hierosolymã: & erat forte tũc festiuitas a maioribus instituta: qꝙ Pascha uocat. Vitellius itaqꝫ magnificus ac munificus extitit in populos: nam & uenaliũ rerum p̃cia leuigauit: & in aliis plurimis circa eos liberalis apparuit: sed ẽt stolam pontificis: uniuersumqꝫ eius cultũ atqꝫ ornatũ in tẽplo haberi pmisit: & sub pontificũ potestate seruari secundũ institutionẽ moris antiq. Nã anteꝙ Vitellius uenisset: in Antonia seruabatur. Arx enĩ hmõi noie censebatur. Vt aũt ibidẽ seruaret: talis extiterat causa. Pontificũ qdã Hyrcanus noie: unus ex multis: ná plures hoc uocabulo fuerant nuncupati: prius in loco tẽpli uicino tabernaculũ construxerat: & ibi ex maxima parte degebat: ubi ẽt stolã põtificalẽ habuit. Nã custos eius extabat: ꝓpter quod ea soli licebat induere: quando intrabat tẽplũ. Cæterũ quando in ciuitatẽ exiebat: priuatis indumentis utebaꝰ. Hãc itaqꝫ cõsuetudinẽ & ipse & filii eius: & eorũ filii multo tpe conseruabãt. Sed postꝙ Herodes accessit in regnũ: illud tabernaculũ oportuno loco sibi existimans situ opulentius cõstruit: & Antoniã ex nomine Antonii: qꝫ ei amicus erat appellat: sed ẽt stolã sicut eã ibi reperit: ita ẽt præcepit custodiri existimãs ex hoc nihil seditionis aduersus se populũ cõmoturũ. Similiter ẽt fecit Archelaus filius eius: postꝙ Herodi successit in regnũ. Et deinde Archelao excluso: a romanis seruabaꝰ stola pontificis in illo tabernaculo ex lapidibus fabricato: sub sigillo sane pontificũ & in gazofilatio habebatur: a quo & cætera tẽpli ornamẽta & candelabrũ quoqꝫ seruabaꝰ: quod tantũ ꝓ dies festos ad usum pontificũ tradebaꝰ. Transacta uero festiuitate: iterũ in loco ꝓprio reponenda reddebaꝰ: & ꝓ tres utiqꝫ festiuitates singulis qbusqꝫ annis & ꝓ ieiunia dabaꝰ atqꝫ reddebaꝰ. Vitellius aũt tunc secundũ morẽ antiquũ stolã illã pontificũ potestati contribuit neqꝫ permisit: ut quando usui opus esset: a gazofilatio peteret. Hoc itaqꝫ beneficium iudęis indulgẽs pontificẽ Ioseppũ cognomẽto Caiphan sacerdotali remouit officio: cui Ionathã filiũ Anne in põtificale ministeriũ subrogauit. Quæ cũ egisset: tunc confestim quod in antiochiã ducit ingreditur. Mittit ẽt Tyberius ad Vitelliũ litteras: iubens ei: ut amicitiã cũ Artabano parthorũ imperatore cõficeret. Terrebat enim eũ: qꝫ inimicus extaret: & Armeniã inuasisset: ne forte amplius eius concepta ꝓgrederetur audacia: monetqꝫ ut nõ aliter eius amicitię crederetur: nisi suos filios obsides põbuisset. Hęc itaqꝫ ad Vitelliũ scribente Tyberio: ille magnis muneribus persuadet hibeoꝝ: & Iabanoꝝ regi: ut cũ Artabano sine ulla dilatione pugnaret. At illi a pugna qdẽ abstinent: uerum scithas concesso eis transitu aperientes caspias pilas: in artabani regiones imittunt: atqꝫ ita deuastaꝰ armenia: omniscꝫ terra parthorum hostibus impletur & cladibus. Nã primi eoꝝ passim ubiqꝫ perimũtur: turbis & luctu cuncta cõplentur. Filius ẽt ipsius ꝑatoris in ea pugna perimitur cũ exercitu numeroso. Nam multę miriades ibi defecere parthorũ: ipsumqꝫ Artabanũ per munera Vitellius corruptis amicis eius: & cõsanguineis pene perdiderat. Sed cũ dolos itelligeret Artabanus: seqꝫ circunuentũ irremediabiliter agnouisset: nã erant plures q ei insidias parabant: cũ paucis fidelibus ad superiores Satrapias abscessit atqꝫ ita se insidiantium dolis eripuit. Postea uero magnã manũ decoarũ suorũqꝫ congregans: cũ resistentibus sibi pugna cõgreditur: & superans suũ turatus est principatũ. Hæc Tyberius audiens iussit postea cũ Artabano amicitiã fieri: quod ẽt ille libenter amplectitur. Hoc aũt quando gerebatur: circa Eufraten fluuiũ erant Artabanus & Vitellius: atqꝫ ibi de pacis fœdere conlocuntur: in medio sibi ponte fluminis occurrentes: paucos secũ uterque q sibi munimento

fo. cc ꝙ forent

tris Herodis:hãc enĩ pater ipſe tradiderat:altera uero:ideſt cypris antipatro:ẽt ipſa nepoti qdem Herodis: filio aũt ſororis eius Salome. Et faſelo qdem ex Salome procreantur filii.v.antipater:herodes & Alexãder:filię autem Alexandra & cypris:quã in coniugiũ acceperat Agrippas filius Ariſtoboli. Alexandrã aũt honorabilis uir Cyprianus ex nobilibus habebat uxorem:ſed nullos ſuſcipiens filios cypris emoritur. Verũ ex Agrippa qdem pueri procreantur duo: filiæ aũt tres:berenice:mariãne:druſilla. Agrippa aũt & druſus pueri uocabantur:quorũ druſus:anteq̃ ad adoleſcentiã ueniret emorit. Agrippa aũt a patre nutriebatur. Herodes aũt & Ariſtobolus:& berenice:ẽt hii quoq; filii fuerũt Herodis maioris:berenice aũt cuſtodibari fuit & Salome filia ſororis Herodis. Hos Ariſtobolus infantulos dereliquerat:occiſus a patre cum Alexãdro fratre:ſicut ante iã diximus. Sed hii poſtq̃ adoleuerunt:ducunt quidem Agrippę frater mariãnẽ filiã olympiadis:Herodis regis filiæ:& Ioſippi qui erat Herodis regis frater Ariſtobolũ. Tertius aũt Agrippę frater Ariſtobolus ducit iotapatam Sigerãmi filiã emeſorũ regis: ex qbus naſcitur puella cuius audiendi ſenſus fuerat obiuratus nomine iotapata:& iſti qdẽ maſculoꝝ filii fuere:Herodiadis quoq; erat his ſoror progenita:quę herodi herodis maioris filio fuerat iuncta:quẽ ex mariãne ſuſceperat Symonis pontificis filia. Ex iſtis etiã Salome filia procreatur qua procreata: herodiadis legẽ paternã tranſgrediens: Herodi coniungitur: fratri uiri ſui:exuno patre progenita:uiuum deſerens uirum. Hic autem cui coniuncta eſt:tetrarchiã habebat galileæ:filia uero eius Salome Philippo filio Herodis nupta eſt:tetrarchę traconitidis regionis. Sed iſto fine filio moriente Ariſtobolus eã in coniugium ſuſcepit: filius Herodis:frater Agrippæ. Ex qbus filii quoq; naſcũtur.iii. herodes:agrippa:ariſtobolus. Et Salome qdem tali modo ꝓlapſa propagatur. Ei autẽ ex antipatro filia ꝓcreatur cypris: quã alexas ſelcias ſumit uxorem. Alexe uero huiuſq; mulieris filia:fuit itẽ cypris. Herodes aũt & Alexander:quos fratres diximus antipatri: ſine filiis moriuntur. Alexãdro autem Herodis regis filio qui a patre fuerat iteremptus: Alexander & Tygranes filii generant:ex archelaicha pradocoꝝ regis filia & tygranes quidẽ cum regnaret i armenia:accuſatus in roma:ſine prole defungitur. Alexãdro ãt tygranes omonimus fratris eius gignitur filius. Et iſte Alexãder q duxit antiochi cõmagenorũ regis filiã iotapatã uoie:leſidi cilicię ciuitatis a ueſpaſiãno rex efficit. Et alexãdri qdẽ origo eõſeſtim ut pullulauit:culturã gentis ſuę dereliquit:ad ritus trãſiens moreſq; gentiliũ:cęteræ uero filię herodis:nullã ꝓlem pœnitus habuere. Herodis aũt quã memoraui ꝓſapia ꝓmanſit uſq; ad tẽpus quo agrippa maior regnũ accepit. Cap.XV.

Is itaq; de Herodis genere declaratis:nũc de agrippa narrabo:uel qualis illi adh uerſitas fortunę ꝓuenerit:uel qualiter oẽs calamitates effugerit:atq; ad magnã dignitatẽ poteſtatẽq; conſcenderit. Ante paucũ igitur tempus q̃ rex Herodes de uita diſcederet:agrippa apud romã erat: ubi maximã familiaritatẽ cũ druſo tyberii filio conquiſierat:& cum Antonia druſi maioris coniuge:propter quod hęc matrem eius in honore magno hẽret:& uenerabiliter appellaret. Agrippa uero magnus & natura largus exiſtens:& ad donandũ ualde munificus uiuente quidẽ matre ſuã uoluntatẽ non ualebat oſtendere:ueritus ne illã in aliquo contriſtaret. Mortua uero matre:& proprii factus arbitrii: cœpit opes ſuas abundanter effundere:& alia qdẽ quotidiani uictus gratia opulẽter erogaret:alia muneribus in diuerſis expenderat plurima uero i libertis cęſaris dabat:q; ꝑ eos poſſet aliquid adiuuari. Proinde hoc mõ ſemetipſum exhibens:breui ad magnã penuriã egeſtatẽ peruenit. Acceſſit ẽt illi aliud:unde romę ꝓmanere ꝓhiberetur. Cõtigit enĩ tyberii filiũ mori. Quo mortuo: Tyberius ꝓhibuit oẽs amicos filii ſui omneſq; familiares ante faciem ſuã accedere:ne illis uiſis recordatiõe filii facta:dolor ci

luctuſq; moueretur. Ob hanc igitur cām in iudeam agrippa nauigando perrexit: uidēs ſe apud romā miſerabiliter uiuere: propter quod omnes ſuas opes amiſerat: & nullus illi aditus eſſet: unde poſſet aliquos queſtus hēre: nā multas ēt ibi pecunias ſub fœnore acceperat: a qbus cū urgeretur: unde debitū cōſolueret: non habebat. Defectu igit cōſilii & cōfuſione q; ſe aliter uideret: diſceſſit in quandā turrē quę in malathoes fuerat conſtituta: addicens ſemetipſum: ut de hac luce defungeret. Quæ cū uxor eius cypris ita eſſe ſentiret: cœpit omnibus modis laborare: ut eū a morte prohiberet. Inuenit ergo cōſiliū: ut ad ſuam ſororē herodiadē ſcriberet: quam herodes tetrarcha uxorē acceperat itimās ei in qbus agrippa eſſet cōſtitutus uel qualiter ſe uellet morte damnare: oportere illam ꝓpter conſanguinitatē auxilium ferre. Illi uero euocantes agrippam: habitationē illi in tyberiada conſtituūt: & aliquantū eris per ſingulos dies: quod ad uictum eius ſubminiſtraretur dare pręcipiunt. Sed in hoc Herodes non multo tēpore perſeuerat licet ēt ipſa quæ darentur ſufficientia non fuiſſent. Nam cū aliquo die per uinū hoc Herodes exprobraret agrippæ: agrippa impatiens exprobratiōis abſceſſit: atq; inde perrexit ad flaccū uirū cōſularem cum quo romę amicitiā non paruā induxerat. Is enim tūc gubernationem ſyrię diſpēſabat. Cumq; ſuſpectus eſſet a flacco: apud eum interim degebat. Retinuit ēt ibi flaccus Ariſtobolū fratrē agrippæ: ſed ſimulate diuerſum: haud ſane per hoc in aliquo prępediebantur: quo minus amicitiam conſulis honoremq; mererent. Sed nō tamen Ariſtobolus aduerſando ceſſabat: donec eum flacco quoq; reddidiſſet inuiſum huiuſmodi cauſam offenſionis iueniens. Damaſceni cū ſydoniis pro militibus certamē exercebant. Cūq; inter eos flaccus auditurus foret: illi cognoſcentes agrippā: qđ apud eum plurimū poſſet: rogabant ut eoꝝ partis fautor exiſteret argentū ei plurimū ꝓmittentes. Et ille quidem omnia ſtudioſe gerebat: q; damaſcenis ſuffragaretur auxiliū. Ariſtobolus aūt: nō enim eū latuit pecuniarum quæ fuerat facta ꝓmiſſio: cauſam deportat ad flaccū. Quæ cū fieret examinatione manifeſtior a ſua gratia repellit agrippā. Ille au tē extrema penuria circūſeptus ad ptolomaidā pergit: atq; ibi neceſſitate rei familiaris ſtrictus: cōſiliū capit in Italiā nauigandi. Sed cū eū ſumptuū ꝓhiberet inopia: marſiū libertū ſuū rogabat ut ei in tanto molimine adiutor exiſteret: ab aliquibus pecunias mutuando: & marſias primū quēdā berenice matris agrippæ libertum ſed iure teſtamenti eius: factū ditionis antoniæ: poſtulat ut ei aliquas pecūias daret ſcriptura & fide mediā te. Ille uero querebaē de agrippa ꝓ cuiuſdā fraude pecuniæ: & compellit marſiam: ſub cautione dare miliū atticarum facereq; ut duo milia minus qngentos acciperet. Ille porro cōceſſit: qa nō erat aliud quod egiſſet. Sumpta itaq; pecunia agrippa athedonā uenit & reperiens nauē tunc ꝓpoſitū pagebat. Hoc agnoſcens erēnius capito: iannię curator milites mittit: ut ab eo argenti. xxx. miriadas exigerēt: quæ romæ theſauris Cęſaris debebantur. Quicq; ueniētes: agrippam pecuniam dare compellunt. Ille uero facturum ſe quod uidebatur aſſimulans: nocte Alexandriam profugit: ubi Alexādrum depręcatur alabarthum: ut ei. xx. miriadas mutuas largiretur. At ipſe quidem ſibi daturum ſe nō ꝓmiſit. Cypriæ aūt ſimilia poſtulanti nō abnuit: obſtupeſcēs ſtudiū dilectionis eius erga ꝓprium uirum: & q; eam uidebat honeſtatis cuncto genere decoratam. Alexāder igit quinq; illis talenta in Alexandria mutuaē: ꝓmittens: ut cū inde Archeā ueniret: ibi reliquum daret: timens Agrippam: q; eſſet in expenſis profuſior. Et Cypris qdē exinde uirum in Italiam nauigaturum dimittens: ipſa cū filiis i Iudeam reuertitur. Agrippa uero puteolis appulſus: ępiſtolam ad Tyberium Cęſarem ſcribit: qui tunc capraris agebat: ꝓſentiam ſuā ſignificans: ut dignus fieret uultui cęſaris appere: quo cōtinentiā ab eo mereret. Petebat ergo: ut ei capręas uenire cōcederet. Tyberius aūt nihil dilatiōe ꝓducēs

clementer illi & humane rescripsit: inter alia quoq; se gaudere significās illū ad se sospitē repedare. Cūq; ille cāpas adueniſſet: nihil minus ei cęſar alacritatis exhibuit: q̄ p litteras ostēderat. Nā & amplexatus est eū: & magnifica hospitalitate ſuſcepit. Sed postero die allatis litteris ab herēnio capitone: in q̄bus ſignificabat: q; agrippa. xxx. miriadas debens ſoluendo nō adeſſet: & ob id tēpore quo ſe ſpoponderat reddituꝝ ꝓfugit ex acto res deuitans animus cęſaris imutatus est. Nā cū illā legiſſet epiſtolā: indignatiōe cōmotus: ingreſſum ad se interdixit: donec ab eo debitū redderet. Ille autē nequaq̄ ex cæſaris indignatione cōmotus: antoniā deprecabatur germanici matrē: & Caiū: qui postea cæſar effectus est: ut ei. xxx. miriadas mutuas impartiretur: ne ab amicitia tyberii decidiſſet. Illa uero berenicę matris agrippę recordatiōe nā se hæ mulieres admodū diligebāt: ſiq̄dē pariter Caio lac prębuerant: pariterq; illū enutrierant: argentū quod postulat impetitur. Quod cū ꝓ debito reddidiſſet: nullomō post hęc ab amicitia tyberii ꝓhibet. Deinde tyberius cæſar eū ſuo nepoti coniunxit: iubens: ut ei in oībus ꝓceſſionibus adheſiſſet. Agrippa nero: ꝓpter quod ab antonia cū magna gratia fuiſſet exceptus: cœpit oī nisu agere: ut Caium eius filiū in oībus accuraret: qui fauore matris in magnis habebatur honoribus. Erat ibi forte q̄dā genere ſamareus libertus cęſaris: ab eo mutuat miriadas centū: ex q̄bus antoniæ reſtituit quod debebat: ex reliquo autem Caiū amplius accurabat: unde apud eū maiorē adipiſcitur dignitatē. Per dies igit agrippa circa Caiū in melius ꝓcedēte: quodā die ſermo fit de tyberio. Cūq; agrippa ex affectu uota ꝓfunderet: ut celeriter defuncto tyberio. Caio daretur Imperiū. quē meliorē dignioremq; in oībus eſſe firmabat: inter auditores hoꝝ uerboꝝ forte fuit quidam etiam cuthicus agrippæ libertus & auriga: & tunc quidem ſilentio quod audiuerat tradidit: postea uero cum eū agrippa furti argueret pro ueſtibus aliquibus: & reuera aliqua ueſtimenta ſubtraxerat fugiens comprehenditur. Cunq; ad piſonem duceretur: qui tunc cuſtos fuerat ciuitatis: cauſam fugę requiſitus: uerba quædā ſecreta cæſari ſe nūciare dicit: eius munimini ſalutiq; profutura. Proinde uinctum mandat ad capreas. Tyberius aūt more ſuo utens: habuit eū in uinculis cuſtoditū. Magnā enim ſollicitudinē ꝓ ſemetipſo gerebat: ſup quēlibet aut iperatorē cogitans aut tyrannū. Nā neque legationes facile ſuſcipiebat: neq; duces ſuorū: uel curatorum: uel aliorum in cæteris conſtitutorum officiis remotiones: uel ꝓfectiones celebrabat: niſi forte: cum quiſq̄ in aliqua deprehēderetur offenſa. Alioquin nulli ab eo dabatur niſi morte ſucceſſio nā uinctorum aliquas ſecretas denūciat omnes ſuſpectas habebat. Vnde cū amici cauſam huius diſpoſitionis inquirerent reſpondiſſe fertur legationē uinctorū ſe quidem ideo nec facile ſuſcipere nec cito dimittere ne cęteri uidentes alios facilius absolutos: ex hoc plures ad se uenire incitarentur & ſibi frequētia legatorū moleſtiā inquietudinis apportaret preſertim cū neceſſe eſſet ēt eis dona largiri. Magiſtratus aūt ſemel datos ideo ſe iugiter pmittere dicebat illis quibus fuerint concelli q; intelligeret conſuli p hoc & pstari ex magna pte ſubiectis. In natura nāq; oēm adminiſtrationē hoc habere firmant: ut circa opes acquirendas faceret hoīes ſtudioſe ſe ſtimare. Cum ſibi non ſe aliquis perennem in officio pmanere proſpexerit: manifeſtū: q; oē gerat ſtudium: ut anteq̄ arceat officio: q̄ plurimū poſſit acgrat. Vnde quoq; ad furta plurimi & rapinas concitantur. Si uero perſeueraturos ſe in adminiſtratiōibus certo cognoſcant licentia plurima cōquirēdi pigriores & quietiores fiūt ad furta uel fraudes aliquas faciendas. Cū aūt celeres ſucceſſiones dant hominibus: nequaq̄ ſubiecti ſufficiūt ducibus deprędantibus quibus largitas non est tpis attributa quo repleti eſſent ſtudiū omne lucrandi deponere. Exemplum ēt eis ꝓferebat quendam uulneratū: ad cuius uulnus muſcæ congregabantur plurimę. Quē quidam tranſeuntium cū uidiſſet: miſeratus

eſt eius calamitatẽ: ratuſq; q; imbecillitate nimia muſcas illas a ſe nõ poſſet abiicere: & opus haberet alterius beneficio: interrogauit eum cauſam cur ſibimetipſe nõ auxiliaret molestiam repellendo muſcarum. Cui ille reſpondens amplius inquit mihi leſionis importas: ſi has præſentes fugaueris. Iſtę quidem iam repletæ ſanguine: non eo modo molestę ſunt: quin etiam aliquãtulum remiſſius inſiſtũt: ſi uero his amotis aliæ famelicę cõgregentur: ita illud uulnus inuadunt: ut etiã ſi intereant: non ualeant effugari. Propterea igiẽ & ſeipſum dicebat ſubiectis per rapinas iudiciũ fatigatis cõſulere: per hoc quod non crebro in adminiſtrationibus alios ſubſtitueret: qui more muſcarũ cum naturaliter ad lucra referent̃ tum ẽt remotionis timore: amplius incitarentur ad rapiendi cupidinẽ. Teſtificatur autem huic meo ſermoni q; huius eſſet naturę tyberius: ipſum eius opus inſpectum: quomodo quidem duobus & .xx. annis imperio actis: duos tantum diſpẽſato res in iudeam miſit: quorũ illa gens gubernatiõe regeretur: Gratum atq; Pilatum: q ei ſucceſſerat: nec in ſola iudea forte talis extitit: ſed etiam in cęteris regionibus non aliter apparuit. Sed ẽt uinctorũ examinationes ſe differre ꝓpterea dicebat: qa ſi cõdẽnati morerent̃ liberatio ꝓ hoc hominũ malignorũ imminentiũ illis adeſſet: cum uero in cuſtodia tenerentur maiorem illis ſicut meriti eſſent iferri calamitatem. Propter has igitur & huiuſmodi cauſas etiam Euthicus auditus non fuerat: ſed retinebatur in uinculis. Tempore uero procurrente: tyberius ex capreis tuſculanum uenit: diſtantem a roma interuallo ſtadiorum cẽtum. Agrippa uero rogabat antoniam: ut ageret: quo euthici aduerſum ſe diſcuteretur accuſatio. Honorabilis quippe apud tyberium habebatur antonia & cognationis & dignitatis gratia: nã druſi fratris eius extiterat: ſed etiam uirtute pudicitię. Aetate nãq; uiridi uiduata permanſit: ſpernens ſecundi uiri coniugium: cum etiã a ſebaſto cuicunq; nubere iuberetur: omnemq; ſuã uitam liberã detractionibus geſſit. Tyberio quoq; beneficium grãde prę ſtiterat: cum fuiſſent a Seiano inſidię ꝑparate: amico uiri ſui: & potẽtiam magnam tũc habente: eo q; multarũ tunc mulierũ ductor exiſteret & q; in cõſiliũ eius plures ex nobilitate cõcurrerẽt: libertorũq; ſe ad eũ magna manus addiderit: ſed & militia omnis fuerat ante corrupta. Igiẽ oĩbus ꝑ dies augmẽtũ accedebat inſidiis: & pene ſeianus totum opus impleraſſet: niſi Antonia ſeiani malignitate prudẽtior ſuã exercuiſſet in hac cauſa fiduciã. Nã cũ cognouiſſet: quæ de tyberio tractarẽtur: ſcribit ad eũ oĩa diligẽter: & per Pallantem quẽdam ſeruos ſuorum fideliſſimum: litteras in capreas deſtinat ad tyberiũ. Ille aũt inſinuata cognoſcẽs ſeianum cũ conſciis uniuerſis interimit: Antoniam autem licet ẽt ante uenerabilem haberet: uenerabiliorẽ tamen ex eo habuit eiq; in oĩbus obediebat. Ab hac igiẽ tyberius rogatus ut exanimi daret euthicũ: ſiqdẽ inquit tyberius mẽdacium eſt: aduerſus agrippam quod dicitur: meritũ habebit euthicus dignũq; ſibi ſupplicium: ſi uero in examine datus: quæ dicit uera claruerint: illũ qui cauſam examinari compellit omnis pena reuertetur. Sed agrippa cum ei hęc ab Antonia dicerentur magis inſtabat: dep̃cans examinationẽ cauſę fieri. Antonia uero: non enim ualebat agrippam contẽnere: q; erat uehemens in petendo: tẽpus oportunum inueniens: procedente etiã agio eius filio & agrippa pro meridiano: iam quippe panci proceſſerant poſtulabat tyberiũ: ut uocato euthico: celebraret̃ examen. Tũ ille ſciunt inquit Antonia dii: quia non ex mea ſententia: ſed a te coactus geram: quicquid i hac cauſa fuerit geſtũ. Hęc dicẽs: iubet macronẽ qui ſeiano ſucceſſerat: ut adduceret euthicum. At ille ſine ulla dilatiõe cum eſſet adductus: cœpit eũ tyberius p̃contari: qd nã dicendũ haberet aduerſus eũ: qui ei libertatis munus indulſerit. Tũ ille: o domine inquit uehebatur carruca Caius & agrippa cum illo: ego autem ante pedes eorum aſſidebam & cum multi ſermones uerterentur: hoc etiam inter plura locutus eſt ad Caiũ agrippa.

O ſi ueniat aliquando dies: quãdo iſto ſene defuncto mundi tu ſuſcipias principatũ: nihil enĩ tyberius filius eius impediet: q; a te facile ualebit occidi. Tũ enim mũdus beatus erit & ego cũ eo beatus efficiar. Tunc tyberius credibilia quę acta ſunt reputans: ſimul etiam q; iram ueterẽ reſeruaret agrippę: ꝓpter quod eum iuſſerat tyberium ſuum filiũ: nepotem druſi frequentare ſuis conuentibus: & curare: quã iuſſionẽ agrippa contẽpſerat: totumq; ſe Caio dediderat: hũc inquit macro uinciri facito, Sed macro non ſatis itel ligẽs: de quo illud uerius imperaret: nã nec ſperabat eũ de agrippa tale unq; aliquid cogitare: ſed interrogauit: ut certius quod iuberet agnoſceret. Cũq; cęſar in hyppodromo deambularet: pueuit ad agrippã: eũq; manu comprehendens: dixit. O macro: hunc iuſſi uinciri. Illo ẽt tum inquirenti quẽ nam p̃ciperet: agrippã inquit. Et agrippa ſubito ptur batus ad dep̃cationes conuertitur: cõmemorationẽ eius filii faciẽs: cũ quo fuiſſet una nutritus: & tyberii: cum quo pariter fuerat educatus. Haud tamẽ proficiebat aliqd: ſed dolebat oſtro ueſtitus in uinculis: & erat ardor magnus: nã æſtatis tps extabat: & ex uino quo in epulis multo fuerant uſi: cœpit ſiti uehemẽter incendi. Vnde quoq; anxius factus: p̃ter decus atq; dignitatẽ cœpit cũcta reſpicere: unde poſſet ſitis inuenire remediũ: conſpicienſq; quẽdam ex famulis Caii taumaſtum nomine: aquam in uaſe portantem: petiuit bibere. Illo autem porrigente: ſuſcepit atq; auide bibit: & ſpero inquit o puer: q; in bono tibi hęc effecta fuerit miniſtratio. Nã cum hæc effugero uincula: nullomodo tardabo libertatem tibi a Caio promereri q; mihi ẽt uincto miniſteriũ p̃buiſti: ſicut etiam ante nunq; neglexiſti: cum fuiſſem ĩ dignitate conſtitutus. Neq; enim hęc dicens mentitus eſt: ſed uiciſſitudinẽ ei meritam reddidit. Nã poſt modum rex effectus: taumaſto libertatem a Caio ꝓmeruit: curatoremq; eum fecit ſuæ ſubſtantiæ: ſed etiam moriẽs filio ſuo agrippæ & berenicę filię in eodẽ miniſtraturũ officio dereliquit: atq; in hoc honore ſenio grãdeuus defungitur. Et hęc quidem poſtea facta ſunt. Agrippa uero tũc uinctus ſtabat ante palatium: in quadam arbore prę anxietate reclinatus cum plurimis: qui ſimul fuerant uincti: & quodã alite conſidente ſuper arborem ĩ qua fuerat agrippa reclinatus: quem bubonem romani uocant: quidã ex uinctis germanus nomine contemplatus: interrogauit milites: quiſnam eſſet ille: qui oſtro ueſtiretur: & agnoſcẽs: q; agrippa uocaret: genere aũt eẽt iudeus: ex his q; in illa gente primates haberent: petiuit cõligatum ſibi militem: ut ad eũ copiam acciperet accedendi: q; uellet ab eo de patria eius aliquid p̃contari. Quod cũ ei cõcederet: acceſſit & p interpretem: o iuuenis inquit: affligit qdem te repentina mutatio: magnam tibi fortunam calamitatis importans: ſed uerba tibi denunciabo: q̃ tibi ex numine diuino fugam totius mali portendũt. Scito ergo, deos tibi tam meæ patriæ quã huius loci teſtes inuoco: ex quorum prouidẽtia hæc nobis uincula prouenerũt: q; neq; cupidine fallendi neq; uanũ tibi gaudiũ afferre deſiderãs: dicã quę dixero. Siquidem tales prenunciationes quę non ualent ipſis operibus approbari: magis faciunt meroris augmentũ quã ſi nihil uerboꝝ illoꝝ aduertas: ideoq; iuſtum putaui hoc deoꝝ preſagium nunciare. Impoſſibile náq; eſt: nõ te cõfeſtim de his uinculis liberari: & ad prouectũ diuturnum magnę dignitatis & poteſtatis aſcendere: ita ut inuidiam ab uniuerſis habeas: qui te nunc miſeranter attendunt: exitus etiam uitæ in beatitudine te repperiet cõſtitutum: diuitiaſq; plurimas: omniaq; quæ prima mortales dicũt tuis filiis qui tibi nati fuerint derelinquens. Memineris autem quomodo cũ iterum hũc alitem uideris: intra quinq; dies finem uitæ tibi uenturum. Et hæc quidem tibi cuncta complentur: niſi uano hęc a numine diſponunt: cui placuit prenũciandi cauſa illum alitem deſtinare. Ego autem iniuſtum putaui ſi talia cognoſcens: te quoq; ne cognoſceres defraudarem. Nam utile tibi fore iudicaueris paululum afflictum eſſe meroribus: cũ

tributaria facta: syriæ dispensationi cõiungit. Interea cyrinus uir cõsularis a cæsare destinatur: censum in Syria dispositurus: & domũ rediturus.

INCIPIT LIBER. XVIII. ANTIQVITATIS IVDAICAE. CAP. I.

CYrinus autem unus de his qui semper in consultatione cõgregabãtur: uir per omnium magisteriorum & pricipatuum officia celebratus per cunctas administratiões consulatus culmen ascendẽs: & in cũctis administrationibus: & aliis dignitatibus clarus: cũ paucis uenit ad syriã censor gentis a cæsare destinatus: & appreciator uniuscuiusq; substantiæ. Cap. II.

Intrat ẽt cũ eo Copinius ductor totius æquestris agminis: potestatẽq; iudeorum omnium gerens. Venit ẽt Cyrinus iudeam: nã dispensationi syriæ fuerat adunata: uniuersoq; deprędaturus substantias: & Archelai redditurus pecũias. Porro iudei licet in ipsis initiis descriptionis nomen dirũ haberent: subiiciuntur tñ ne amplius subsisterent psuadẽte illis pontifice lozaro: boethi nãq; erat iste filius. Et illi qdẽ cũcti ratiõe pontificis: deprædari suas pmisere substantias: nihil amplius hesitantes. Cap. III.

Ed iudas gaulonites: homo ex ciuitate: cui nomen erat Gamalas: saddocũ phari seũ sibi cõiũgẽs: recessionẽ facere festinabat: nã depdationẽ & cẽsum nihil aliud esse dicebãt q̃ integrã seruitutẽ. Proinde ad defendendã suã libertatẽ totã plebẽ diuersis exhortationibus incitabãt: oẽm quoq; illis cooperaturã esse creaturã: si p̃ bono libertatis honorẽ suũ & gloriã magnanimitate tueret sed ẽt deũ nõ aliter illis auxiliato rẽ fore: nisi talibus consiliis ad agendũ procederent. Cap. IIII.

Is itaq; diebus amplius eoꝝ animus incitat: ut ẽt ab homicidiis se nullo mõ arcerent: quoniã cũ magna uoluntate qcqd ab illis dicebat hauriebãt: atq; hoc mõ in magnũ malũ seditio illoꝝ & audacia prorumpebat: nihilq; fuit malorũ quod p illos nõ pullularet uiros: & supra: quã dici põt: illa gens continuationibus est repleta bellorꝝ & clades inter eos & latrocinia: deprędationesq; gerebãt: obtentu qdẽ utilitatis defensionisq; cõis: sed reuera propriorũ lucrorꝝ gratia tota seditio gerebat. Multæ itaq; cædes ciuiũ sociorũq; ppetrantur: postremo in inuicẽ conuertuntur: nõ secus quã cõtra hostes infensius ageretur bellũ. Itaq; quotidie deprędationes: captiuitates cædes: ubiq; concurrebant: ita ẽt ut tẽplũ dei ignibus cremaretur. Tantũ ualuit nouitas & institutio nũ mutatio paternarũ. Siquidẽ iste iudas & saddocus quartã philosophiã nouiter introduxerant: cuius amatores copiã conquirentes: seditiõibus ac tumultibus repleuere rẽpublicã. Sed ẽt malorꝝ futurorꝝ radices pessimas plantauere per insolentiam inconsuete philosophiæ: de qua uolo pauca disserere. Cap. V.

Vdeis igitur philosophiæ tres erant: etiã inde ab initio in institutis patriis derelictæ essenorꝝ: saducеorꝝ: & tertia qua philosophantur: q̃ dicebantur pharisei: & quãq̃ de eis explanauerim in secundo libro iudaici belli: tñ ẽt nunc cõmemorationis gratia breuiter attiugã. Pharisei enim quotidianam conuersationẽ exiguã habẽt: & prorsus abiectã: nihil mollitudini aut delicatudini pœnitus indulgẽtes se quęcũq; iudicio rationis oportere cõperta sunt illa sequuntur: prępositis nullo mõ reluctantur: maiores natu cõpetenti honore uenerantur: ita ut nec contrariũ qddã alicui aliquando respõdeant: fato gerioſa credunt: sed neq; liberũ arbitriũ hominis auferunt: iudiciũ dei futurũ esse sentiunt: illic cunctos homines ppria merita recepturos: tã eos qdẽ qui secundũ uirtutẽ uixerunt: quã illos q̃ nequitia deprauati sunt. Animas aũt imortales dicunt: sed ẽt

ſemine mulieris italicę illud ſperium. Herodem itaq; p legatos aſciſcunt. Sed poſtq; iſte quoq; ſuſcepit ſperiũ: cœpit inuidioſus eſſe multitudini: atq; ſuſpectus ꝓpter ímenſam crudelitatẽ: erat qppe ita ſeuerus: & oĩbus modis ímittis. Hunc ergo congregati ſimul extinguunt. Pleriq; autẽ dicebant: q; eũ in ſacrificiis ſter altaria ꝓmerunt: nã eis moris erat ĩ diuínis celebrationibus ꝯultros portare. Apud plurimos tñ opinio illa eſt: q; dum uenatũ pergit: occiſus eſt. Legationẽ itaq; romã mittunt: unũ ex obſidibus ad ſperium poſtulantes: & mittiť illis Bonones: cęteris ſuis fratribus antelatus: q; iudicabať fortu nã ſuã: poteſtatẽq; non ſolenter aut nimiæ tractaturus. Sed barbare multitudíni celer rima cõuerſio ſuboriť. Siqdem ſunt ẽt natura mutabiles. Manſuetudínẽ itaq; eius cæpe runt cõtemnere: indígnũ putantes: ut ſeruo ſubíicerenť alieno. Nã obſidatũ ſeruitutẽ eẽ definiebant: neq; enĩ iure belli datũ: ſed quod peius putabant in pace ad íniuriã ſuę gẽ tis & regni alienígenis eſſe contraditũ. His ergo querelis gens uniuerſa cõmota: illũ ꝓ turbat imperio: confeſtimq; artabanũ euocant medoꝝ regẽ arſacidarũ genere deſcen deutẽ. Perſuaſus artabanus uenit cũ oímilitia. Cui bonones occurrit: & multitudine cõ gregata parthoꝝ: cũ eo bello congrediť. Artabanus aũt uíctus confugit ad mõtes me díę: & nõ poſt multũ tps congregãs ẽt ípſe magnas turmas exercitus cũ bonone cõfli gít: & uíctus bonones cũ pauco ad ſeleuciã cõfugit equitatu. Artabanus aũt fuſum par thorũ exercitũ inſequens: magnã ſtragẽ operatus eſt. Tũc barbaris grãdi metu cõpreſ ſis ad cõtextíſontũ cũ magna multitudine pergit. Illo itaq; parthis ſperante bonones ĩ armeniã uenit: & primo qdẽ ĩ illa regiõe cœpit ſperare: deínde uero ad romanos legatio nẽ mittit. Sed ubi tyberius petitionẽ eius abnuit: ille itẽ ad pthos cõuerťi & bellũ arta bano denunciat: quando qdẽ nulla illi recuperandi regni machinatione ſuccurrebat. Cę terũ armení q circa níſatẽ habitant: artabano fuere ſociati: a qbus detentus bonones ſy lano ſyríę rectori contraditur. Ille aũt ex uerecondía: quõ eũ romæ nouerat: cuſtodiuit: honorificeq; tractauit. Armeniã: eſt aũt orodi artabanus uni ſuoꝝ filioꝝ tradidit. Ea tẽ peſtate moriť ẽt cõmagene rex Antiochus: & plebs aduerſus nobílitatẽ ſcindiť: & mit tit utraq; ps legationẽ ad romã: nobilitas qdẽ ſtatũ reipublicę habitũq; mutare deſide rãs: ut pfidalí diſpenſatiõe regereť: multitudo uero regnũ habere ꝓprio more cupiebat. Senatus aũt utraq; legatiõe ſuſcepta: ex decreto germanicũ mittit: cũcta ſyríę forte ne gocia correcturũ agente fortuna quo facilius interiret. Nã ueniens ĩ partibus oriẽtis: & ĩ melius cũcta diſponẽs: a piſone ueneno pimiť ſicut iam ĩ aliís ídicatũ eſt. Cap. VIII.

Ilatus aũt iudeæ rector exercitũ de cęſarea ſecũ aſſumens: tendit ad hieroſolymã: ut leges ſolueret iudęoꝝ. Nã ſecũ ſtatuas cęſaris: q; in ſignis militaribus inerant intromittit. Imagines aũt: aut aliqd hmõi facere lex noſtra ꝓhibet & ꝓpter hoc ante illũ oẽs iudeę rectores: ſine ſignis ingrediebanť menia ciuitatis. Primus itaq; pila tus ignorantibus populis ĩtrogreſſus: ſigna q; ſecũ apportabat ĩ ciuitate conſtituit. Illi uero mox ut rẽ cognouerũt: cõgregati ueniũt cæſareã: diebus plurimis ſupplicãtes: ut ímagines de hieroſolymis auferrentur. Pilato uero abnuente: q; iniuriã cæſari facere ſi fie ret eſtimabat: iudei nullo mõ diſcedunt. Tunc ille occulte ĩſidiis armatos milites collo cat. Cũq; ꝓ tribunali ſediſſet: quod ei fuerat ĩ ſtudio (nã eũ locũ in inſidiis quas ꝓpara uerat aptũ eſſe pſpexerat) iudeiq; iterum ſupplicarẽt: ſigno dato: milites proceſſere: iu deis undiq; circundatis: cœpit pilatus mortẽ cõminari: niſi quieuiſſent. At illi mortẽ ſe potius electuros: quã conſtitutiones legis ſuæ tranſgreſſum iri firmabant. Tũc pilatus admirans fortitudinẽ iudeoꝝ in conſeruandis legalibus cõſtitutis: confeſtim ímagines de hieroſolymis auferri ꝓcepit: cęſareãq; pduci. Voluit ẽt ex opibus tẽpli aqueductũ p gentẽ in hieroſolymã fabricare: ſuſcipiens initiũ torrentis quod ſtadiorũ duum milium

interuallo distabat. Sed iudei non libenter accipiũt & circa eos q operabãtur multa mi lia hoium cõgregata: clamabant ut ab illo opere cessaretur. Plericq; ẽt maledictionibus utebãtur: cõtumelias quoq; iactantes: sicut uulgaris solet multitudo. Ille uero milites a dorso iudeos circũuenire ꝑcipiẽs: iubebat ut decederẽt. Illis aũt ad cõtumelias iniuriasq; cõuersis: dato signo militibus: iussit ut iudeos iuaderẽt. Milites porro ampliora quã iussi erant ppetrãtes: multitudinẽ magna cæde ꝓsternũt. Plures igitur ibi deficiunt: plericq; aũt sauciati discedũt. Itaq; hoc mõ seditio illa terminatur. Cap. IX.

Vit aũt hisdẽ tẽporibus IESVS sapiẽs uir: si tñ uirũ eũ nominare fas est. Erat enĩ
f mirabiliũ operũ effector: & doctor oĩum eorum hoium q libẽter audiunt q̃ uera sunt. Et multos qdẽ iudeorum: multos ẽt ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primoꝝ nostrę gentis uiroꝝ: cũ pilatus in crucẽ agendũ decreuisset: nõ deseruerũt hi q ab initio eũ dilexerũt. Apparuit enĩ eis tertia die iterũ uiuus secundum q̃ diuinitus inspirati prophetæ uel hæc: uel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerant. Sed & in hodiernum christianorum qui ab ipso nuncupati sunt: & nomen perseuerat & genus. Cap. X.

Isdẽ temporibus alia iudeos seuiora perturbãt. Nã ẽt in templo isidis: quod romę
h fuerat cõstitutũ factũ quoddã turpitudine plenũ obprobrioq; contigit quod primũ explanabo: tũdemũ ad illa q̃ apud iudeos euenere trãsibo. Paulina q̃dã mulier erat romæ: maiorũ dignitate præclara studio castitatis intenta: honestatis opinione ꝓspicua. Erat ẽt opũ magnitudine locuplex. & uultus pulchritudine decorosa ætate aũt quando maxime mulieres pudicitia decorantur. Hęc nupta erat saturnino: ẽt ipso genere: opibus cęteroq; cultu cõsimili. Huius itaq; amore detinet iuuenis q̃dã nomine mundus: ex numero equestri: sed in gradu iã emerito constitutus: & dignitate magna sublimis: idoneus ẽt ad munera largienda: sumptusq; faciendos. Nã memoratę quoq; mulieri maiora dona ꝓmiserat: q̃ illa contemnente maximo fuerat amore succẽsus: ut ẽt. xx. miriadas dragmarũ atticarũ se daturũ ꝓ uno cõcubitu spopõdisset: sed neq; sic illa deflexa est. Tũ ille nimiã infœlicitatẽ morbi suscipiens: siquidẽ nec cibũ ualebat accipere: morti se addixerat: hoc unũ sibi iudicans tanti mali fore remediũ. Et ille qdẽ tale decretũ animo infigens: ꝑ dies singulos agebat: ut celeri morte raperet. Erat aũt mũdo liberta q̃dã ex parentibus noĩc ida: oĩum maloꝝ & iniquitatũ coagulũ. Hęc grauiter ferẽs: q̃ ille iuuenis se damnaret in mortẽ: nã clarebat oino periturus: accedens erexit eum: & cœpit cũ eo talia fabulari: q̃ aĩum eius bonę spei facerent. Promittebat se nãq; acturam apud paulinã: ut quoq; miriadas accipiens: concederet iuueni quod uolebat. His itaq; dictis: iuuenẽ de morte reuocans: sumpsit ab eo pecunię quantũ placuerat: sed nõ eadem uia paulinã aggredit: qua fuerat ante tentata: cernens aĩum mulieris nullo mõ capi pecuniis. Sciẽs uero q̃ admodũ esset illa cultura isidis occupata: tale aliqd machinat. Accedit ad quosdã ex tẽplo isidis sacerdotes: qbus interpositione iurandi fidẽ seruare pstet: dans ẽt in prẽsenti duas miriadas & dimidiã: ꝓmittens ẽt aliud tantũ: si quod uellet: habuisset effectũ. Tũc cãm aperit: amorẽ iuuenis indicat: orat ut & mulierẽ qbus possent modis inducerent. Illi aũt pecuniarũ cupidine capti ꝓmittũt qcqd ĩperaret ꝓtinus ꝓpleturos: ꝑsertim aũt ipse maximus sacerdotũ: ut paulinã cõuẽiret: ac suis uerbis ĩpellere pollicet. Finxit aũt se ex ægypto uenisse: ab anubio destinatũ: q̃ is grãdi circa paulinã amore teneretur: eũq; deũ sibi iussisse: ut romã ueniret: mulieriq; præcepta numinis apportaret. Libenter illa & optabiliter suscipit atq; ad amicas gloriãdo denũciat: q̃ ab anubio tali merito digna iudicetur. Hoc ẽt intimauit marito: q̃ amborũ cœnã anubius concupiscat. Ille aũt grate cõcessit pudicitiã coniugis non ignorans. Illa igit pergit ad

in inferno cõgrua unicuiq; habitacula ꝓmerito:uel uirtutis uel iniquitatis attribui:sicut unicuiq; uiuenti gerebat studiũ & alias qdẽ animas eternis trudi carceribus: alias aũt facilitatẽ reuiuiscẽdi ꝓcipere:& ob hęc populis qdẽ sũt acceptabiles credibilesq;. Quãtãcunq; itẽ ad culturã diuinitatis pertinent orationũ celebrationes:tẽplorũ cõstitutiones:expositionibus suis facienda esse ꝑdicat. Nã tantũ uirtutibus eorũ prolatũ est testimoniũ: ut ad eos plurimę ciuitates:& maxima multitudo cũ studio grandi confluerẽt: opinione adducti:qa meliores ceteris estimant. Sadducei aũt aĩas mortales existimãt: simulq; cũ corporibus interire. Nullas uero alias obseruatiões ꝓter legẽ custodiũt:aduersus doctores aũt philosophiæ suę certari & reniti glorioſum annumerãt:sed ad puos admodũ doctrina eoꝝ puenit:& modus exercitationis. Primates aũt apud eos dignitatibus honoribusq; celebrant. Esseni aũt ad deũ cuncta redigunt:ĩmortalẽ animã dicũt iustitiã aũt rem ꝑciosam:ꝑ qua ẽt usq; ad mortẽ pugnandũ esse ꝑdicant: in tẽplo anathemata ꝓponẽda ꝓhibent:sacrificia uel hostias cũ populo non celebrãt: q; se plurimũ ab eis putãt mũdicia uel sanctitate differre:& merito se a cõi cõgregatione discernũt:re motiꝝ sacrificia faciẽtes:cultu uero moꝝ atq; conuersationibus optimi ad colendã terrã & exercendã oĩ studio intenti. Illud ẽt habent dignũ:& ualde mirabile q; in aliis non inuenias gentibus tã græcoꝝ q̃ ẽt barbaroꝝ:q; oẽs illis opes in medio sunt:& ab eis oĩa possident: nihil amplius inter eos ditior fruitat: nihil pauperior defraudatur:ac si nihil oĩno possideat. Et illi qdẽ hoc mõ de se gerũt. Sunt aũt sup quatuor milia hoĩum nũero. Vxores non ducunt:neq; seruos habere festinant:aliud quippe iniquitatis:aliud seditionis oportunitatẽ estimant. Isti ergo semotim apud semetipsos aduiuunt:mutuas sibi uicissitudines ministrantes:susceptores aũt redditũ promouent:curatoresq; constituũt:q cuncta q̃ terra ꝓfert in usus necessarios administrent. Sacerdotes optimos uiros eligũt: cibus illis simplex est:habitus insumptuosus & mũdus: Cuius ergo philosophię iudas princeps extitit:cuius fecimus mentionẽ. Huius ius sequaces in uestitu:in habitu: cęteris q; aliis pharisęis consentiunt: circa libertatẽ uero ĩmobilẽ retinent atq; ĩmutabilẽ sententiã. Nã huius rei cupido magna eoꝝ mentibus est infixa. Solũ enĩ principẽ & dominũ dicũt deũ oĩum:mortis aũt multas & uarias species sustinere ꝓ nihilo pendunt:uel cognatoꝝ supplicia:uel amissiones amicoꝝ oĩno contẽnunt:dũmõ nullũ hoĩem dominũ dicere cõpellant. Nõnulli nãq; uiderunt:qualiter sæpius aliq eoꝝ in supplicĩis ĩmutabiles pmãsere. Vnde plurimi quoq; illius gẽtis hoc stultitię morbo insanabiliter egrotarũt:gessio fluuio principatũ huius uanitatis obtinente. Nã ex hac quoq; superbia ad seditiones excitandas romanis:recedẽdiq; ab eis:& ipse ꝑcipitatus est:& alios ꝑcipites dedit. Et philosophiæ qdẽ genera hæc atq; hmõi sunt apud iudeos. Interea cyrinus opibus restitutis archelai:descriptioneq; pfecta:q̃ facta ẽ tricesimo septimo anno:postquã antonius acciaco bello fuerat a cęsare superatus:iozarũ quoq; põtificẽ:seditionẽ a multitudine pasſum sacerdotali deponit officio:ananũ in põtificatu substituẽs. Cap. VI.

Erodes aũt & philippus tetrarchiã suã eoꝝ unusquisq; suscipiens:herodes sepho
ordinandi quẽ uellet ablata: Tyberiũ aũt nepotẽ: q̄ nõ ſolum de imperio decidiſſet: ſed ẽt ipſam ſalutẽ & uitã agere non illi ſine piculo fore cernebat: ad hæc ẽt inuidiam illi ex cognatiõe futurã eſſe. Nam timore uel odio ſuſpectum fieri Caium rebatur: tam ex eo q̄ principatũ accipere feſtinauerit: quã ex eo q̄ eum inſidiaturum ſibi putaturus eſſet: credẽs: quaſi feſtinaturũ in ſe redigere poteſtatem. Et tunc qdem in his malis erat tyberius ex illo euẽtu augurii: quod ei prẽſagum fuerat: eo q̄ eius nepos amiſiſſet imperiũ. Vnde multum anxius: ſe quoq; culpabat: q̄ illud auguriũ poſtulaſſet accipere: & q̄ cũ liceret de hac uita meroribus liber abſcedere ignoratiõe futurorũ: per ſuã ipſius imprudentiã factum eſſe: ut cũ infœlicitate magna: & magno dolore diſcederet. Tunc tamen licet ualde turbatus: q̄ impetum ad quos nollet cernebat eſſe uenturũ, pugnauit cũ animo ſuo: ut huiuſmodi uerba loqueretur ad Caium. O fili inquit cũ habeã propinquiorẽ tyberiũ: tamen tibi ex mea ſentẽtia deorũq; decreto: imperii cõtribuo poteſtatẽ. Rogo aũt te: ut nihil aduerſus aliquẽ recorderis: qui mihi in principatu adminiſter extiterit: uel qui mihi beniuolentiam exhibuerit aut fauorem ne aliquẽ ledas pp̄ me: q̄ te ad tantam ſublimo magnitudinẽ dignitatis: neq; circa tyberium minus aliqd charitatis exhibeas: q̄ te & cognationi debere cognoſcis: & mihi: q̄ tibi tantorũ bonorũ auctor exiſto: ut dignam uiciſſitudinẽ meę circa te beniuolentię reddas: & ſimul tyberium cures: ut ẽt cõ ſanguinitati quod debes exhibeas: & munimen tibi uel principatus uel ſalutis acquiras: cum tibi eum feceris adiunctum. Nam ſolitarius quiſq; amplus pater periculis maxime cum in tanta rerum celſitudine quiſq̄ fuerit conſtitutus: ad hæc quoq; qa nec dii impunitũ qcq̄ reliquũt: quod cõtra fas aut ius: aut cõtra fœdus naturę fuerit perpetratum. Et hæc quidem tyberius loquebatur. Caius autẽ & ſi ficta locutũ tyberiũ ſenſerat: & ip ſe longe aliter in animo gerebat: tamen pro tpe benigne reſpondit: & facturũ ſe omnia pollicetur. Cęterum in imperiũ ueniens: & tyberium extinxit: & ipſe nõ poſt multũ tẽpus inſidiis interemptus eſt. Sed hęc poſtea. Tunc autem Tyberius Caium ſucceſſorẽ in principatu pronuncians: paucis diebus aduiuens uita defungitur. Imperauit autem dies. iii. menſes: vi. annos. ii. & xx. Caius aũt quartus romanorũ efficitur iperator. At romani audiẽtes tyberii mortẽ: hilares agere cœperunt: pſpero letificati nũcio: non tamẽ ad credendum: uel ezercendum gaudium fiduciam gerebãt: nõ quia forte nollent: nam multis ſuis pecuniis comparare diligerent illum nũciũ uerum eſſe: ſed timuere: ne ſi falſo nuncio concitati gaudia ſua ꝑderent: ab illo cogniti perirent. q̄ eius morte gauderẽt. Plures qppe ille nobiles romanorũ extinxerat. Nam erat importabilis: in ira irreuocabilis ad quicquid perpetrandũ cupiditas impuliſſet: & ſine ratione quoq; iudeorum occaſionẽ inueniens: in oĩbus quę facienda decernebat aſper agreſtiſq; conſtabat. Ob hęc illi mortem eius audientes ſuã lętitiam manifeſtare uerebant. Interea marſias agrippæ bonum deportans nuncium: cum in balneo reperiſſet: iã egredienti noto ei ſigno dato hæbreaq; lingua locutus: mortuus eſt inquit leo. At ille uerbũ intelligens: gaudio cœpit extolli. Tibi inquit ſuper oĩa ꝑ hoc etiam bono nuncio gratię abundantes repoſitæ ſunt: tantum ut uera ſint quæ dicuntur. Tunc centurio qui agrippę cuſtodiendo ꝑerat: intendẽs tam feſtinationẽ marſiæ qui aduenerat q̄ gaudiũ agrippæ quod ex eius uerbis illi contigerat: ratus nouitatem quandam ſignificatam interrogabat eos quid uellet ille ſermo qui fuiſſet allatus. Illi tantiſper ſecretum auferre trepidabãt ſed dum urgeret: nihil heſitans indicauit agrippa. Iam enim amicitiam magnam induxerat. Ille autẽ gaudium magnum ille ſermone pręcipiens q̄ ẽt proſperitatẽ ex hoc agrippę cernebat conuiuium ponit. Eis epulantibus: potuq; indulgentiore procedente: uenit quidã dicẽs uiuere tyberium & intra paucos dies in ciuitatem uenturum. Tunc centurio aſpere ual

de illo ſermone turbatus: ꝓpter quod cernebat morte digna q̃ geſſerat: q; morte cęſaris audita: cũ illo uincto gaudẽs cõuiuiũ celebrauerit: ex lecto ponit agrippã. Tu iquit fallere feſtinaſti: mortẽ iperatoris falſo denũcians: ſed ſcito hũc ſermonem pœna tui capitis expiãdũ. Hęc dicens: cõfeſtim ligari iubet agrippã: & cõſtringi arctiore cuſtodia. Et nocte qdẽ illa agrippa in malis fuerat cõſtitutus: ſequẽti uero die per oẽm ciuitatem de morte tyberii ſermo firmatur: & iã iamq; hoies illũ ſermonem cõfidenter ac publice ꝓferebant. A caio quoq; deſtinant' æpiſtolę: una quidẽ ad ſenatũ: mortẽ tyberii nũcians: altera uero ad piſonem cuſtodẽ tunc tpis ciuitatis: in qua iubebat agrippã ex militũ au ferri cuſtodia: & ad domũ tranſferri in qua primitus habitabat: anteq; haberet' in uinculis: & ibi tũc interim erat in remiſſioni cuſtodia. Sed caius poſtq; romam uenit tyberii corpus ſecum adducens: iuſta ei fecũdum morem patrium opulẽter magnificęq; celebrauit. Agrippã uero cum ipſa die cuperet abſoluere: antonia prohibuit: nõ odio aliquo circa uinctum: ſed opinioni conſulens Caiiſue putaretur mortẽ tyberii gratanter accipe ſi eũ tam celeriter abſoluiſſet: quẽ ille euinxerat. Verũtamen non multis diebus ꝑterem tibus: eũ accerſiuit in domũ tondiq; ꝓcepit: & ueſtibus cultuq; mutato: dyadema capiti eius impoſuit & regẽ confirmat tetrarchiæ philippi: donans ei ẽt liſaniæ alterã tetrarchiã. Pro catena uero ferrea quam gerebat aureã ei parẽ pondere cõdonauit. Magiſtrũ aũt ęquitũ in iudea cõſtitutoꝝ maxillũ deſtinat. Verũ ſecundo anno Caii cęſaris agrippa poſtulat: ut nauigare permitteretur ad ꝓpria: quo prouinciam ſibi cõmiſſam: & aliqua neceſſaria certo diſpenſans moderamine: reuertatur. Et ꝑmittente imperatore: uẽit in patriã: & ꝓter ſpem omnium rex ab omnibus cernebatur cum magno miraculo & in hoc cunctis apparebat: quantam habebat in omnibus fortuna licentiam. Omnes ẽt hęſitabant cõparantes penuriam hominis in quam tempore priori deuenerat: & ꝓſperitatem pręſentem qua fuerat ſublimatus. Pleriq; etiam beatificabant hominem: q; nõ fuerit defraudatus recuperatione fortunę. Alii etiã pene incredibilia putabant: licet ſuis intuerentur obtutibus. Tantaq; quippe i Agrippa rerum mutatio cernebatur: ut quorundam mentes uerterentur in dubium. Cap. XVI.

Erodias aũt ſoror agrippę quę herodi cuncta fuerat: tetrarcha enĩ erat iſte galilęæ ꝓuincię & transiordanẽ poteſtatẽ fratris ex inuidia non ferebat: q; eũ in maiori dignitate cerneret q̃ maritum: & q; de prouincia quidem cum fuga diſceſſerit: debitum non ualens abſoluere: reuerſus autem eſſet cum ampliſſima dignitate. Cõtriſtabatur igitur grauiterq; portabat: tantam mutationẽ fratris: maxime aũt quando eum intuebatur cum regalibus inſigniis ĩcedentẽ: atq; hincinde circũferre multitudine populorũ: infœlicitatem ſuæ tollerabat inuidię. Sed uiri ſui concitabat: exhortando: ut romã nauigaret: ſimilemq; ſibi dignitatẽ imploraret a cęſare: intolerabilẽ nãq; ſibimetipſi uitã eſſe firmabat: ſi agrippa filius Ariſtoboli q culpatus a patre: mori meruerit: inopia magna compreſſus: ita ut aliter non poſſet euadere creditores niſi nauigatiõe diffugeret: atq; hoc modo patria decedens: cũ regali fuiſſet dignitate reuerſus: ipſe uero cũ eẽt filius regis: & frater eius qui tetrarchiã illã ante poſſederat: unde magis ei cognatiõis iure deberet' ſi ederet ĩ humilitate priuatę degens uitæ. Quod ſi antea nihil herodẽ cõtriſtabat: q; minorẽ honorẽ parente proprio poſſideret: ſaltẽ tunc excitari deberet cõſanguineitã præclariſſima dignitate: neq; ſe pati debere ſuperari ab eo: cui pecunia ſua ſubuentũ eſt: cõfuſioniq; debere deputare ut ille pręiret honoribus: q anteriori tempore ſua ſuſtentaba' miſericordia. Verũ romam inquit pergamus: nec laborĩ percentes: nec ſumptibus: nõ enim pro auro re peritura debemus prohiberi: ne ad honores ualeamus ampliores aſcẽdere: ſed omne quicquid nobis eſt expẽdamus: ut regnũ ualeas adipiſci.

Ille uero repugnabat ociũ diligens & qetẽ & molestiã romę declinans:moliebaꝫ eam ratiõe deplacare.At illa quanto uidebat eũ quiescere cupientẽ:tanto amplius instabat: iubẽs ne aliquid agendũ prætermitteret:quo posset regnũ a cæsare promereri.Hisigiꝫ illa nullo mõ cessabat donec sepius fatigando:in eũ suã fecit trãsire sententiã.Ille igitur ꝓparans opulẽter uniuersa:& nihil sumptibus parcẽs:nauigat romã:simul secũ herodiã adducens.Agrippa uero intentionẽ eoꝝ intelligens:uel qualiter ꝓparabantur attẽdẽs: ẽt ipse seipsum ꝓparabat.Cũ aũt nauigasse eos cognosceret mittit ẽt ipse romã quendã de libertis suis nomine fortunatũ:plurima cęsari munera deportantẽ:& epistolã aduersus herodẽ.Ipsum etiam instruit:quę ore proprio caium edoceret oportunitate reperta. Qui cum subsecutus esset herodem: epistolas cęsari reddidit.Nã simul in dicearcheam uenientes: caium apud baias non inueniunt:quę ciuitas est parua campanię.v.stadiorũ interuallo distans a dicearchea.Habitacula quoq; ibi iperialia opulenter constructa sunt opibus diuersorũ per tẽpora pricipum magnifice perornata.Lauacra callida illc locus exhibet:aquis ex terra ultro manantibus:aptis saluti corporũ:quos ibi lauari contigerit.Caius autem mox ut herodẽ suscepit & primũ sermõem cũ eo cõmiscuit:cõfestim agrippæ suscepit epistolas:qbus accusationes continebantur herodis. Accusationes ãt erant huiusmodi:cõsiliũ habuisse herodem cum seiano aduersus tyberium :& cũ artabano partho aduersus caium.Probamentũ aũt huius rei dicebatur:q; haberet herodes cõstructionẽ imensam armorũ.que.lxx.milibus pugnatorum suffeciret:hãc in armamẽtario herodis repositam dicebat asseruari.Quibus lectis motus caius percontatur herodem:si uerum esset quod de armis nunciaretur.Ille uero cũ aliter dicere nõ posset:ne ueritate cõuinceret:respondit esse arma.Tunc cæsar uerã credẽs accusationẽ tetrarchiam eius abstulit:& agrippę regnũ cõiunxit:sed ẽt oẽs eius opes similiter agrippę cõtribuit: ipm aũt eterno condẽnauit exilio:habitaculũ illi constituẽs in lugdunensi galliæ ciuitate.Cognoscẽs uero herodiadẽ agrippæ esse sororẽ: opes & alia q̃cunq; ꝓpria esse ꝓbarentur ei restituit: arbitrans in cõsilio uiri cõsciã non fuisse tutabatur enim eã q; sororem agrippæ cognouerat.At illa:tu quidem inqt iperator magnifice satis sicut dignitatem tuã decebat hæc mihi largiris:ueꝝ ego tuo uti nõ possum beneficio:tuisq; mũeribus ꝓpter dilectionẽ qua marito meo cõstringor:cui socia in ꝓsperitatibus existẽs iustũ non existimo:ut eũ in hac fortuna derelinquã. Tum ille magnitudinẽ animi eius indigne ferens:statim eam cũ Herode misit in exilium:eiusq; substãtiam Agrippæ cõtribuit. Et Herodiadi qdem pro inuidia quam circa fratrem gerebat:& Herodi ob id q; mulieres oratiões & uanitates aduertit tale iudiciũ ex ꝓuidentia diuinitatis illatũ est.Caius aũt primo quidem ac sequẽti anno magnifice rebus utebatur:& mediocrem semet exhibẽs:fauor illi per dies tã apud romanos:q̃ apud cęteros subiectos amplior augebaꝫ. Sed ꝓcedente tẽpore magnitudine dignitatis:humanum perdidit intellectũ:& sese uolebat diuinitate quæ uera est honorari. Cap.XVII.

i Illo tẽpore cũ in alexandria seditio ꝓueniret inter iudæos ibidẽ habitantes: atq; paganos:terni ex unaquaq; parte legati mittũtur ad Caium. Cap.XVIII.

e Erat uero inter alexãdrinoꝝ legatos unus:Appio nomine:q iudæos plurimũ blasphemabat:multa qdẽ & alia dicẽs:illud aũt eos præcateris accusabat:quoniã cęsaris honores haberent oino cõtẽptui.Nã cũ romano imperio subiectos:templa Caio fundare altera cõstituere:atq; alia sicut diis celebrare firmaret:a solis iudęis duci ꝓclamat ingloriũ:debere quoq; istos simulacris honorare cęsarẽ: nomenq; eius habere iurabile.Hęc igitur appione:& alia hmõi durissima ꝓlocuto:quibus eum in superbiã eleuari posse cẽsebat.Philo econtra suscepit:q pręerat legationi iudęoꝝ uir in oibus

utiq; magnę gloriæ: nã alexandri alabarchæ germanus extabat philoſophiæ quoq; nõ expers: idoneus ẽt defenſare cauſas: & perorare q̃cunq; accuſationibus ſubiacebãt. At hunc ex ſecretario Caius iubet excludi: abſentemq; fieri. Nã indignatione ſucceſſus eſt: ut crederetur aliqd ſeuiſſimum perpetrare. Tum philo egrediẽs e ſecretario dixit ad iudæos qui forte circa illum fuerãt: ut aio confidentes exiſtereut: neq; caii furore terrerent nam ꝓpe eſſet ut ipſis operibus deũ repugnare clareſceret. Cap. XIX.

Interea Gaius grauiter ſerens: q; in tanto deſpectu apud iudęos ſolos exiſteret legatũ in ſyriã mittit Petroniũ ſucceſſorẽ uitellio: iubens ut cũ numeroſa manu iudæam inuaderet: & ſi quidem ſponte ſuſciperent eius ſimulacrũ: erigeretur in tẽplo dei: ſi uero reſiſtere molirentur pugnando ſuperans: id ipſum inuinctanter efficeret atq; ita Petronius in ſyriã decreta cęſaris exigens ꝓgebat: ut mãdatis cęſaris miniſter exiſteret. Cũq; auxilia plurima quanto potuit cõgregaret duaſq; romanæ militiæ legiones aſſumeret: ptolomaidã uenit: ibiq; hiberna peragens: ut primo ueris tẽpore ꝑlium poſſet agere cũ iudęis: inde quoq; cõſilium ſuũ cęſari ꝑ litteras intimauit. Ille aũt laudabat eius ſententiã: iubens ut nullo modo prętermitteret: & ſi minus obediẽtes eſſent: ptęliũ iudęis intentius importaret. Interea iudæorum multa milia ueniunt ad petronium in ptolomaidam deprecantes: ne ad ſolutionẽ: & ad tranſgreſſionẽ paternę legis cogerentur. Si aũt modis oĩbus ſtatuiſſet ſimulacrũ in hieroſolymã inferre: ibiq; cõſtituere: ſemet ipſos primitus ſi placeret interimi poſtulabant. Neq; enim poſſumus inquit quoad uiuimus rem iſtam admittere: quę nobis ne fieret interdicta eſt: ab eo legiſlatore: cuius auctoritatẽ non ualemus omnino cõtẽnere: neq; illas cõſtituriones paruipẽdere poſſumus: quos proaui maioreſq; noſtri uſq; ad ſuum interitũ ſeruare. Petronius aũt reſpondit. Si in primis eſſem: ut meis uterer ad agendũ quod oporteret cõſiliis: iuſta uobis ad me hęc eſſet oratio: nũc aũt cęſare iubẽte incubuit mihi multa neceſſitas: eius decreta cõplendi: ne ſi contẽpſero: aliud ꝑiculũ maius incurrã. Tũc iudæi: quoniã inquit ita ſapis o petroni: ut tranſgredi cęſaris mãdata nõ audeas: neq; nos legis diuinę ꝓcepta tranſgredimur q uirture maiorũ noſtroꝝ & laboribus inſtituti: nũc utq; ſine tranſgreſſiõe uiuimus: neq; in tantã auſi ſuerimus nos ꝓcipitare neqciã: ut q̃ a deo interdicta ſunt fecerimus: uel aliquibus bonis illecti: uel metu mortis adacti ſed fixũ aio tenemus ut ꝓ ſeruatione legis nr̃æ cũcta picula ſubeamus. ſpem gerẽtes fortiſſimã deũ nobis auxiliaturũ in ꝑſeuntia: & mercedẽ poſtea reddituꝝ: ſi ꝓ eius cultura fuerimus aliqua mala ppeſſi. Si uero uoluerimus tibi obedire: nõ ſolũ ifamiã debilitatis incurrimus q timore tranſgreſſores legis efficimur uerũetiã inaniter offendimus deũ: q ẽt te iudice multo ãtigor tpe cenſet eſſe q̃ Caius. Tũc Petronius cõſiderãs ex uerbis eoꝝ inmutabile firmũq; ꝓpoſitũ: & ſine pugna non poſſe caii ꝓcepta pficere in eius erigẽdo ſimulacro: nec ſine multa cęde negociũ illud euadere: aſſumẽs oẽs amicos: & cũcta ſua ſeruitia: in tyberiadẽ pgit uolẽs iudęoꝝ & cõſtituta cognoſcere uel cuiuſmodi eẽnt: uel qualibet ordinibus haberent. Iudęi uero magnũ qdẽ ſibi ex bello romãoꝝ cernebãt imiere piculũ: ſed magis iudicabãt ſubigi: q̃ ipſi efficerẽt in deũ. Multa itaq; milia petronio in occurſum uẽiũt ad tyberiadẽ undiq; cõfluẽtes: & ſupplicatõibus utebãt ne cogerẽt ad talia: neq; pollueret ciuitas erectiõe ſimulacri. Ad hęc Petrõius: & pugnabitis iqt cõtra caſarẽ: neq; illius potẽtiã neq; ueſtrã reputantes infirmitatẽ. At illi: minime nos inquit pugnare diſpõimus: uerũetiã ſumus mori añ parati: q̃ legis nr̃ę mãdata ſoluamus. Simulq; in faciẽ ꝓſtrati pimi ſe paratos eẽ firmabãt. Et hæc qdẽ ꝑ dies. xl. gerebãt: culturã quoq; terrę negligẽtes cũ maxie tps exigeret. Nã iã ea pars ãni uertebat: qñ ſolẽt ſemia terræ mãdari tãtus qppe eos fauor moriẽdi accẽderat ne ſimulacrũ aliqd põeret in ciuitate. Talr igit rebus habẽtibus ariſtobolus agrip

pæ regis frater:& elicias maior:& alii quoq; optimi uiri ex eadē ipsa familia: & plures de primatibus ad petroniū uenere deꝑcantes ut bene de negocio ꝑsenti consuleret:neq; de tantæ multitudinis ꝓditione cogitaret: quin potius scribēdū Caio decerneret:signi ficans īmobilem animū iudæoꝝ:neq; eos cōstitutionē simulacri uelle susci pere:omnem quoq; culturā terrę negligere:sed in occursum suū uenisse:& pugnare qdē nec uelle nec posse:mori tñ incunctanter paratos:anteq; transgressores suæ legis existerēt:deberē igi tur consuli:ne in aliud intenta multitudine:terra inculta remaneat:& postea per inopiā latrocinia perpetrarent̄.Fortassis enī possit Caius tyberius emoliri:& nihil crudele de cernere:neq; alia disponere qbus ad seditionē populus excitetur.Et aristobolus quidē: aliiq; q cū illo erant:talibus petroniū depręcant̄.Petronius uero instante aristobolo & cęteris:uidens quoniā non pro rebus minimis supplicant:uidens ēt iudæoꝝ constantiā seuū quoq; ratus:ut multa milia hominū per ipsum darent̄ ī mortē:si uellet Caii furiæ ministrare:simul ēt se deū ostēsuꝝ:& cū pessimis postea speciebus aduiuere:multo me lius iudicat:ut scriberet caio:aut eius animum mitigans:ut nihil ꝑ eū iniquū continge ret:aut si forsitan indignatione cōmoueretur q; eius minime mādata cōpleuerit:& ad uersus eum aliquid mali decerneret:bene contentum esse iudicabat pro meliore causa: & ꝓ tanta hominū multitudine subire discrimen.Conuocans igit̄ in tyberiadā magnā multitudinē iudęoꝝ::nam multa milia illuc fuerant congregata:& cōstituens in circui tu cunctas milicias & turmas:uisus est primo nō suā:sed cęsaris ꝓferre sententiā dicēs: timere se iracundiā caii: ꝓinde accessuꝝ ad pficenda q̄ sibi ꝑcepta sint oportere se firma bat: q tanto fuisset ex eius beneficiis honore sublimatus:ut nihil cōtrariū eius uolunta ti perageret.Verū non arbitror inquit iustū esse ut salutē honoremq; meū non ꝓ uobis qui tā plures estis ipendā: nec permittā:ut per me paternæ uestræ legis instituta soluan tur:neq; adeo dignitatē tēpli dei contēnere:ut ꝑ potestates principū:iniurię uestris reli gionibus ingerantur:sed scribā ad Caium uestras illi uoluntates intimans quantū pos sum cām adiuuans:& uestrū in bono propositū:& spero qa aderit deus:cuius potestas potior est oi humano molimine: humanaq; uirtute:potens est enī:& nos in cōseruatio ne legis uestræ ꝓtegere: & me tutari:ut nec ab ipsis ēt excidā humanis honoribus:q; si ēt exasperet̄ forsitan Caius:ut irā suā in me uellet effundere:summā omne piculū:oēm miseriā:quęcūq; corpori possit infligi:ne uos tantos ꝓ rebus optimis ꝑeuntes intuear. Ite igit̄ unusquisq; uestrū ad opus ꝓpriū: & terrę uestrę culturā impendite.ego uero ro mā litteras destinabo:& oia ꝓ uobis:tā ꝑ me q̄ ꝑ amicos:quæ rei conueniant agere nō omittā.Hęc dicens: iudæoꝝ dimitti congregationē iubet ut culturę terrę diligētiā ex hiberent:Oēs aūt nobiles populos alloquio adhortabat̄ ut spē meliorē gererent.Et ille qdē hoc mō multitudinē letificare festinabat.Deus aūt suā manifestauit repente ꝑsen tiā & adiutoriū suū in oibus fore petronio.Simul enī ut finem loquendi fecit: consurgit ingens descendit pluuia ꝑter spē oium.nā illo die ab ipso solis ortu serenitas magna cla uerat:nullumq; signū pluuię in cęlo fuerat uisum:sed ēt ois annus magna fuerat aridi tate siccatus:ita ut desperatio fuisset exorta:non solū pluuię:sed ēt si unq̄ posset cœlum tectū nubibus apparere.Tunc igitur ēt ꝑter cōsuetudinē tanta inundatio uenit aquaꝝ ut iudæis spes magna fuerit ī nullo frustratū iri petroniū ꝓ eoꝝ negocio laborantē.Pe tronius aūt amplius obstupuerat:uidens manifestissime deū iudæoꝝ se consolaturum ostendere:& multū suā declarasse īiam:ita ut nec illi forte contradicere ualerent:qbus religioni nostræ reluctari tota laboret intentio.Scribit ergo ad caiū postulans: ne tan ta milia hoium cōtemneret:quæ non possent sine bello & ingenti cędę a transgressione suę religionis impelli:perire quoq; tanta tributa quæ ab illa gente darentur:memoriam

ēt nō bonā romani nominis in posteriora tēpora relinqui: sup hoc quoq; uirtutē diuinā iudęis præbere pfidiū. Nā ꝓbatū esse firmabat ꝓ iudæis euidēter indiciū. Et Petronius qdē hmōi litteras destinauit: Agrippa uero rex iā enī tunc romę fuerat amplius in amicicia Caii gratiaq; crescebat. Et forte quadā die epulū ꝑparauerat cæsari: ubi magnam ꝑpenderat diligentiā: ut oīum in cibis elegantiā uinceret: oēsq; suauitates: & delicias studiosius ꝓuideret ita ut non solū cæteros anteiret adinuentiōibus epularum: sed nec ipse Caius multū cupiens ei posset equari. Tunc Caius admodū admiratus tā ingeniū eius q̄ magnificentiā animi: q; sup uirtutē suā sumptus expēderet ut sibi placeret: uoluit munificentiā agrippæ remunerare. Tū itaq; ex deliciis & uoluptate: ac uino hilarior effectus cū ab agrippa ad potū inuitaret: & primū inquit quā tibi honorificētiā exhibui ꝓ beniuolētia & fauore quē circa me semꝑ habuisti: ut etiam apud tyberiū periculū ingens incurreres, uerū quia in oībus te uideo & uirtute ꝑditū: & nos amore superātē: indecoꝝ existimo tuo circa me studio superari. Volo itaq; quod antea minus feci: modo pficere: & tantas tibi munerū copias attribuere: ut magnū nomen tuis opibus: & tuis accedat honoribus. Et ille qdē hæc dicebat: existimās q; posset aliquos redditus sibi denodare: uel ciuitates exhibere. Ille aūt quāuis ꝓparatū haberet: quod petere cupiebat: timens uero suam noluit aperire sententiā: sed cōfestim respondit caio: qa neq; primo lucro: sed eius gratia delectatus: ut contra tyberii ꝑceptū studiū accuratiōis ei ipenderet: neq; mō se aliquid agere intentione lucri: sed sola eius gratia semꝑ fuisse contentum. nā & multa sibi ab eo & maiora fuisse donata: q̄ si tua inqt uirtute tuaq; potentia minora sunt: meo tñ hoc est accipientis merito & dignitate mea: multū cōstat esse maiora. Caius aūt obstupescens eius continētiā magis instabat: ut diceret quod sibi cuperet donari. Ille quō inquit o domine magnanimitate nimia dignū me muneribus tuis existimas, postulē: nihil qdē quod ad diuitias opesq; pertineat: nā me anterioribus tuis munenbus admodū locupletē reddidisti: sed illud peto: quod tibi & opiniōem pietatis efficiat: & diuinitis mereat auxiliū: una etiā mihi gloria fuerit apud audientes: q; nihil a te petierim: ad usus ptinens temporaliū rerū. Postulo igit: ut erectionē statue quā in tēplo iudeorum faciendā petronio præcepisti: ultra nolis effici. Et ille qdē licet periculosum existimaret illud exposcere: nā nisi rectū quod petebatur iudicaret cęsar: nihil aliud nisi mortē auferret illa petitiōe: ergo quāuis periculosum esse censeret: tamen cōtentis aliis sibi necessariis: & utilibus: illud a cęsare postulauit. Caius aūt: tū ab eo q; ab agrippa taliter fuerat accuratus: qa indignū existimabat mendax corā tantis arbitris apparere: ante quos alacriter compellabat agrippā: quod uellet expetere: paululū sui penitens: mox uero uirtutē agrippæ miratus: q; suū regnū non redditibus nō pecuniis non alio quocunq; munere amplificare cupiuerit: sed pro conseruanda lege culturaq; diuinitatis illibata celebrāda interuentor exiterit: concessit: ac scribit ad petroniū: laudans qdē eū: q; exercitus instruxerit: pugnareq; cū iudeis fuerit ꝑparatus: & oī nisu laborauerit iniuncta perficere. Verum statuam inquit: si te contigerit erexisse: ut cōstituta est pseueret: si uero necdum erecta est: nihil ultra fatigandū exercitū: & auxilia dimittenda: teipsum uero ad ea quæ missus es curanda conuenit ꝓficiscī: nā ultra iā opus nō habeo ut erigatur statua. Hoc enī agrippæ gratię cōcessum esse uolo: uiro honorabili mihi semꝑ: sed nunc amplius honorando. Et caius qdē talia scribit petronio: anteq̄ seditio maior oriret. Nā ita iā mentes oīum tumebant: atq; talia uoluntatū eoꝝ indicia monstrabant: ut si forte contrarius nuncius adueniret: parati essent apertū bellū gerere cum romanis. Sed caii amicus erat obnoxius turpitudini: alienus bono cōsilio: & in oībus quæ facienda decerneret: ita magis pertinax ad implendū: moderari se nullomodo sciens: sed beatitudinē iudicans;

si oē quod sibi esset uoluptati pficeret. Postea scribit petronio hmōi uerba. Quō inquit dona quæ tibi iudęi dedere: meliora iudicas: q̄ mea cōplere præcepta: & cūcta quæ illis libita sunt studes efficere: mea mandata cōtemnens: iubeo tui temetipsum iudicē fieri: & eligere qd debeas patī q̄ me ad tantā iracundiā cōcitasti: ut exēplū efficiare cūctis & p̄sentibus & futuris q̄, nullus audeat iperatoris mādata cōtēnere. Hanc igit epistolam destinauit qdē petronio: non tn ipso uiuente perducit. Petronius aūt tardius eā aliquā to suscepit: remoratis nauigio portionibus: intantū ut ēt ante hanc epistolā alias petronius litteras accepisset in qbus de morte cæsaris certior redderet. Nō enī obliuisci poterat deus tantoꝝ periculorū: quæ petronius cū alacritate magna subierat: ut iudeis in honore eius religionis gratiā præstitisset: & caiū de medio auferens: mercedē illi dignā ꝑ illius ipietate restituit cooperatus est aūt petronio. Nā tanta illi dilectio compata est: tā romę: quā in uno quoq; regno: ut dei gratia super eū euidēs appareret. Romæ quoq; senatori ordinis & quotquot dignitatibus eminebāt: tā uirtutis merito: q̄ odio Caii: quod ꝑpter eius crudelitatē iniquitatēq; conceperant: circa petroniū magno fauore ferebat. Mortuus aūt est: non post multū tēporis quā fuerat epistola scripta petronio: in qua eū morte damnarēt. Causam aūt ꝑ quā extinctus est: & totū ordinē infidiarū: narrabo ꝓcedente sermone. Petronio uero primo uenit epistola: mortē iudicans Caii: post aliquantū uero ꝑs ea in qua propria manu semetipsum interimere iubebat. Vbi miranda est diuinę clementię ꝓuidentia quō sine ulla dilatione tantā illi retributionē mercedis indulserit ꝓ honore quē exhibuit templo dei: & pro adiutorio quod iudæis pręstitit: ut ꝑ eū beneficiū salutis acciperent. Cap. XX.

Contigit ēt ꝑ id tempus iudęis illis q̄ in mesopotania & babylonia habitabāt ualde magna calamitas: ubi quoq; multa cędes accidit: quanta nūq̄ ante refert in historia. De qua cuncta diligenter absoluā: ut causas ipsas ex qbus ꝓuenit insinuē. Neerda dicit babylonię ciuitas: admodū populosa: habens circa se plurimā fecundāq; regionē: q̄ cū aliis plurimū bonis tū ēt hominibus referta est: hostibus quoq; ipsa dicit inadibilis. Nā eā eufrates undiq; circumueniens: in medio continet uniuersam. Ad hæc ēt mœnibus est munita firmissimis. Est aūt alia ciuitas: cuius nisibus uocabulū est: circa eiusdē fluminis fluenta constructa: unde iudęi quoq; natura confidentes locoꝝ: censum quē solent in honore dei tribuere: ibidē custodiendū illo tēpore deponebant. Sed ēt alia munera decora tēploꝝ illis ciuitatibus habuere: nā eis ueluti pœno: uel promunctorio munitissimo securius utebantur: hinc aūt in hierosolymam cum ꝑs expeteret pecunias dirigebāt. Plura quoq; inde hoium milia pascebant. Erāt itaq; duo qdē hoies: asineus: & anileus nomine neerdatienses qdē genere: & inter se germani fratres. Hos p̄ceperat mater: nā patre orbati fuere: ut nauiū operarent uelamina: quia non indecoꝝ apud eius dē loci ciues hoc opus habebat: ita ut ēt plures apud iudæos uiroꝝ: eis exerceātur operibus q̄ usui marino ꝓficiant. Hos quadam die magister qui eidem operi præerat: apud quē ēt ipsam artē didicerant: de aduentu & tarditate culpauit: in eosq; uerberibus ultus est. Illi ergo grauiter hoc ferentes: arma quęcunq; in eius domo seruabant abripiunt: & ꝓgunt in quendam uicū: q̄ diruptio fluminū uocabat: ubi optima solebant pascua germinare: ea q̄ ibi reposuerūt. Quo facto: congregantur ad eos plurimi iuuenes: quotquot egestate laborant. Hos armis instruunt: ipsi uero ueluti ductores agebant. Ibi quandā sibi extruentes arcem: demandat uniuersis: q̄ ꝑ illa pascua armenta sua ductabāt: ut eis censum redderent: atq; ex hoc & cū eis amiciciam haberēt: & aduersum hostilē qdē populū si forte ꝓrumperet auxilio se fore firmabant. Illi uero dicto obaudientes fuere: nō enī aliter facere ualebant: & ex pecoribus mittebāt quantacūq; iubebant. Hinc ꝓinde

manus illis & uirtus amplior accedebat: & potestatē habebant quęcūq; animus uellet efficere: alios fugare uel ledere: alios regere uel curare: non solū incolas regionis: sed ēt quos sorte traulire contingeret: nomēq; eorum fornidolosum satis habebatur & p dies singulos de eis sermo crescebat: donec ad regē parthorū usq; peruenit auditus. Satrapa uero babyloniæ postq̄ ista cognouit uoluit eos in ipsis initiis reprimere anteq̄ eis licencia crescente malū amplius oriretur. Et congregans manū quāplurimā potuit: sed ēt ex parthis: babyloniisq; quāplurimos, aduersum eos repente: tendebat: nolēs eos num ciū sui anteq̄ ueniret accipere: per occulta ductans exercitū. Et ueniens in quēdā nemorosum locū: ibidē latuit. Et sequenti die (illucescebat nāq; sabbatū: quo iudęi nihil operant) ratus est resistere non auturos: atq; hoc mō sine pugna uinctos posset abducere. Paulatim ergo ac pedetentim accedebat ad locū: ut cū proximus fieret statim in eos irrueret. Sed asineus sicut forte cū aliis nōnullis confederat: ante quos arma fuere iacentia: o uiri inqt: hinnitus equoꝝ meas aures allapsus est: nō equaꝝ amore: sed equorū uiros uehentiū hinnitus existere nā ēt strepitū frenoꝝ simul aduerto. Vereor itaq; ne nos circūfusi hostes aggressi sint. Sed citius q̄spiā ex uobis spectatū p̄currat: q uobis qd nā illud sit manifeste denunciet. Opto aūt falsa me locutū fuisse: & deceptū potius ueri similitudine sonitus: quā uera sensisse. Et ille qdē hmōi uerba locutus est. Cū ecce simul qdā adueniunt spectabili negocio: & celeriter accurrentes: neq; tu inquiunt falleris: sed integre coniectasti: quę aduersus nos gerunt. Ab hostibus circūdati quippe sumus dolo: nihil brutoꝝ animaliū differentes. Nā plurimus equitatus inuadit: eo præsertim tpe: quando nudi omnibus armis extamus: ob id: q̄ lex paterna uacare nos: & nihil agere præcipiat. Asineus porro non secūdū speculatoris sniam q̄ deberet fieri decernebat: sed legale magis existimās: ne dimissis manibus pereuntes leticiā hostibus exiberent: oportere iudicabat: ut nō sine hostiū ultione operarent. Arma itaq; corripit: alios q circa illū erāt simili ter adhortat: cos in audaciā excitans: ut uirtutis memores: hostes itinere fessos inuaderent: atq; impetū facientes: multos obtruncant: alios effugauerūt. Nā eos securitas qua se putauerant quasi cūcta parata reperturos: ignauos & molles effecerat. Parthorū aūt imperator cū ei tale nunciū aduenisset: obstupefactus super illoꝝ fratrū audacia: desiderauit eos uidere: & cū eis miscere colloquiū: & mittit ex armigeris fidelissimū q diceret quō impator Artabanus quāuis lęsus a uobis & q̄uis sua p̄uincia depredata: tñ nulla circa uos indignatione qua debebat accensus est: sed consideratione uirtutis uestrę magis in uestrā gratiā factus attonitus misit me: dextrā uobis fidemq; p̄biturū: ut ad eum ueniatis: & eius habeatis amiciciā: nullū dolū: aut insidias formidantes: dona ēt se daturū p̄mittit: & honoribꝰ sublimare: ex qbus potētia uobis maior accrescat. Tūc asineus ipse qdē distulit: sed fratrē suū anileū cū muneribus mittit q̄ prępparare potuerūt. Et ille qdē ita perrexit: atq; p̄ueniens: ad speratorē ingreditur. Artabanus aūt audiens anileū uenisse: interrogabat causam: cur ēt asineus non simul aduenirent. Cūq; audisset q̄ timore suū aduentū subtraxerit: tunc per deos cœpit patrios cōtestari: nihil se mali facturum in eos: si se eius cōmitterent fidei. Inter illos barbaros esse solet indicium: ut nunq̄ quisq̄ inter eos postq̄ dextram prębuerit mentiat: nec quisq̄ de fide dextrā dantis dubitauerit. Et artabanus qdē ista gerens: mittit anileū persuasurū fratri: ut ad eū ēt ipse pariter adueniret. Agebat aūt hęc imperator: opus habens illis fratribus: pro tutamine illius satrapię: p̄pter quod in illa regione facile possent ab eius imperio decedere: ut anteq̄ tale aliquid cōtingeret: ipse illos per amiciciā occuparet. Timebat ēt ne in babylonia plurimi se asineo coniungerēt: & ille manu ualida congregata præsertim in illis locis tā munitissimis: facile se a persarū imperio defensaret. Et ille qdem talia reputans: dimittebat

anileū. Anileus aūt persuasit fratri: intimans ei munificentiā & alacritatē ip̄eratoris: tū ēt iusiurandū quod ei p̄rabuerat: proinde ad artabanū cū alacritate pergebant. Ille aūt cū gratia magna eos susc̄ipiens: admirabat̄ asineum: q; ita magnanimus extitisset: cum corpus possideret ad uidendū breue: & quod contentui ab intuentibus haberet̄: eiusq; prudētiā strenuitatēq; cōsiderans: ferē ad amicos dixisse: quod maior esset anima corpore tā minore. Ostendensq; asineū uni ductoꝝ suoꝝ abdagati noīe: atq; eius nomen indicās: omnemq; uirtutē & strenuitatē eius intimans: qualis extitisset in bello: Abdagates postulabat permissum sibi contribui: ut eū occideret: atq; iniurias eius & depopulationes quas in ꝓuincias cōmiserat: ultū issset. Non pmittā inqt ip̄erator hæc fieri in eū ui rū q mea fide p̄sumens: dexteram a me iurationēq; deoꝝ accipiens: uenire ꝓperauit. Tu qa uir bonus extas in bello: nihil periuriis meis opus est: ut parthoꝝ iniurias ulciscaris: descendentē uero si cupis in sequere: eum si poteris ui belli supato. Mane itaq; facto: accersiri iubet asineū. Tp̄s tibi est inquit: o iuuenis ad ꝓpria descendendi: ne forte pluri mos ad te ductoꝝ irrites: & sine mea cōscientia pereas. Cōmēdo aūt tibi babyloniæ regionē: ut eā ledi a latrōibus nō pmittas: sed tua uirtute a malis oībus defendat̄. Dignus nāq; sum a te optimo hoīe hāc reciprocationē accipere: q tibi fideles amicos oīno seruauerim: neq; ad eos attendi: q fuerāt ad tuū interitū irritati: sed ad salutē tuā tutandā sedulo festinaui. Hęc dicēs eū donatū muneribus cōpetētibus: in ꝓpriā destinat regionē. Ille aūt domū reuersus: opida cōstituit & castella: q̄ prio fuere restaurādo cōfirmat: atq; ita ex breui magnus effectus est: tantaq; p eū negocia gerebant̄: quanta nunq̄ ab alio ante ipsum geri potuerūt. ergo fuerat factus: ut ēt ab ipsis parthorū ductoribus honoraretur: q ad illā regionē p tēpora mittebant̄. Nā solā babyloniorū honorificētiā habere minorē ducebat: quā suę uirtutis merito debere iubebat exolui. Omnia igit̄ negocia q̄ in mesopolitamia gerebant̄: ex eius ptāte pendebāt: & amplius eius fœlicitas p annos xv. amplificata crescebat: & bonoꝝ oīum uigore ac flore pollebat. Sed dū tali ꝓsperitate fruerent̄ subito maloꝝ illos occupauere principia: q̄ hmōi de causis acciderūt. Postq̄ eni strenuitate ac uirtute ad magnā puenere potentiā: conuertunt̄ ad iniurias ppetrandas: & trāsgressiones paternaꝝ legū: cupiditatibus in trāsuersum agētibus. Deniq; parthoꝝ quendā ductorē inuadūt q ad gubernandā illā missus fuerat regionē. Quē ēt ꝓpria uxor fuerat comitata. Hæc cū in aliis pluribus rebus laudabilis extitisset: tūc pulcherrime cūctas fœminas anteibat: ita: ut magnū decoris miraculū spectantibus apportaret. Hāc anileus siue pulchritudinē eius auditu cognoscens: siue ꝓprio uisu ꝓspiciēs: adamauit. Deinde cœpit insidias eius uiro p̄parare: eūq; hostiliter inuadēs interimit: illā aūt abripiēs sibi cōiunxit. Quę mulier haud eqdē sine magnis calamitatibus anilei domū ingressa est sed tā ipsi quā asineo fratri: magnorū malorū deportauit aggerē per hmōi causam. Cū enī illa post mortē uiri deoꝝ suorū simulachra sumpsisset: q̄ more paterno tā ab ipsa quā uiro eius religione colebant̄: cœpit ea domi habere: & simili ea cultu uenerari: sed ēt cū alicubi forte pgebant in exteras regiōes: secū illa simulachra portabat. Et primo qdē latenter hunc ritū religionis exercebat: postea uero cœpit ēt marito monstrare: quali mō uel lege deos illos cū primi sui coniuge coleret. Tū socii corū: q ab eis inter primos honorabant̄: primū qdē inter ipsum anileū locuti sunt: qa non deceret hæbraico ritu cōtēto: & neglectis suis legibus eā mulierē accipere: q̄ cōtrario ritu aliā religionē habens: interdicta sibi sacrificia diis extraneis exhiberet: debere illū aiebant rebus suis bene consulere: ne forte amore mulieris & uoluptate corporis captus illa celebrari permitteret q̄ se regnūq; suū pessundaret. Sed cū nihil ꝓficerēt talia cōmonentes. uirū ēt quēdā illorū q maxime inter eos honore fungeretur: quomodo ampliore fiducia

locutus sit: interemit. Ille uero moriens: male dixit ipsi aníleo: fratriq; ipsius asíneo: cum ctisq; sociis: ut similiter ab hostibus interirēt: ipsi qdē: q; tale in se facinus ꝓpetraret: illis aūt q; non ꝓhibuerint neq; ullū auxiliū tulerint homini ꝓ legibus paternis: & pro tota gente proloquenti. Cuius mortē oēs qdē grauiter ferebant tolerabant tñ non ob aliud: nisi quia illoꝝ potentia ad infœlicitatē ducebatur. Cū aūt cultura ēt deoꝝ parthoꝝ au dissent: ultra tolerandū non esse iudicabant opus anilei q; in legē patriā iniuriæ gereban tur. Itaq; plurimi congregati ad asineū accesserūt: & cū magnis uocibus increpabāt di centes. Bene qdē esset: si neq; primū tale aliquid fieret. Sed qa iam factū est: saltē nunc correctio consequat: anteq̄ illud peccatū tā illi: quā cęteris oibus adducat interitū: eiq; exprobrabant ꝓpter nuptias cū alienígena muliere confectas: contra cōsuetudinē legis ipsoꝝ & superstitionē mulieris q̄ ad iniuriā dei sui fuisset inducta. Ille autē: q̄uis peccatū fratris cognosceret magnoꝝ maloꝝ fuisse cām & fore: uerūtn uictus cōsanguinitatis fa uore tolerabat: ueniāq; fratri dabat: q; fortiore malo libidinis uincebat. Sed cum plures ad eū p dies accusatiōes a pluribus aduenirent: tū de his anileo loq cōpulsus ē: increpās eū & qescere de cętero iubens ab illis operibus: & ut mulierē ad sua propria: parentesq; reuocaret. Sed nihil eoꝝ uerboꝝ p̄cipiebat effectū. Mulier aūt sentiens tumulū q ꝓpter se populos obtineret: uenenū inter cibos dedit asineo. Quo ille accepto: defunctus est. At illa sine ullo timore postea degere cœpit: solū sui iudicē habens: quem sentiebat suo amore constrictū. Porro aníleus solus regni moderamina excipiens: exercitūq; sumens: uicos mitridatis inuadit uiri apud parthos in primo loco cōstituti: & regis artabani filiā in coniugio possidentis. Vbi cū irrumperet: oīa p̄de dedit: & multas pecunias inde: mul tosq; captiuos abripuit: & numerosum pecus abduxit: & alia plurima q̄ ad diuitias opu lentiāq; ptinere noscūt. Sed cū hæc mitridates audisset: q; talis in suis uicis p̄da & capti uitas fuisset effecta: grauiter ferens: q; ipse ante nihil lesisset aníleū aníleus uero q; exor diū tantæ sumpsisset iniurię: tanta in se dignitate contenta: cōgregans q̄plurimū potuit equitatū: sed ēt ætate feruentiū nō minimā manū: aduersus aníleū uenit: & cōtendebat: ut cū eo bello decertaret. Sed anteq̄ ad eū uēisset: i quodā uico occulte castra disposuit: ut inde ꝓxima die in hostes irrumperet: quō sabbatū illucescebat quoniā a iudæis ocio & uacuitate exercet. Aníleus aūt ista cognoscens a quodā hoie syro: alienígena ex alio uico q cū alia integre nunciaret: tū ēt uicū intimabat: ubi mitridates mansionē fecerat milites itaq; paratos faciēs: castris egressus est: cūctis ignorātibus q; aduersus parthos tenderet. Et circa noctis fere quartā custodiā hostes inuadit: alios dormiētes obtruncat: pleroscq; in fugā conuertit. Mitridatē aūt uiuū tenens: secū ducebat sup asinū nudū ipo nens: quod ualde ignominiosissimū apud ꝓthos habet. Cūq; ad locū ꝓpriū puenit hor tabant amici ut mitridatē extingueret. Sed contra ipsum cōsiliū ille aliud dicebat: non rectū esse dicens: ut mitridatē extingueret: uirū primo genere apud parthos ortū: & ne cessitudine connubii apud regē Artabanū magnifice honorabilē: nunc aūt ut cūq; tole rabile censeat cē quod factū est: quoniā ac si iniuriatus est mitridates: uerūtn beneficio salutis: erit se liberantibus gratiā debiturus: si uero quicquā patiat: nequaq̄ regē artaba nū patiēter laturū: sed magnā cladē iudæis ꝑportaturū babylōia cōstitutis. Parcere itaq; illi melius uidet: & ꝓpter consanguinitatē qua regi cōiunctus est: & ꝓ tanta dignitate qua inter suos honorabilis ac magnus habet. Et ille qdē talia incōtiōe loquēs: oibus p suasit. Dimittit igit mitridates. Sed ei reuertēti: eius mulier exprobrat: nisi festinaret ut pote regis gener in tāta dignitate cōstitutus: supplicia sumere de his q cōtumeliā inges sissent. Turpe nāq; illi esse dicebat: ut salutē eligeret postq̄ captiuus in manus hominis uenit: & nūc aut ultū ire suā iniuriā intēderet: aut se p deos iurare cōiugi federa solutura.

Has ille exprobratiões p dies ſingulos minime ferens magnanimitatẽ ẽt mulieris metuẽs:ne inter eos cõiugiũ ſolueret:nõ ſponte qdẽ neq; uolẽs cõgregãs manũ quã plurimã potuit aduerſus iudęos tendebat in ollẽnã:ſalutẽ eſtimans:ſi parthus impune fuiſſet a iudęis repulſus belli certamine. Anileus aũt ut cognouit ad ſe tendẽtẽ cũ multa manu mitridatẽ:ingloriũ iudicauit ſi in locis ſuis maneret:& non magis anteueniens hoſtes occurreret:ex proſperitate prima confidens:iterũ ſe pugnaturũ credens:audentibus uirtutis ẽt robur accreſcere. Multi itaq; ſe illi ſuperioꝝ exercitus cõiunxere:ſperãtes p̃dã ſe ſicut antea relaturos:& ipſa prima facie horrorẽ hoſtibus illaturos. Pergũt itaq; illo die ſtadia.xc.p loca uaſta & inaquoſa iter faciẽtes. ſed medio die ardore ſolis ingens ſitis iudęos occupat. Mitridates ãt apparẽs cõtinuo:feſſos itinere:ac ſiti fatigatos inuadit. Illi nec eſtũ: nec arma ferre ualentes ꝓfugiũt. Parthi uero inſequentes:magnã cędẽ faciũt: iudæoꝝ multæ miriades occumbunt. Anileus aũt: & quotquot circa eũ erant:in ſilua ſe recipiunt. Mitridates itaq; magnã uictoriã ſumens:magno gaudio cœpit exultare. Congregaſ aũt ad Anileũ infinita multitudo hoium peſſimorũ:& ſuã ſalutẽ paruipendẽtiũ quos Anileus ſuſcipiebat:uolẽs ex his recõpẽſationẽ efficere multitudinis q̃ bello perierat:ſed haud ſane ſimiles illis:q bello perierãt. Nã erat uulgus inexercitũ. Sed tñ cũ hac multitudine irrupit in uicos babyloniorꝝ:eoſq; paſſim depopulaſ Tũ babylonii q̃ſ ad bellũ parati:mittunt tñ in Neerdã:ad iudæos qui ibidẽ habitabãt:tradi ſibi Anileũ expetentes. Illi uero nequaq̃ illoꝝ ſermonẽ accipientes: ꝓuocabant eos ad pliũ. Verũtñ aditũ legatis babyloniorꝝ pmiſere:ut ad Anileũ pueniret:& cũ eo qcqd uellẽt ꝓtinus loquerenſ. ſtabylonii locũ integre ſpeculantes:quo ſe cõſtituerat Anileus:& cũcta diligenter inſpicientes occulti nocte ſomno depreſſos inuadunt:necant quantoſcũq; reperiunt:ipſumq; Anileũ obtruncant: atq; hoc mõ babylonii iniuriis Anilei: & grauedine liberati ſunt. Impreſſio nãq; eis illa magna cõſtabat: odio quo circa eos detinebaſ. Nã pene ſemp inimicicias exercebãt. Cã uero huius ire fuit lex eorum paterna:quã ille oppugnabat:& ꝓpterea ſibi ſemp inuicẽ emulabanſ: unde ſuoꝝ quiſq; oportunitatẽ inuenerat ab iniuriis nõ parcebat. Tũc itaq; hoc mõ pereunte Aníleo cœpere babylonii iudęis inſtare. Illi uero & grauiter ferẽtes ipreſſionẽ babyloniorꝝ: & repugnare pœnitus nõ ualentes:in ſeleuciã cũ ſuis oibus emigrarũt. Seleucia ciuitas eſt ad modũ opulens & decora:quã ſeleucus nicanor fabricatus eſt. Habitant aũt eã macedoniꝝ plurimi: & græcorũ abũdantiſſimi. Eſt ibi ẽt ſyriorũ nõ minima multitudo. In hãc igitſ iudæi refugiũt:& p .v. qdẽ annos illeſi: & inexperti maloꝝ fuere. Sexto uero anno:nã babylonię corruptio eoꝝ magna cõtigit & ruina:& ob hoc plurimi in ſeleuciã magis magiſq; cõfugiũt: eos amplior ibi clades ſuſcepit: ꝓpter cãm quã breuiter enarrabo. Gręcis in ſeleucia habitãtibus aduerſus ſyros ex maxima parte inimicicię uſtæ gerebãtur:ſed græci ſemp ſuperiores extabant. Tũc itaq; cohabitabant eis & iudæi q aduenerant. Syri aũt ſeditionẽ mouentes:cœperũt ſuperiores exiſtere ex cõſenſu & auxilio iudæoꝝ: hoium cõſiderate ſe in periculo p̃cipitantiũ: & intentionẽ ſolã ad bellũ gerendũ habentiũ. Tunc iudęi hac ſedítione ſuperant. Illi uero nullã aliã rõnẽ cernebant:qua poſſent ſtatũ ſuũ priſtnũ digni tate reformare:niſi ſyros a iudæis ſeperarent. Vnuſquiſq; igitur eoꝝ uerba faciunt ad ſyros cũ quo qſq; ſe familiaritatẽ habere cernebat:atq; hoc mõ pacẽ inter ſe:amiciciamq; cõponũt. Primates itaq; uiri ex utraq; parte pacta qbus & pax & cõcordia ſeruareſ inſtituũt: atq; hoc mõ inuicẽ exhortãtur:ut cũ iudęis bellũ gerãt. Quos ex cõſtituto repẽte inuadũt:interimuntq; ſup quinquaginta milia hoium. Pereunt igitur oẽs p̃ter admodũ paucos:q̃ forte aut amicoꝝ aut uicinorũ miſericordia conſeruati ſunt. Et cũ iã ibidẽ uiuere nõ poterant:diſcedunt exinde in theliſontẽ ciuitatẽ uicinã ſeleucie: ubi conſuetus

eſt parthoꝝ rex ꝑ ſingulos ānos hiberna pagere:ubi ēt plurimæ eius opes:& plurimus regni cultus aſſeruat. Nulla tñ tā eis ſpes uiuēdi fuerat derelicta:nā ēt ibi ois gēs iudęo rū terrore regis p̄mebatur. Nō enī tam babylonios q̄ ſeleucos formidoloſos habebant: ſed ēt ois multitudo ſyrorū:quę in illis locis habitabat ad ipſum cū ſeleucis loquebantur:ut bellū gererent cū iudęis. Ob hoc ergo diſcedunt ēt inde in Neerdā:& in niſibis: & ꝓpter munimentū illarū ciuitatū tutos ſe eſſe poſſe cenſebant. Sup hæc ēt habitabantur ille ciuitates ab hominibus bellicoſis. Et ea qdē q̄ circa iudęos babyloniæ conſtitutos:acta ſunt huiuſmodi fuere.

INCIPIT LIBER.XIX.ANTIQVITATIS IVDAICAE. CAP.I.



